tæ tradunt: ſed antiquaꝝ reꝝ ſcriprores quæ adeo uera ſūt ut ea Sibyl-
linis uerſibus non firmentur: qui ſunr tales: Δαιμονεσ ἀψῦχονσ
νεκ ων εἴδωλα καμοντων ὧν κρητῆ καυχημα τάφουσ ηΔισ μοροσ
ἕξει. Ideſt dæmones inanies cadaueꝝ ſimulachra mortuoꝝ: quorum
ſepulchta habet creta male peritura. Cicero de natura deorum: cum
tres Ioues theologis enumerati diceret ait tertiū fuiſſe cretenſem Sa-
turni filium cuius in illa inſula ſepulchrum oſtenditur. Quomodo
poteſt ergo deus alibi eſſe uiuus: alibi mortuus: alibi habere templū:
alibi ſepulchrum? Sciant ergo romani capitolium ſuum: ideſt ſum-
mum caput teligionum ſuarum publicarum nihil eſſe aliud q̃ ina-
ne monumentum. Veniamus nunc ad eius pattem qui ante regna-
uit & qui fortaſſe plus habebat in ſe q̃ ex coitu tantorum elemento-
tum genitus eſſe dicatur. Videamus quid in eo fuerit deo dignum
In primis illud quod aureum ſæculum naratur habuiſſe: ꝙ iuſtitia
ſub eo fuerit in terra. Teneo aliquid in eo quod in eius ſilio non fuit
Quid enim tam conuoniens deo q̃ iuſtum regimen ac pium ſæculū.
Sed cum eadem ratione natum eſſe cogito: non poſſum putare deū
ſummum quod uideam eſſe aliquid antiquius cælum atq; terram.
At ergo deum quæro ultta quem nihil eſt omnino. qui fons & origo
ſit rerum. Hic ſit neceſſe eſt: qui cælum ipſum condidit terramq;
fundauit. Saturnus autem ſi ex his natus eſt ut putatur: quemadmo-
dum poteſt eſſe deus principalis: qui aliis ortum ſuum debet. Aut
quis præfuit mundo antequam Saturnus gigneretur? Sed hoc poe-
ticum eſt ut dicebam ante figmentum: nec enim fieri poterat: ut ele-
menta inſenſibilia tantoq; interuallo ſeparata in unum coirent ac ſi-
lium ptocrearent aut is qui natuſ eſſet non potentiſſimum genitori-
bus ſimilis exiſteret: ſed eam formam gererer quam parentes ſui non
habebant. Quæramus ergo quid ueritatis ſub hac figurara lateat.

Minutius fœlix in eo libro qui octauius inſcribitur ſic argumentarus eſt. Saturnum cum fugatus eſſet a filio in italiamq; ueniſſet cæli filiũ dictũ ꝙ ſoleamus eorum: quorum uirtuté miremur ad eos qui repẽtine aduenerint de cælo cecidiſſe dicere: terte autem ꝙ ignotis parentibus nanos filios nominemus. Sunt hæc quidem ſimilia ueri non tamen uera quia conſtat etiam tunc regnaret ita eſſe habitum. Potuit & ſic argumentari. Saturnum cum potentiſſimus rex eſſet ad retinẽdam parentũ ſuorum memoriam nomina eorum cælo terræq; indidiſſe: cum hæc prius aliis uocabulis appellarentur: qua ratione & montibus & fluminibus nomina ſunt impoſita. Neque enim poetæ dicũt de progenie Athlantis aut Inachi fluminis: id potiſtimum dicunt homines ex rebus ſenſu carentibus potuiſſe generari. Sed eos utique ſignificant qui nati ſunt ex his hominibus qui uel uiui uel mortui nomina montibus aut fluminibus indiderunt. Nam id apud ueteres maxime græcoſque uſitatũ fuit. ſic maria eorũ ttaxiſſe nomia accepimus qui deciderant in ea ut Egeũ: Icarium: Heleſpontum & in latio Auentinus uocabulũ mõti dedit in quo ſepultus eſt. Tyberinus uel tyberis amni in quo merſus eſt. Non ergo mirãdũ ſi nomina eotũ cælo terræq; attributa eſſent: qui reges genuerãt potentiſſimos. Apparet ergo non e cælo natum eſſe quod fieri non poteſt ſed ex eo hoc homine nomen Vrano fuit quod eſſe uetum Triſmegiſtus auctor eſt q cũ diceret admodũ paucos extitiſſe in quibus eſſet petfecta doctrina in his Vranũ Saturnũ Mercurium nominauit cognatos ſuos. Hæc ille quia ignorauit eo traduxit hiſtoriam qui quomodo potuerit argumentari oſtendi nũc dicam quomodo: ubi: a quo ſit hoc dictum.

Non enim Saturnus hoc ſed Iupiter fecit in ſacra hiſtoria ſic Ennius tradit. Deinde Paneũ deducit in mõtem qui uocat̃ cæli ſtella. Poſtq̃ eo aſcendit cõtemplatus eſt late terras ibiq; in eo mõte arã creat cælo primuſq; i ea ara Iupiter ſacrificauit in eo loco ſuſpexit in cælũ: quod nũc nos nominamus: idque quod ſupra mũdũ erat: quod æther uocabatur de ſui aui nomine cælo nomen indidit. Idq; Iupiter quod æther uocatur placans primus cælum nominauit terreq; hoſtiam: quã ibi ſacrificauit totam adoleuit. Nec hic tantũ ſacrificaſſe Iupiter inuenitur. Cæſar quoq; in arato refert Agloaſtenem dicere iouem: cum ex inſula naxo aduerſus titanas proficiſceretur: & ſacrificiũ faceret in littore: aquilam ei in auſpicium aduolaſſe quam uictor bono omine acceptã tutelæ ſuæ ſubiugarit. Sacra uero hiſtoria & ante conſediſſe illi aquilam in capite atque ei regnũ portendiſſe teſtatur. Cui ergo ſa-

crificare Iupiter potuit niſi cælo auo ? quem dicit Euhemerus in occeania mortuũ: & in oppido aulatia ſepultum:

### Capitulũ. xii. Quomodo ſtoici figmenta poetaꝝ ad philoſophicã tranſferant rationem.

Voniam reuelauimus myſteria poetarũ & Satumi parentes inuenimus ad uirtutes eius & facta redeamus. Iuſtus in regno fuit: primũ ex hoc ipſo iam deus non eſt: qui fuit. Deniq; quod ne iuſtus quidem fuit: ſed impius non modo in filios quos necauit uerũ etiã in patrem: cui dicitur abſcidiſſe genitalia: quod forſitan uere acciderit. Sed homines reſpectu elementi quod dicitur cælum totam fabulam explodũt: tanq̃ ieptiſſime fictam: quã tamẽ ſtoici (ut ſolẽt) ad rationem phyſicam conantur traducere: quorum ſententiam Cicero de natura. deoꝝ diſſerẽs poſuit. Cæleſtem inquit altiſſimã æthereãq; naturã ideſt igneam quæ per ſeſe omnia gigneret. uocare uoluerunt ea parte corporis quæ coniunctiõe alterius egeret ad procreandũ quæ ratio in Veſtam potuit conuenire: ſi mas diceret̃. Iccirco enim uirginem putant ueſtã quia ignis inuiolabile ſit elementũ nihilque naſci poſſe ex eo quippe qui omnia quæ arripuerit aſſumat. Ouidius in faſtis. Nec tu aliud ueſtã q̃ uiuam intellige flammã. Nataque de flamma corpora nulla uides. Iure igitur uirgo eſt qui ſemina nulla remittit nec capit: & comites uirginitatis amat. Vulcanoq; id potuit aſcribi qui quidem putatur ignis & tamẽ poetæ eum nõ abſciderũt. Potuit & ſoli in quo eſt natura & cauſa gignentiũ nam ſine ſolis igneo calore: neq; naſci quicq̃: augeri poteſt: ut nulli aliĩ elemento magis opus ſit genitalibus q̃ calori: cuius fœtu cõcipiunt̃: naſcunt̃: ſuſtentantur: omnia. Poſtremo etiam ſi ita ſit: ut uolunt qui magis abſciſſum cælo putemus q̃ oĩno ſit ſine genitalibus natũ. Nã ſi per ſe gnignit non indigebat utiq; genitalibus: cũ Saturnũ ipſum procrearet. Si uero hũit & a filio abſciſſa ſũt: ortus reꝝ & natura oĩs interiſſet. Quid ꝗ ipſi Saturno nõ diuinũ mõ etiã ſẽſũ ſed humanũ quoq; adimũt cũ affirmãt eẽ eũ Saturnũ qui curſũ & cõuerſionẽ ſpacioꝝ ac tẽpoꝝ cõtinet. Eũq; grece idipſum nomen habere. κρόνον. enim dicit̃ qui ẽ idẽ ꝗ ſpaciũ tẽporis. Saturnus eni ẽ appellatus ꝗ ſaturaret ãnis. Hæc cicerõis ꝟba ſt exponẽtis ſniã ſtoicoꝝ quæ q̃ uana ſit cui uis itelligeñ ꝑmtiſſimum ẽ

Si enim Satutnus cæli eſt filius: quomodo potuit aut tempus e cælo gigni aur cælū a tempore abſcindi: aut poſtea tempus imperio ſpoliari a filio Ioue: aut quomodo iupiter natus eſt ex tempote: aut quibus annis ſatutati poſſet æternitas: cui nullus eſt finis?

Capitulū. xiii. Quomodo poetæ & hiſtotici euacuant ſtoicorū traditionem de Ioue & aliis diis:

I ergo uane ſunt iſte rationes philoſophorum: quid ſupereſt niſi ut uere factum eſſe credamus idest hominem ex homine abſciſſum: niſi fotte aliquis exiſtimet dictū fuiſſe: qui timuit coheredē cum ſi quid diuinitatis habuiſſet non patris genitalia debuerit amputare: ſed ptopria: ne Iupitet naſcetetut qui eū tegni poſſeſſione regnæuit. Idem ſototem ſuam Rheam: quam latine Opem dicimus: cū haberet uxorem reſponſo uetitus eſſe dicitur mates liberos educare quod fututū eſſet ut a filio pelleretut: quam rem metuens natoſ ſibi filios non utiq; deuorabar ut ferūt fabulæ: ſed necabat: q̄q̄ ſcriptū ſit in hiſtoria ſacra Satumum & opem: cæteroſq; tunc homines humanam carnem ſolitos hæſitate. Verum ptimum Iouem leges homibus moreſq; condētem edicto prohibuiſſe ne liceret eo cibo ueſci: quod ſi uerum eſt quæ poteſt in eo fuiſſe iuſticia Sed fictum ſane putemus Satutnum filios deuotaſſe modo cum aliqua tatione. Nūc iccitco q̄d ait uulgus comediſſe filios eum qui extulerit ſepulturæ que mandauetit. Ops autem cum Iouem peperiſſet ſubtraxit: infantem eumq; nutriendum furtim miſſit in cretam. Rurſum imptudentiam tepte hendam neceſſe eſt. Cur enim reſpōſum ab alio accæpit potius Cur in cœlo conſtitutus in terra non uidebat Cur cum coribantes cymbalis fefellerunt? Poſttemo cut extitit aliqua uis potentiot aut maior: quæ illius uinceret poteſtatem Nimirum ſenex a iuuene facile uictuſ eſt: ac ſpoliatus īperio: fugit igirur expulſus: & in italia nauigio uenit cū erraſſet diu: ſicut Ouidius in faſtotū libris refett. Cauſa ratis ſup eſt tuſcū rate uenit ad amnem: Ante pererato falcifer orbe deus. Hūc ettantem atq; inopem Ianuſ excæpit: cuiuſ tei argumēta ſunt nummi ueteres: in quibus eſt cum duplici fronte Ianus. Et in altera parte nauis: ſicut idem poeta ſubiecit. At bona poſteritas pupim formauit in ære: hoſpitis aduentum teſtificara dei. Omnes ergo non tantum poetæ: ſed hiſtoriarum quoq; ac terum antiquatum ſcriptotes hominem fuiſſe conſentiunt: qui tes eius in Italia geſtas memoriæ prodidetunt.

Spoliauit

Græci Diodorus & Tallus: Latini Nepos & Caſſius & Varro: nam
cum agreſti quodam more in italia uiueretur: is genus indocile ac di
ſperſum montibus altis conpoſuit: legeſq; dedit: latium & uocari ma
luit: his quoniam tutus latuiſſet in oris. Cenſet ne aliquis deū eſſe: q
pulſus eſt: qui fugit: qui latuit? Nemo tam ſtultus eſt qui enim fu/
git aut laret & uim & mortem timeat neceſſe eſt. Orpheus quia tē/
poribus eius recentior fuit aperte Saturnum ī terra & apud homines
regnaſſe cōmemorar. πρώτιϛοσ μὲν ἄναξεν ἐπὶ χθονίοσ ὤν κρόνοσ
ἀνδρῶν ἐκ δὲ κρονοῦ γένετ᾽ ἄξ μέτασ εὐρὸν ὀπὶ ζεῦσ. ideſt primus
quidem regnauit terreſtrium Saturnus uirorum ex Saturno autem
generatur ipſe rex magnus latus uiſibus Iupiter. Item noſter Maro. A
ureus hāc uitam in terris Saturnus agebar. Et alio loco. Aurea ut per
hibent illi ſub rege fuere Sæcula ſic placida: populos in pace regebat
Neq; ſuperius in cælo dixit ægiſſe uitam neq; inferius ſuperos in pace
rexiſſe. Vnde apparet illum regem fuiſſe terrenum quod alibi aper/
tius declarat. Aurea condet ſæcula qui rurſus latio regnata per arua:
Saturno quondam. Ennius quidem in Euhemero non primum dicit
regnaſſe Saturnum: Sed Vranū patrē. Initio inquit primus in terris
imperiū ſūmū Celus habuit: is id regnū una cū fratribus ſuis inſtitu
it atq; parauit. Non magna diſſētio ſi quidem maximoꝝ auctorū de
filio ac patre dubitatio ē: ſed tamē utrūq; fieri poteſt ut & primus V
ranus eminere inter cæteros potēria cœperit: & principatū habere nō
regnum: poſtea Saturnus maiores ſibi opes comparauit: ac regium
nomen aſciuerit.

Capitulū. xiiii. Quid inde Ennius doceat in ſacra hiſtoria.

Vnc quoniam ab his quæ retulimus aliquātulū ſacra hiſtoria
diſſentit aperiamus ea quæ ueris litteris continentur: ne poetarū
ineptias in accuſandis religiōibus ſeq ac ꝓbare uideamur. Hæc enī ue
ra ſūt: Exin Saturnus uxorē duxit Opem. Titan qui maior natu erat
poſtulat ut ipſe regnaret. Vbi Veſta mater eoꝝ & ſorores Ceres atq;
Ops ſuadent Saturno ut de regno non concedat fratri. Ibi titā qui
facie deterior eſſet: q̄ Saturnus: iccirco & ꝙ uidebat matrē atq; ſororēs
ſuas operā dare ut is ſaturnus regnaret: cōceſſit ei ut is regnaret. Ita
ꝙ pactus ē cū Saturno uti: ſi quid liberꝝ uirilis ſexus ei natū eēt: ne
quē educaret ideſt eius rei cā fecit uti ad ſuos gnatos regnū rediret.
Tū ſaturno filius q primus natus ē eū necauerūt. Deīde poſterius
nati ſūt gēini iupiter & iuno. Tūc iunonē Satūno ī cōſpectu dederūt atq;

Item neptunū clam Saturno Ops parit eumq; clanculū abſcōdit ad eundem modum tertio partu Ops parit geminos Plutonē & Glaucū Pluto latīe eſt dieſpiter: alii Orchum dicunt: ibi Glaucā filiam Saturno oſtendunt: ac filiū Plutonē celant atq; abſcondūt. Deinde Glauca parua emoritur. Hæc utiq; ſcripta ſunt Iouis fratrum: atque eius ſtirps aut cognatio in hunc modum ex ſacra ſcriptione traditū eſt. Item paulo poſt hæc refert. Deinde Titan poſtq̄ reſciuit Saturno filios procreatos atque educatos eſſe clam ſeducit ſecum filios ſuos: qui Titani uocantur fratremque ſuum Saturnum atque opem comprehendit eoſq; muro circumegit & cuſtodiam his apponit: Hæc hiſtoria q̄ uera ſit docet Sibylla erithræa eadem fere dicens niſi ꝙ in paucis quæ ad rem non pertinent diſcrepat: Iupiter ergo liberatur ſummi ſceleris crimine ꝙ patrem uinxiſſe compedibus perhibetur: Idem enim Titan patruus fecit ꝙ ille contra pactionem iuſque iurandum mares liberos ſuſtuliſſet: Reliqua hiſtoria ſic contexitur: Iouē adultū cum audiuiſſet patrem atque matrem cuſtodiis circumſeptos atq; in uincula cōiectos: ueniſſe cum magna cretenſiū multitudine: Titanūq; ac filios eius pugnando uiciſſe parentes uinculis exemiſſe: patri regnū reddidiſſe atque ita in cretam remeaſſe. Poſt hæc deinde Saturno datā ſortē: caueret ne filius eum regno expelleret: illū eleuāde ſortis atq; effugiendi periculū grā inſidiatum Ioui ut eum necaret Iouē cognitis inſidiis regnum ſibi denuo uendicaſſe ac fugaſſe Saturnū: qui cum iactus eſſet per omnes terras perſequentibus armatis quos ad eum comprehendendū uel necandū Iupiter miſerat: uix in italia locum in quo lateret inuenit.

Capitulū. xv. Qua ratione homines dii cœperint nominare.

Vibus ex rebus cū conſtet illos homines fuiſſe: non eſt obſcuꝝ qua ratiōe dii cœperit nominari. Si enī nulli reges āte Saturnū uel Vranū fuerūt propter hominum raritatem: qui agreſtē uitā ſine ullo rectore uiuebant: non eſt dubium qui illis tēporibꝫ hōies regem ipſum totamq; gentem ſūmis laudibus ac nouis honoribus ictare cœperūt ut etiā deos appellarent: ſiue ob miraculum uirtutis hoc uere putabant rudes adhuc & ſimplices ſiue ut fieri ſolet in adulationē preſentis potentiæ ſiue ob beneficia q̄bus erant ad hūaitatē cōpoſiti. Deīde ipſi reges cū cari fuiſſent his: quorum uitam compoſuerāt magnum ſui deſideriū mortis reliquerunt. Itaque homines eorum

ſimulachra finxerunt ut haberent aliquod ex imaginū cōtemplatione ſolatiū : progreſſiq; longius per amorē meriti memoriā defunctoꝝ colere cœperūt ut grām refere benemeritis uiderent: & ſucceſſores eoꝝ allicerent ad bene īperādi cupiditatē: quod cicero de natura deoꝝ docet dicens. Sucepit aūt uita hoīnū conſuetudoq; cōmunis: ut beneficiis excellentes uiros in cælū fama ac uoluntate tolleret. Hinc hercules hinc Caſtor: hinc Pollux: hinc Aeſculapius: hinc Liber. Et alio loco atq; alio in pleriſq; ciuitatibus intelligi poteſt acuendæ uirtutis gratia: aut quo libentius reipublice cauſa periculum adiret optimus qſq; uirorum fortium memoriam honore deorum immoralium conſecratam. Hac ſcilicet ratione romani Cæſares ſuos conſecrauerāt: & mauri ſuos reges. Sic paulatim religiones eſſe cœpere dum illi primi qui eos nouerant eo ritu: eos liberos ac nepotes: deīde omnes poſteros imbuerunt. Et hi tamen ſummi reges ob celebritatem nominis in prouitiis omnibꝫ celebrātur. Priuati uero ſinguli populi gētis: aut ſuæ urbis conditores: ſeu uiri fortitudine inſignes erant: ſeu fœmine caſtitate mirabiles ſumma ueneratione coluerunt: ut egyptii Iſidem: mauri Iubam: macedones Cabyrim: pœni Vranum: latini Faunū. Sabini Xāctum: romani Quirinum: eodem uriq; modo Athæne Mineruam: paphos Venerem: Lemnos Vulcanū: Naxos Liberum: Apollinem Delphos Iunonem paphos. Sic ꝑ populos atq; regiones uaria ſacra ſuſcæpta ſunt: dum grati homines eſſe in ſuos principes cupiunt. Et quod alios honores uita carentibus deferant inuenire non poſſunt. Præterea pietas eorum: qui ſucceſſerāt plurimū contulit ad errorem. qui ut diuina ſtirpe nati uiderentur diuinos honores parantibus detulerunt. deferriq; iuſſerunt. An non poteſt aliquis dubitare quomodo religiōes deorum ſint inſtitute: cum apud Mraonem legat Aeneæ uerba ſociis imperantis Nunc pateras libate Ioui præcibuſq; uocate Anchiſen genitorem: cui non tantum immortalitatem: uerum etiam uentorū tribuit poteſtatem. Poſcamus uentos atq; hæc mea ſacra quotannis: urbe uelit poſita templis ſibi ferre dicatis. Idem ſcilicet de Ioue Liber & Pean & Mercurius & Appollo fecerunt: At poſtea de his ipſis ſucceſſores eorum acceſſerunt etiam poetæ & cōpoſitis ad uoluptatem carminibus in cælum eos ſuſtulerunt: ſicut faciunt qui apud reges etiā malos panegiribus mendacibus adulantur quod malum a grecis ortū eſt: quorū leuitas inſtructa dicendi facultate & copia: īcredibile ē quātas mendatiorum nebulas excitauerit. Itaq; admirati eos & ſuſcæpærunt primi ſacra illorum & uniuerſis gentibus tradiderunt.

Ob hanc uanitaté Sibylla ſic eos increpat. ἐλλὰσ δὴ τῆ μέποιθοσέ
πὰνδρασ ἐν ἡτεμονὰσ πορστιδὲ δῶρα μαθαιὰ καταφθὶ μενοίσ ἀνᾶ
θῆσ θύεισ εἰδῶλοισ τὶσοί ἐν νῶπλατὰνην ἐβχλὲν ὥστέσε τὰδε
ποιεῖν μετὰλόυθεοῦ πρόσοπὸν ἀπολελιμμένον. i. Græcia quid con
fidis in uiros principes quid dona inania mortuis acquiris: imolas ido
lis: qui tibi iñ menté erroré impoſuit dei faciem relinquéri? M. Tul.
qui nõ tantum perfectus orator: ſed & philoſophus fuit: ſi quidé ſo
lus exiſtit Platonis imitator in eo libro quo ſeipſũ de morte filiæ cõ
ſolatus é nõ dubitauit dicere deos qui publice colerentur homines fu
iſſe. Quid ipſius teſtimoniũ eo debet grauiſſimum iudicari: quod &
augurale habuit ſacerdotium & eoſdé ſe colere uenerariq; teſtatur.
Itaq; intra paucos uerſiculos duas res nobis dedit. Nam dum imagi
nem filiæ eodé ſe modo cõſecraturũ eé profiteretur: quo illi a ueterib9
ſunt conſecrati: & illos mortuos eſſe docuit originé uanæ ſupſtitionis
oſtẽdit. Cum uero inquit & mares & fœminas cõplures ex hóibus in
deorũ numero eſſe uideamus: & eorũ in urbibus atq; agris auguſtiſſi
ma delubra ueneremur: aſſentiam eorũ ſapientiæ: quorũ ingeniis & i
uẽtis omnem uitam legibus & inſtitutis excultã conſtitutamq; habe
mus. Quod ſi ullũ unq̃ animal conſecrandũ fuit: illud profecto fuit
ſi cadmi aut Amphitrionis progenies aut Tindari in cælũ tollenda fa
ma fuit: huic idé honos dicãdus é: quod quidé faciã. Teq; omniũ op
timã doctiſſimamq; approbantibus diis immortalibus ipſis in eorũ
cœtu locatã ad opinioné omniũ mortalium cõſecrabo: fortaſſe dicat
aliquis pro nimio luctu deliraſſe Ciceronem at qui omnis illa oratio
& doctrina & exemplis & ipſo loquendi genere perfecta nõ ægri: ſed
conſtantis animi ac iudicii fuit. Et hæc ipſa ſententia nullum ꝑfert
iudiciũ doloris. Neq; enim illum puto tam uarie: tam copioſe: tam
ornate ſcribere potuiſſe niſi luctũ eius & ratio ipſa & conſolatio ami
corũ & temporis longitudo mitigaſſet. Quid ꝙ idem dicit in libris de
republica idem de gloria. Nam de legibus quo in opere Platonem
ſecutus leges uoluit ponere: quibus putaret uſuram eſſe iuſtam & ſa
pientem ciuitaté de religione ita ſanxit. Diuos & eos qui cæleſtes ſem
per habiti ſunt: colunto: & illos quos in cælo merita locauerunt:
Herculem: Liberum: Aeſculapium: Pollucem: Caſtorem: Quirinum
Item in tuſculanis cum diceret totum pene cælum humano genere
completum: ſi uero inquit ſcrutari uetera ut ex illis ea quæ ſcripto
res græce prodiderunt eruere coner: ipſi illi maiorum gẽtium dii qui
habentur hinc a nobis profecti in cælum reperientur.

liber primus

Quare quoꝝ demonſtrant ſepulchra in gręcia reminiſcere quoniam es initiatus quæ tradãt ſepulchra miſteriis. Tũ deniq; quam hoc late pateat intelliges testatus eſt. uidelicet Attici conſcientiam ex ipſis miſteriis intelligi poſſe q̄ oẽs illi homines fuerũt: qui coluntur & cum de Hercule: Libero: Eſculapio: Caſtore: Polluce inconranter fatentur De Apolline ac Ioue patribus eoꝝ. Itẽ de Neptuno: uulcano: Marte: & Mercurio: quos maioꝝ gentiũ deos appellauit timuit apette confiteri. Et iccirco ait late hoc patere ut idẽ de Ioue cæteriſq; antiquioribus diis intelligamus quoꝝ memoriã ſi eadem ratione ueteres conſecrauerunt: qua ſe imaginẽ nomẽq; filiæ conſecratũ eẽ dicit ignoſci merentibus poteſt credentibus non poteſt. Quis enim tam demens qui cõſenſu & placito innumerabiliũ ſtultoꝝ aperiri cælũ mortuis arbitret aut aliquẽ quod ſcelerato hoĩ placuit Antonio: deus Quirinus quia hoc ipſe non habeat dare alteri poſſe. Apud romanos deus Iulius q̄a hoc ſtoribus uiſum eſt. cum alter gemini fratris extiterit: alter patriæ paricida: q̄ ſi conſul non fuiſſet Antonius. C. Cæſar pro ſuis in rem publicã meritis: etiã defuncti hominis honore caruiſſet. Et quidẽ conſilio Piſonis ſoceri: &. L. Cæſaris ꝓpinqui qui uerabãt funus fieri. Et Dolobellæ conſulis qui columnã in foro: ideſt in titulũ eius euertit: ac foꝝ expiauit. Nã Romulũ deſiderio ſuis fuiſſe declarat Ennius: apđ quẽ populus amiſſũ regẽ dolẽs hæc loquitur. O romule Remule dic qualẽ te patriæ cuſtodẽ dii genuerũt. Tu produxiſti nos intra lumis oras. O pater: o genitor patrie: o ſanguinẽ diis oriũdũ: ob hoc deſideriũ facilius creditũ ẽ Iulio proculo mẽtienti: qui ſubornatus a patribus eſt ut nũciaret plebi ſuæ uidiſſe ſe regem humano habitu auguſtiorẽ eumq; mandaſſe ad populũ ut ſibi delubꝝ fieret: ſe deũ eſſe: & Quirinũ uocari: quo facto & ipſi populo petſuaſit Romulum ad eos abiiſſe: & ſenatũ ſuſpitione cædis regiæ liberauit.

Capitulum. xvi. Qua ratione dii eſſe non poſſunt quos ſexus diſcernit. Et q̄ in naturam dei non accidit aut ſexus: aut coitus aut officium generandi.

Oteram his quæ tetuli eſſe contentus: Sed ſuperſunt adhuc multa ſuſcepto operi neceſſaria. Nam quamuis ipſo religionum capite deſtructo uniuerſa ſuſtulerim. Libet tamen proſequi cætera & redarguere plenius inueteratam petſuaſionem: Tandem homines pudeat ſuorum ac pœniteat errorum.

Magnũ hoc opus & homine dignũ. Religionũ animos nodis exolue/re pergo ut ait Lucretius: qui quidem hoc efficere non poterat: quare nihil ueri afferebat. Noſtrum eſt hoc officium qui & uerũ deũ aſſeri mus: & falſos refutamus. Illi ergo qui poetas finxiſſe de diis fabulas opinantur: & deas fœminas eſſe credunt & colunt: reuoluuntur im prudentes ad id quod negauerãt: coire illos ac parere. Nec enim fieri poteſt q̃n duos ſexus generãdi cauſa ſint iſtituti. Recepta uero ſexuũ diuerſitate non intelligunt conſequens eſſe ut concipiant: quod i de um cadere non poteſt ſed ut iſti putant: nã & Iouis eſſe filios dicũt & cæteroꝝ deoꝝ. Naſcũť ergo & quotidie quidem dii noui: nec enim uincũtur ab hominibus fœcunditate. Igitur deoꝝ innumerabiliũ ple na ſunt omnia: nullo ſcilicet moriẽte. Nã cũ uis hominũ icredibilis numerus ſit inæſtimabilis: quos tamen ſicuti naſcũtur mori neceſſe eſt. Quid deoꝝ eẽ tandẽ putemus q̃ tot ſæculis nati ſunt: immorta/leſq; manſerũt. Cũ ergo tam pauci colunť niſi forte arbitramur non generandi cauſa: ſed tantũmodo capiẽdæ uoluptatis duos eſſe ſexus deoꝝ: & ea exercere quæ homũculos & facere & pati pudet? Cur ue ro dicãt aliqui ex aliquibus nati: conſequens eſt ut ſemper naſcanť ſi quidẽ aliquãdo ſunt nati: uel ſi aliqutndo naſci deſierũt ſcire nos conuenit. Cur ac quando deſierint: nõ illepide Seneca in libris mora libus philoſophiæ. Quid ergo eſt inquit quare apud poetas fallaciſſi mus Iupiter deſierit liberos tollere? Vtrum ſexagenarius factus eſt & illi lex papia tabulam impoſuit? An impetrauit ius trium liberoꝝ: an tandem illi uenit in mentẽ ab alio expectes alteri quod feceris? Et timet ne quis ſibi faciat quod ipſe Saturno? At iſti qui deos aſſerunt uideant q̃uo reſpondeãt huic argumẽto quod inferemus. Si duo ſunt ſexus deoꝝ ſequiť cõcubitus. Si coeũt & domos habeant neceſſe eſt. Nec enim carent uirtute ac pudore: ut hoc promiſcue aut in ꝑpatulo faciant: ſicut multa uidemus facere animalia. Si domos habent ne/ceſſe eſt ut urbes habeant: & quidẽ auctore naſõe qui ait. Plebes ha bitat diuerſa locis ac fronte potentes. Cælicolæ clariq; ſuos poſuer̃ pe nates. Si habent urbes: & agros igitur habebunt. Iam quis non uide at quæ ſequanť: arare illos & colere quo uictus cauſa fit: ergo morta les ſunt: quod argumentũ idem retrorſũ ualet. Si enim agros nõ ha bent: nec urbes quidẽ. Si urbes nõ: nec domos quidẽ. Si domibus ca rẽt ergo & concubitu. Si cõcubitus ab his abeſt: & ſexus igitur fœmi neus. In diis aũt uidemus & fœminas eſſe ergo dii non ſunt. Diſſol uat hoc argumentũ ſi quis poteſt. Ita enim res rem ſequitur: ut hæc

ultima ſit neceſſe confiteri. Sed ne illud quidē diſſoluet aliquis ex du
obus ſexibus alter fortior alter infirmior ē. Robuſtiores enim mares
ſunt: fœminę imbecilliores. Imbecillitas autē nō cadit ī deū: ergo nec
fœmineus ſexus. Huic additur ſuperioris argumenti extrema illa con
cluſio: ut dii non ſint: quoniā in diis & fœminæ ſunt.

Capitulū .xvii. Quod ſtoici fidem hiſtoriaꝝ & poetaꝝ figmēta
inani phyſiculatiōe peruertūt & quæ miſeriæ & turpitudīes de
diis referantur.

B has rationes ſtoici alio uerſu deos interpretantur. Et quia non
uident quid ſit in uero conant̃ eos cum reꝝ naturaliū ratiōe cō
iungere: quos cicero ſecutus de diis ac religionibus eoꝝ hāc ſētētiā tu
lit. Videtis ne igitur: ut phyſicis rebus bene atq; utiliter inuētis tracta
rō eſt ad cōmēticios ac fictos deos quæ res genuit falſas opiniones er
roreſq; turbulentos ſuperſtitiōes pene aniles: & formæ enī deoꝝ no
bis & ætates ueſtitus ornatuſq; noti ſunt. Genera preterea coniugia:
cognationes omnes oīaq; traducta ad ſimlitudinem imbecillitaris hu
manæ. Quid plāius? Quid uerius dici pōt Romanæ philoſophiæ prī
ceps & āpliſſimo ſacerdotio preditus cōmēticios ac fictos deos redar
guit quoꝝ cultus ſuperſtitiones pene aniles eſſe teſtatur falſis opinio
nibus erroribuſq; turbulentis implicatos eē hoīes quæritur? Nam to
tus liber tertius de natura deoꝝ omnes funditus religiones euertit ac
delet. Quid ergo a nobis expectatur amplius? Num eloquentia ſupe
rare poſſumus Ciceronē? Minime id quidem: ſed fiducia illi defuit i
gnoranti ueritatem: quod ipſe ſimpliciter in eodem opere confitetur.
Ait enim facilius ſe poſſe dicere quid non ſit: q̃ quid ſit: hoc ē falſa ſe
intelligere uera neſcire. Clarum eſt igitur homines fuiſſe illos qui dii
putant̃. Et eoꝝ memoriā poſt mortē conſecratā: ideo etiā ætates diuer
ſæ ſunt: & certe imagines ſinguloꝝ q̃ in eo habitu & ætate ſingulorū
ſimulachra configurata ſunt: in qua quenq; mors deprehendit. Cōſi
deramus ſi placet erūnas infœlicium deorū. Iſis filium perdidit. Ce
res filiam expulſam & per orbem terre iactatam: Letona uix inſulā
paruā in qua pareret inuenit. Deū mater & amauit formoſum adole
ſcentē & eundem cum pellice deprehenſum exactis uirilibus ſe in ui
rum reddidit. Et nunc a gallis ſacerdotibus ſacra eius celebrantur
Iuno Pellices accerrime perſecuta ē quia parere ipſa nō potuit ex fra
tre. Inſulā ſamū ſcribit Varro prius partheniam nominatam ꝙ ibi Iu
no adoleuerit: ibique etiam Ioui nupſit. Itaque nobiliſſimum & an

tiquiſſimũ templũ eius eſt Sami & ſimulachrũ in habitu nubentis figuratũ & ſacra eius anniuerſaria nuptiaꝝ ritu celebrant. Si ergo adoleuit: ſi fuit uirgo primo poſtea mulier hominem fuiſſe: qui non intelligit pecudẽ ſe fateretur? Quid loquar obſcœnitatẽ Veneris omnium libidinibus proſtitutæ non deoꝝ tantũ ſed etiam hominum? Hæc enim ex famoſo Martis ſtupro genuit Harmoniam: ex Mercurio hermafroditũ qui eſt natus Androginus: ex Ioue cupidinẽ: ex Anchiſa Aeneã: ex buthe Herichen. Ex adone quidẽ nullũ potuit qui etiã tũ puer ab apro ictus occiſus ẽ: quæ prima ut in hiſtoria ſacra continet artem meretriciã inſtituit: auctorq; mulieribus ĩ cypro fuit: uti uulgo corpoꝝ quæſtũ facerent. Quod iccirco imperauit ne ſola præter alias mulieres impudica & appetẽs uiroꝝ uideretur. Etiam ne habet hæc aliquid numinis cuius plura numerant adulteria q̃ partus. Sed ne illæ quidẽ uirgines illibatã caſtitatẽ ſeruare potuerũt. Vnde eni putemus Erithirhoniũ eſſe natũ: an ex terra ut poetæ eſſe uolũt? At res ipſa clamat. Nam cum Vulcanus diis arma feciſſet eiq; Iupiter optionẽ dediſſet premii quod uellet poſtulandi iuraſſetq; ut ſolebat per infernã paludẽ ſe nihil negatuꝝ: tum faber claudus Mineruæ nuptias poſtulauit. Hic Iupiter optimus maximus tanta religione conſtrictus abnuere non potuit. Mineruã tamẽ monuit repugnare pudicitiãq; defẽdere tum in illa colluctatione Vulcanũ in terrã profudiſſe aiũt ſemẽ unde ſit Erichthonius natus: idq; illi nomẽ impoſitũ: ἀπὸ τῆς ἔριδος καὶ χθονός. ideſt ex certamine atq; humo. Cur igitur uirgo eum puerũ cũ dracone concluſum & obſignatũ tribus uirgibus cecropidis cõmẽdauit: euidens ut opinor inceſtũ: quod nullo modo tollerari poſſit. Altera cum pene amatorem ſuum perdidiſſet qui erat turbatis diſtractus æquis: præſtantiſſimũ medicũ Aeſculapiũ curando iuueni aduocauit: eum ſanatũ ſecretis alma recõdit ſedibus: & nymphæ Egeriæ: nemotiq; relegat. Solus ubi in ſyluis italis ignobilis æuum exigeret: uerſoque ibi nomine uirbius eſſet. Quid ſibi uult hæc tam diligens tã ſolicita curatio? Quid ſecrete ſedes? Quid relegatio uel tam longe uel ad mulierem uel ad inſolitudinem? Quid deinde nominis cõmutatio? Poſtremo quid æquoꝝ tam pertinax abominatio? Quid ſignificant hæc oĩa niſi conſcientiam ſtupri aut amorem minime uirginalem? Erant plane cur tantum laborem pro tam fideli iuuene ſuſciperet: q amanti nouercæ obſequium pernegaret.

Capitulum decimũoctauũ quomodo refellantur hi q deos eſſe

factos ex hominibus mentiantur.

Oc in loco refellendi ſunt etiam hi qui deos ex hominibus eſſe factos: non tantũ fatentur: ſed ut eos laudent etiam gloriant aut uirtutis gratia ut Herculẽ: aut munerꝫ: ut Cererẽ ac Liberꝫ: aut artiũ repertarꝫ: ut Aeſculapiũ uel Mineruã. Hæc uero q̃ inepta ſint q̃q; non digna ꝓpter quæ homines inexpiabili ſe ſcelere contaminent: hoſteſq; deo uero fiant: quo contempto mortuorꝫ ſacra ſuſcipiũt ex ſingulis rebus oſtendã. Virtutẽ eſſe dicunt quæ hominẽ tollat in cælũ nõ illa de qua philoſophi dixerũt: quæ poſita eſt in bonis animi: ſed hanc corporalem quæ dicitur fortitudo: quæ quoniã præcipua in Hercule fuit immortalitatem meruiſſe creditur. Quis tam ſtulte ineptus eſt: ut corporis uires diuinũ uel etiam humanum bonum iudicet: cũ ſint & maiores pecudibus attributæ: ut uno morbo ſæpe frangantur: uel ipſa ſenectute oculi minuantur & corruant? Itaq; idem ille cum deformari ulceribus thoros ſuos cerneret: nec ſanari ſe uoluit nec ſenem fieri: ne quando ſeipſo minor aut deformior uideretur. Hunc ergo quo uiuum ſeipſũ combuſſerat aſcendiſſe in cælũ putauerunt eaque ipſa quæ ſtultiſſime admirati ſũt ſimulachris & imaginibus compreſſa & conſecrata poſuerunt: ut in perpetuũ uanitatis eorũ monumenta præſtarent: qui ob necẽ beſtiarꝫ deos fieri credidiſſent. Sed hæc græcorꝫ fortaſſe culpa fuit qui res leuiſſimas ꝓ maximis ſemp habuerũt. Quid noſtri num ſapientiores: qui athleticã uirtutẽ contemnũt? qa nihil obeſt ſed regiam quia late ſolet nocere: ſic admirant ut fortes & bellicoſos duces in deorꝫ cœtu locari arbitrentur. Nec eſſe ullã aliã ad immortalitatem uiam q̃ exercitus ducere: aliena uaſtare: urbes delere: oppida excidere: liberos populos aut trucidare: aut ſubiicere ſeruituti: uidelicet quo plures homines afflixerũt: ſpoliauerunt: occiderunt: eo ſe nobiliores ac clariores putant: & inanis gloriæ ſpecie capti ſceleribus ſuis nomẽ uirtutis imponũt. Iam mallem ut a ferarꝫ cædibus deos ſibi fingerent q̃ immortalitatẽ tam cruentam probarent. Si quis unũ hominẽ iugularet pro contaminato ac nefario habetur. Nec ad terrenum hoc domicilium deorꝫ admitti eum putant. Ille autem qui infinita hominũ milia trucidauerit: cruore campos inundauerit: flumina infecerit non modo in templũ ſed etiam in cælũ admittitur. Apud Enniũ ſic loquitur africanus. Sic fas cedendo cæleſtia ſcandere cuiq̃ eſt: mihi ſoli cæli maxima porta patet: ſcilicet quia magnam partem generis humani extinxit: ac perdidit. O quantus in tenebris

Africane uerſatus es:uel potius o poeta qui per cædes & ſanguinē pa
tere hominibus in celū aſcenſū putaueris .Cui uanitati etiam Cicero
aſſentit.Eſt uero inquit africane:nam & Herculi eadē ipſa porta pa
tuit tanq̃ ipſe plane cum id fieret ianitor fuerit in celo:equidem ſtatu
ere nō poſſū dolendū ne potius ridendū an putem cum uideā & gra/
ues &(ut ſibi uidentur )ſapientes uiros in tam miſerandis errorū fluc
tibꝰ uolutari ſed hec eſt uirtus que nos īmortales facit: mori quidem
malim q̃ exitiū eſſe q̃plurimis: ſi aliter parari immortalitas nō pōt:
niſi per ſanguinē quid fiet ſi omnes in concordiam conſenſerīt.Quod
fieri poteſt ſi pernitioſo & impio furore ꝓiecto innocentes eſſe ac iu/
ſti uelint .Num igitur nemo erit celo dignus? Num peribit uirtus q̃a
hominibus ī homīes ſæuire nō dabitur? Sed iſti qui euerſiones urbiū
populoꝝq; ſūmā gloriam computant:ocium publicū non ferent:rapi
ent:ſæuient & iniuriis inſolenter illatis humanæ ſocietatis fœdus ir/
rumpent :ut habere hoſtē poſſint quem ſcelera tius deleant q̃ laceſſe
rint.Nunc ad reliqua pergamus.Nomen deoꝝ cereri ac Libero tradi/
tio muneꝝ fuit .Poſſum diuinis docere litteris:uinum atq; frugis an
te progeniem cæli :atq; Saturni fuiſſe in uſum hominum : ſed ab his
ſane inuēnta eſſe fingamus.Num poteſt plus uideri aut maius colle
giſſe fruges hiſq; fractis panē facere docuiſſe aut uuas de uitibus ex/
preſſiſſe:uinūq; feciſſe q̃ fruges ipſas aut uites generaſſe aut protuliſ
ſe de terra.Reliquerit hæc ſane deus humanis ingeniis eruenda tamē
fieri nō poteſt quin ipſius ſint omnia qui tribuit ſapiētiā homini:ut
inueniret & ipſa illa quæ poſſent inueniri primus inuenit.Artes quo
q; ſuis inuentoribus immortalitatem peperiſſe dicūtur : ut Aeſculapio
medicina.Vulcano fabrica.Colamus igitur & illos qui fulonicā: ſutri
nāq; docuerūt.Cur aūt figulino repertori honos nō habetur? An quia
iſti diuites uaſa ſamia contemnūt? Sunt & aliæ artes quaꝝ repertores
humanæ uitæ plurimū profuerūt.Cur non etiam illis attributa ſunt
templa? ſed nimiꝝ Minerua ē quæ omnes reperit.Ideoq; illi opifices
ſupplicāt.Ergo ab his ſordibus Minerua aſcendit in cælū.Eſt uero ca
uſa cur quiſq̃ derelinquat eum qui terram cum animantibus:cælum
cū aſtris & luminibus exorſus eſt:ut eā ueneretur:quæ telā docuit or
diri.Quid ille qui uulnera in corporibus ſanare docuit? Num poteſt
eſſe præſtantior: q̃ qui corpora ipſa formauit : ſentiendi aut uidendi
rationem dedit.Herbas deniq; ipſas & cætera quibus medendi ars
conſtat excogitauit atque protulit .

## Capitulum.xix.Quod deos uanos & deū uerū nemo ſimul poteſt colere.

Tenim dicet aliquis & huic ſummo qui fecit omnia & illis qui partem proferūt ſuā uenerationē eſſe tribuendam.Primū nec factum eſt uuq̄:ut qui hos colit etiam deū coluerit: neq; fieri poteſt quoniam ſi honos idem tribuitur aliis:ipſe ideo nō colitur:cuius re/ligio eſt illum eſſe unum ac uerꝝ deū credere.Clamat ſūmus poeta eos omnes qui inuentas uitam excoluere per artes apud inferos eſſe. ipſumq; illū medicine repertorem talis & artis ad ſtigias undas fulmine eſſe detruſū ut intelligamus quantū ualeat pater omnipotens: q etiam deoſ fulminibus extinguat:ſed homines ingenioſi hanc ſecum habebant fortaſſe rationē quia deus fulminari nō poteſt:apparet nō eſſe factum immo uero quia factū apparet hominem fuiſſe nō deum Mendacium enim poetaꝝ non in facto ſed in nomine.Metuebant.n. malū ſi contra publicā perſuaſionem faterent quod erat uerꝝ.Quod ſi hoc conſtat inter impios ex hominibus deos factos cur ergo nō credunt poetis:ſi quando illorū fugas & uulnera:& mortes:bella:& a/dulteria deſcribūt? Quibus ex rebus intelligi datur non potuiſſe ullo pacto fieri deos:quia ne homines quidē ꝓbi fuerūt: eaq; in uita ſua geſſerunt que mortem pariunt ſempiternam.

## Capitulum.xx.De propria Romanoꝝ religione.

Enio nunc ad proprias romanoꝝ religiones:quoniam de com/munibus dixi.Romuli nutrix Lupa honoribus eſt affecta diuinis.Et ferrem ſi animal ipſum fuiſſet cuius figurā gerit. Sed auctor eſt liuius larentinæ eſſe ſimulachrum:& quidem non corporis: ſed mentis ac moꝝ.Fuit enim Fauſtuli uxor:& propter ualgati corporis uilitatē Lupa inter paſtores ideſt meretrix nuncupata eſt: unde etiā lupanar dicitur.Exemplū ſcilicet athenienſium in ea figuranda romani ſecuti ſunt:apud quos meretrix quædā nomine Leæna cum tyrannum occidiſſet quia nefas erat ſimulachrum conſtitui meretricis in tēplo:animalis effigiem poſuerūt cuius nomen gerebat.Itaq; illi monumētū ex nomine:ſic iſti ex profeſſione fecerunt.Huius nominis etiam dies feſtus dicatus eſt & larentinalia conſtituta.Nec hanc ſolam romani meretricē colūt:ſed Faulam quoq; quam Herculis ſcortū fuiſſe Verrius ſcribit.Iam quanta iſta immortalitas putanda ſit quam

etiam meretrices aſſequant̃. Flora cum magnas opes ex arte meretri/
cia aquiſiuiſſet populū romanum ſcripſit heredē: certãq; pecuniā reli
quit cuius ex annuo fœnore ſuus natalis dies celebraret̃ editione lu/
dorū quos appellāt floralia. Quod quia ſenatui flagitioſū uidebatur:
ab ipſo nomine argumentū ſumi placuit: ut pudendæ rei quædā di/
gnitas adderet̃. Deā finxerūt eſſe que floribus præſit eamq; oportere
placari: ut fruges cum laboribus aut uitibus bene proſpereq; floreſce
rent. Eū colorem ſecurus in faſtis poeta non ignobilē nympham fu
iſſe narauit quæ ſit coloris uocitata eamq; Zephyro nuptā quaſi do/
tis loco id accepiſſe muneris ac marito ut haberet omniū florū pote
ſtatem. Honeſte quidē iſta dicunrur: ſed inhoneſte turpiterq; credū
tur. Non debent cum ueritas quæritur huiuſmodi nos uelamenra de
cipere. Celebrant̃ ergo illi ludi cum omni laſciuia cōuenientes memo
riæ meretricis. Nam preter uerboꝝ licenriā quibus obſcœnitas omnis
effundirur: exuunt̃ etiā ueſtibus populo flagirāte meretrices: quæ tūc
mimoꝝ funguntur officio etiā in cōſpectu populi uſq; ad ſacietatem
impudicorū luminū cū pudendis motibus detinentur. Cloacinæ ſimu
lachꝝ in cloaca maxima repertū Tarius conſecrauit: & quia cuius eſ
ſet effigies ignorabat ex loco illi nomē impoſuit. Pauorem pallorem
q; Tullius Hoſtilius figurauit & coluit. Quid de hoc dicā niſi dignū
fuiſſe quæ ſemper deos ſuos ſicut optari ſolet præſentes habeter. Ab
hoc illud. M. Marcelli de conſecratione honoris atque uirtutis hone/
ſtate nominū differt & congruit. Eadem uanitate mentem quoq; īter
deos Senatus quoq; collocauit: quam profecto ſi habuiſſet eiuſmodi
ſacra nunq̃ ſuſcepiſſet. Magnum Cicero audaxq; conſiliū ſuſcepiſſe
græciā dicir ꝙ cupidinū: & amoꝝ ſimulachra in gymnaſiis cōſecraſſet
adulatus eſt uidelicet Athico: & iriſit hominē familiarem. Non eſt e
nim illud magnū aur omnino conſiliū dicendū fuit: ſed impudicoꝝ
hominū perdita & deplorata nequitia: qui liberos ſuos quos erudire
ad honeſta deberent: proſtituerunr libidini iuuenturis a quibus flagi
tiorū deos & in illis potiſſimū locis: ubi nuda corpora corruptorū luī
bus patēt: & in illa coli ætate uoluerūt: quæ ſimplex & imꝓuida pri/
us irretit. & in laqueos poteſt cadere q̃ cauere. Quid miꝝ ſi ab hac
gēte uniuerſa flagitia manarunt: apud quā ipſa uicia religioſa ſūt: ea
q; nō modo non uitant̃: ueꝝ etiam colūt̃. Et ideo huic ſententiæ tanq̃
græcos prudentia uinceret adiæcit: Virtutes enim oportere non uicia
cōſecrari. Quod ſi recipis o Marce tulli nō uides forte ur irrumpūr ui
cia cū uirtutibus quia mala bonis adherēt & in animis hominū potē/

tiora ſunt quæ ſi uetas conſecrari reſpõdebit tibi eadẽ illa græcia ſe a
lios deos colere ut proſint alios ne noceant. Hæc enim excuſatio ſemp̄
ẽ eoꝝ qui mala ſua pro diis habẽt : ut Romani rubiginem ac febrem
ſi ergo uicia conſecranda non ſunt in quo tibi aſſentior: ne uirtutes q̄
dem. Nõ enim per ſe ſapiũt aut ſentiũt: neq; intra parietes : aut ædi
culas luto factas ſed intra pectus collocandæ ſunt: & inferius com/
prehendẽdæ ne ſint falſæ: ſi extra hominẽ fuerint collocate. Itaq; præ
clarã illam legem tuam derideo: quam ponis his uerbis. Aſt illa prop
ter quæ datur homini aſcenſus in cælũ: mentem: uirtutem: pietatem
fidem: earũq; laudum delubra ſunt. An quin hæc ſeparari ab homine
non poſſunt. Si enim colenda ſint in homine ipſo neceſſe eſſe ſint:
Si aũt ſint extra hominẽ: quid opus eſt ea colere quibus caremus.
Virtus colenda eſt, non imago uirtutis: & colenda eſt non ſacrifi/
cio aliquo aut thure: aut precatione ſolenni: ſed uoluntate ſola
aut propoſito. Nam quid eſt aliud colere uirtutem niſi eam
comprehendere animo & tenere: quod unuſquiſq; ſimul accepit uel
le cõſequitur? Hic ſolus uirtutis eſt cultus: nam religio & ueneratio
nulla alia tenenda eſt niſi unius dei. Quid igitur opus eſt o uir ſapiẽ
tiſſime ſuperuacuis extructiõib; loca occupare: quæ poſſint huma/
nis uiſibus credere? Quid ſacerdotes conſtituere uana & inſenſi
bilia cultores? Quid immolare uictimas? Quid tantos ſumptus uel
fingendis uel colendis imaginibus impendere? Firmius & incorrupti
us templũ ẽ pectus humanũ hoc potius ornetur: hoc ueris illis numi
nibus impleatur. Has ergo falſas conſecrationes ſequitur quod neceſ
ſe eſt. Qui enim uirtutes ſic colunt: ideſt qui umbras & imagines uir
tutem cõſectantur: ea ipſa quæ uera ſunt tenere non poſſunt. Itaq;
nulla in quoquã uirtus eſt uiciis ubiq; dominantibus nulla fides: om
nia pro ſe quoq; rapiente perfidia: nulla pietas nec conſanguineis: nec
parentibus parcente auaricia & cupiditate in uenenũ & ferrum ruẽ
te: nulla pax: nulla concordia: publice bellis ſæuientibus: priuatis ini/
miciciis uſque ad ſanguinem furentibus: nulla pudicicia libidinibus
effrenatis omnem ſexum & omnes corporis partes contaminantibus:
nec tamen deſinunt ea colere quæ fugiunt & oderũt. Colũt eni thure
ac ſũmis digitis: quæ ſenſibus intimis colere debuerũt. qui error om/
nis ex illius principalis ac ſummi boni ignoratione deſcendit. Vrbe a
gallis occupata obſeſſi in capitolio Romani cũ ex mulieꝝ capillis tormẽ
ta feciſſent ædẽ Veneri caluæ cõſecrarũt. Non igitur intelligunt q̄ ua
ne ſint religiões uel ex eo ipſo ꝙ eas hiis ĩeptiis cauilãt. A lacedemõiis

fortaſſe didicerāt deos ſibi ex euectis figere. Qui cū meſſãos obſiderét & illi furtim deceptis obſeſſoribus egreſſi ad dirripiendā lacedemoné cucurriſſent a ſparthanis mulieribus fuſi fugatiq; ſunt. Cognitis auté hoſtium inſidiis Lacedemonii ſequebantur. His armatæ mulieres ob/uiā longius exiuerunt: quæ cum uiros ſuos cernerent parare ſe ad pugnam: qui putarent meſſenios eſſe: corpora ſua nudauerūt. At illi uxoribus cognitis & aſpectu in libidiné concitati ſicut erant armati ꝑmixti ſunt utique ꝓmiſcue. Nec enim uacabat diſcernere ſic iuuenes haſdem antea miſſi cum uirginibus ex quibus ſunt parthenii nati. Propter huius facti memoriam ædem Veneri armatæ ſimulachꝝ po/ſuerūt. Quod tam &ſi & cauſa turpi: tamen honeſtius uidet̃ armatam Venerem conſecraſſe q̄ caluam. Eodem tempore Ioui quoque paſtori ara appoſita eſt ꝙ eos in quiete monuiſſet ut ex omni frum̄to ꝙ habebant panem facerent: & in hoſtium caſtra iactarent: eoque facto ſoluta eſſet obſidione deſperantibus gallis inopia ſubigi poſſe Romanos. Quæ iſta religionū deriſio ē. ſi eorum defenſor eſſem q̄d tam grauiter quæri poſſunt: q̄ deo nomé in tantū ueniſſe contemptū ut turpiſſimis nominibus ludibrio habeat̃? Quis non rideat fornacé deā: uel potius doctos uiros celebrandis fornacalibus operari? Quis cū audiat deam mutam tenere riſum queat? Hanc eſſe dicunt ex q̄ nati ſint lares & ipſam latam nominant uel larundam. Quid præſtare colenti poteſt: quæ loqui non poteſt? Colitur & cæca: quæ Herculi fecit iudicium de furto bouū diuinitatem conſecuta quia perdidit fratrem. Et Cunina quæ infantes tuet̃ in cunis ac faſcinas ſubmouet. Et Sterculius qui ſtercorandi agri rationem primus induxit. Et tutinus in cuius ſinu pudendo nubentis præſidēt ut illaꝝ pudiciciam prior deus delibaſſe uideat̃. Et mille alia portēta: ut iam uāiores qui hæc colēda ſuſceperūt quā ægyptios eſſe dicamus: qui monſtruoſa & ridicula quædā ſimulachra uenerantur & colunt hæc tamen aliquam habent. Quid qui lapidem colūt informem atq; rudem cui nomen erat Terminus. Hic eſt quem pro Ioue Saturnus dicitur deuoraſſe nec immerito illi honos atribuitur. Nam cum tarquinus capitolium facere uellet: eoq; in loco multoꝝ deoꝝ ſacella eſſent: conſuluit eos per augutia utrū Ioui credere uellent: & credentibus cæteris ſolus terminus manſit: Vnde illū poeta capitolii immobile ſaxū uocat. Iam ex hoc ipſo q̄ magnus Iupiter inuenit̃ cui non ceſſit lapis ea fortaſſe fiducia ꝙ illū de paternis faucibus liberauerat. Facto itaq; capitolio ſupra ipſū

Terminum foramen eſt in tecto relictum ut quia non ceſſaret libero
cælo frueretur: quo ipſi nequidé fruebātur: qui lapidem frui putarūt.
Er huic ergo publice ſupplicarur quaſi cuſtodi finium deo: qui nō rā
tum lapis ſed etiam ſtipes interdum ē. Quid de his dicam qui colunt
talia: niſi ipſos potiſſimū lapides ac ſtipites eſſe?

## Capitulum. xxi. De ſacrificiis & myſteriis eorum.

Iximus de diis ipſis qui coluntur: Nūc de ſacrificiis ac myſte/
riis eoꝝ pauca dicenda ſunt. Apud cypros autē humanā hoſtiā
Ioui Theucrus immolabit. Idq; ſacrificiū poſteris tradidit quod eſt nu
per imperante Adriano ſublarum. Erat lex apud tharos inhumanā &
feram gentem: ubi Diane hoſpites immolarent: & id ſacrificiū mul/
tis remporibus celebratum eſt. Galli Eſum atq; Theutentem huma/
no cruore placcabāt. Nec latini quidem huius immanitaris expertes
ferūt. Siquidē latialis Iupiter & nūc ſāguīe colitur humāo. Quid ab
his boni precatur qui sic ſacrificār. Aut quid dii taleſ hominibus præ/
ſtare poſſūt? quorū pœnis propiciātur: ſed de barbaris nō eſt adeo mi
rādum quorum religio cum moribus cōgruit. Noſtri uero qui ſemp
māſuetudinis & humanitatis gloriam ſibi uendicauerūt: nōne ſacrile
gis his ſacris immaniores reperiūtur? Hi enim potius ſcelerati ſūt ha
bēdi: qui cum ſint liberalium diſiplinarū ſtudiis expoliti ab humani
tate deſciſcūt: quā qui rudes & imperiti ad mala facinora bonoꝝ igno
ratione labūtur. Apparer tamē anriquum eſſe hunc immolādoꝝ ho/
minum ritū. Siquidem Saturnus in latio eodem genere ſacrificii cul
tus eſt: nō quidem ut homo ad arā immolaretur: ſed uti in Tiberim
de pōte miluio mitteretur: quod ex reſpōſo quodā fictitatum Varro
auctor eſt. Cuius reſpōſi ulrimus uerſus eſt talis. και κεφαλασ κροΔη
καί τῶ πατρι πέμπε τε φῶτα. & capita Sarumo & patri mitrite lu/
mina. ideſt hominem. Quod quia uidetur ambiguum & fax illi &
homo iaci ſolet. Verum id genus ſacrificii ab Hercule cum ex Hiſpa
nia rediret dicitur eſſe ſublatum ritu tamen permanāte ut pro ueris
hominibus imagines iacerentur ex ſcyrpo: ut Ouidius in faſtis docet
Donec inde uenit thiryntius arua quor ānis Triſtia: leucadio ſacra p
ata modo. Illum ſtramineū in aquam miſiſſe quirites. Herculis exem
plo corpora falſa iace. Hæc ſacra ueſtales ꝟgies faciūt ut ait idē. Tū
quoq; priſcoꝝ ꝟgo ſiulachra uiroꝝ. Mittite roboro ſcyrpea pōte ſolet

Nam de infantibus qui eidē Saturno immolabantur ꝓpter odiū Io
uis :quid dicā? Non inuenio tam batbaros tam immanes fuiſſe homi
nes ut paricidiū ſuū ideſt terrum atq; execrabile humano generi faci
nus ſacrificiū uocarent cū teneras atque innocentes animas:quæ ma
xime eſt ætas parentibus dulcior ſine ullo reſpectu pietatis extingue
rent: immanitatemq; omniū beſtiaꝶ quæ tamē fœtus ſuos amāt fe
ritate ſuperarent.O dementiā inſanabilem:quid illis iſti dii amplius
facere non poſſent ſi eſſent iratiſſimi q̃ faciunt propicii:cum ſuos cul
tores paricidiis inquināt:orbitatibus mactant:humanis ſēſibus ſpoli
ant.Quid poteſt eſſe his hominibus ſancti?Aut quod in prophanis
locis faciēt:qui inter aras deoꝶ ſumma ſcelera cōmittūt? Peſcenius
feſtus i libris hiſtoriaꝶ per ſathyram refert Carthaginenſes Saturno
humanas hoſtias ſolitos immolare:& cū uicti eſſent ab Agathocle re
ge ſiculoꝶ iratū ſibi deū putauiſſe:itaq; ut diligentius piaculū ſolue/
rent:ducentos nobiliū filios immolaſſe tantū religio potuit ſuadere
maloꝶ:quæ peperit ſceleroſa atq; impia facta.Cur ergo dementiſſi/
mi homini illi ſacrificio conſulebant:cum tantā partē ciuitatis occide
rent:quantam fortaſſe ne agathocles quidē uictor occiderat. Ab iſto
genere ſacroꝶ non minoris inſaniæ iudicanda ſunt publica illa ſacra
quoꝶ alia ſunt matris in quibus homines ſuis ipſis uirilibus litant.
Amputato enim ſexu non uiros ſe nec fœminas faciūt. Alia uirtutis
quā eadē belonā uocāt in quibus ipſi ſacerdotes nō alieno ſed ſuo cru
ore ſacrificant. Sectis nanq; humeris & utraq; manu diſtrictos gladioſ
exerētes currūt:& efferūt᷑ & inſaniunt. Optime igitur Quintilianus
in phatico iſtud i[illegible]uid. Si deus cogit iratus eſt: etiam ne hæc ſacra
ſunt? Non ne ſatius eſt pecudum modo uiuere q̃ deos tam impios
tam prophanos:tam ſanguineos colere? Sed unde iſti errores:& hæc
tanta flagitia manauerunt: ſuo loco diſſeremus. Interim uidea/
amus & cætera quæ carent ſcelere:ne ſtudio inſectandi uideamur e
ligere peiora. Iſidiſ ægyptia ſacra ſunt quatenus filium paruulum
uel perdiderit uel inuenerit. Nam primo ſacerdotes eius deglabrato
corpore ſua pectora tundunt lamantat᷑ ſicut ipſa cum perdidit fece/
rat. Deinde puer producitur quaſi inuentus:& in læticiam luctus il
le mutatur.Ideo Lucanus.Nunq̃q; ſatis quæſitus Oſiris ſemper ei ꝑ
dunt ſemper & inueniūt.Refertur ergo in ſacris imago rei quæ uera
geſta eſt.quæ profecto ſi quid ſapimus declarat mortalem mulierē
fuiſſe ac pene orbam niſi unicū repiſſet quod illū ipſū poetā minime

fugit apud quem Pompeius adoleſcens morte patris audita hæc loqt̃.
Euoluā buſto iam numē gentibus Iſim. Et tectū ligno ſpargam per
uulgus Oſirim. Hic ē Oſiris quem Serapym & Serapydem uulgus
appellat. Solēt enim mortuis conſecratis nomina immutari: credo ne
quis putet eos homines fuiſſe. Nam & Romulus poſt mortē Quiri/
nus dictus ē: & Ledea Nemeſis: & Circæ Marica: & Ino poſtq̄ ſe pre/
cipitauit Leuchotea materq; Matua: & Melicertes filius eius Palemō
atq; portunus. Sacra uero cereris Heleuſinæ non ſunt his diſſimilia.
Nam ſicut ibi Oſiris puer planctu matris īquiritur: ita hic ad inceſtū
patrui matrimoniū rapta proſerpina: quā quia facibus ex æthnæ uer
tice accēſis quæſiſſe ī Sicilia Ceres dicitur: iccirco ſacra eius ardentium
thædarū iactatione celebrant̃. Apud lapſacū priapo lætabilis uictima
eſt aſellus cuius ſacrificii ratio in faſtis hæc redditur. Cum dii omnes
ad feſtū matris magnæ conueniſſent: epuliſq; ſatiati noctem luſibus
ducerent quieuiſſe humi Veſtam ſomnūq; cœpiſſe: ibi Priapum ſom
no eius ac pudiciciæ inſidiatū: ſed illā intempeſtio clamore aſelli quo
Silenus uehebat̃: excitatā libidinē uero īſidiatoris eſſe detectam. Hac
de cauſa lapſacenos aſellū Priapo quaſi in ultionem mactare conſue/
uiſſe. Apud romanos uero eundē ueſtalibus ſacris in honorē pudici
ciæ cōſeruare panibus coronari. Quid turpius? Quid flagitioſius: q̄ ſi
Veſta beneficio aſini uirgo eſt? At poeta fabulā finxit. Num ergo il/
lud eſt uerius? Quid referunt hi qui phenomena ſcripſerūt: cum de
duabus cancri ſtellis loquuntur quas græci .ονους. uocant aſellos fu
iſſe: qui Liberum patrem tranſuexerint cum amnem tranſire nō poſ/
ſet quorꝫ alteri hoc præmiū dederit ut humana uoce loqueretur. Itaq;
inter eū Priapūq; ortū eſſe certamē de obſceni magnitudine priapum
uictum & iratū interemiſſe uictorē. Hoc uero multo magis ineptum
eſt: ſed poetis licet quicquid uelint. Nō excutio tam deforme myſte
rium: nec Priapum de nudo: ne quid appareat riſu dignū. Finxerūt
hæc ſane poetæ: ſed neceſſe eſt alicuius turpitudinis tegendæ gratia
ficta eſt. Quæ ſint ergo quæramus. At ea profecto manifeſta eſt.
Nam ſicut lunæ thaurus mactatur: quia ſimiliter habet cornua & pla
cet equo perſis radiis hyperiona cinctum: ne detur celeri uictima tar
de deo. Ita in hoc quia magnitudo membri uirilis enormis eſt. non
potuit enim monſtro aptior uictima reperiri: q̄ quæ ipſum cui mac/
tatur poſſet imitari. Apud lindum quod eſt oppidum Rhodi: Her/
culis ſacra ſūt: quorꝫ a cæteris lōge diuerſus ē ritus. Si qdē nō euphēia
ut greci appellāt: ſed maledictis & execratione: eaq; ꝑ uiolatis habent

ſi quãdo inter ſolẽnes ritus uel impudẽti alicui exciderit bonũ uerbũ Cuius rei hæc ratio redditur: ſi tamẽ ulla eſſe in rebus uaniſſimis poteſt: Hercules cũ eo delatus eſſet faméq; pateretur aratorem quendã inſpexit operantem: ab eoq; petere cœpit ut ſibi unũ bouem uẽderet. Enimuero negauit ille fieri poſſe: quia ſpes ſua omnis colendæ terræ duobus illis iumentis niteretur. Hercules ſolita uiolentia uſus quia unũ accipere non potuit utrũq; ſuſtulit. At ille infœlix cũ boues ſuos mactari uideret iniuriã ſuam maledictis ultus eſt: quod homini eleganti & urbano gratiſſimum fuit. Nam dum comitibus ſuis epulas apparat: dũq; alienos boues deuorat illum ſibi amariſſime conuiciantem cum riſu & cachinis audiebat. Sed poſtq̃ Herculi diuinos honores ob admirationẽ uirtutis deferri placuit a ciuibus ei ara poſita eſt. quam de facto. βουζυγον. ideſt bouis iugũ nominauit ad quã duo uincti boues immolarentur ſicut illi quos abſtulerat aratori: eumq; ipſum ſibi couſtituit ſacerdotẽ ac præcepit ut hiſdẽ maledictis ſemp celebrandis ſairificiis uteret̃ ꝙ negaret ſe unq̃ epulatũ iucundius. Hæc iam nõ ſacra ſunt ſed ſacrilega in quibus id ſanctũ dicitur quod in aliis ſi fiat ſæuiſſime uidicat̃. Ipſius aũt chretici Iouis ſacra quid aliud quod quomodo ſit aut ſubtractus patri aut nutritus oſtenditur Capella enim amaltheæ Nymphæ quæ uberibus ſuis aluit infantem de qua germanicus Cæſar in arathæo carmine ſic ait. Illa putatur nutrix eſſe iouis ſi uere Iupiter infans: Vbera chreteæ mulſit fidiſſima capræ. Sidereq; claro gratũ teſtatur alumnũ. Huius capelle corio uſũ eſſe pro ſcuto. Iouem contra titanas dimicantem. Muſæus auctor eſt unde a poetis egiochus nominat̃. Ita quicquid eſt geſtũ i abſcondendo puero idipſum per imaginẽ gerit̃ in ſacris. Sed & matris eius myſteriũ idem cõtinet quod Ouidius exponit in faſtis. Ardua iam dudũ reſonant tinnitibus idæ. Tutus ut infanti uagiat ore puer. Pars clipeos ſudibus: galeas pars tundit inanes. Hoc curetes habent: hoc coribantes opus. Res latuit priſciq; manẽt imitãtia facti. Aæra deæ comites raucaq; terga mouẽt. Cymbala pro galeiſ pro ſcutis tympana pulſant. Tibia dat phrygios ut dedit ante modos. Hãc totam opininnem quaſi a poetis fictam Saluſtius reſpuit: uoluitq; ingenioſe interpretari. Cur altores iouis dicantur curetes fuiſſe ſic ait. quia principes diuini intelligendi fuerũt uetuſtatẽ ut cætera in maius componentẽ altores Iouis celebrauiſſe. Quantũ errauerit homo etuditus iam res ipſa declarat. Si enim princeps eſt Iupiter: & deorũ: & religionum ſi ante illũ nulli dii colebãt̃ uulgo quia nũdũ nati fuerãt q colũt̃ apparet.

Curetes ex diuerſo principes fuiſſe diuini non intelligendi per : quos error omnis inductus eſt :& dei ueri memoria ſublata eſt. Ex ipſis itaq; myſteriis & cerimoniis intelligere debuerūt hominibus ſe mortuis ſupplicare .Non igitur exigo ut aliquis poetaꝝ fictionibus credat qui hos mentiri putat pontificū ipſoꝝ ſcripta conſideret: & quicquid eſt literaꝝ ad ſacra pertinētiū reuoluat plura fortaſſe q̄ nos aſſerimus : inueniet in quibus itelliget inania : inepta : cōmenticia eſſe omnia quæ pro ſanctis habent. Si quis autē percæpta ſapiētia depoſuerit errorē: ꝓfecto ridebit ineptias hominū pene dementiū: illos dico qui uel inhoneſto ſaltatu tripudiant : uel qui nudi uncti coronari : aut perſonari: aut luto obliti currūt. Quid de ſcutis iam uetuſtate putridis dicā? Quæ cum portant deos ipſos ſe geſtare humeris ſuis arbitrant: Nā furius Bibaculus inter præcipua pietatis exempla numeratur. Qui cū prætor eſſet: tū lictoribus præcūribus ancillæ portauit cū haberet magiſtratus beneficio muneris eius uacationē. Nō ergo ille furius ſed plane furioſus fuit: qui cū præturā hoc miniſterio ſe putauit ornare. Merito igitur cū hæc a uiris nō imperitis ac rudibus fiant: Lucretius exclamat. O ſtultas hominū mentes: O pectora cæca: Qualibet in tenebris uitæ: quātiſq; periculis degitur: hoc æui quodcūq; eſt. Quis hæc ludibria nō derideat qui habeat aliquid ſanitatis? Cum uideat homines uelut mēte captos ea ſerio facere: quæ ſi quis faciat in luſu nimis laſciuus & ineptus eſſe uideatur.

Capitulū. xxii. Quis auctor predictarū uanitatū in italia apud Romanos fuerit: & quis apud alias gentes.

Arum uanitatum apud Romanos auctor & conſtitutor Sabinus ille rex fuit: qui maxime animos hominū rudes atq; imperitos: nouis ſuperſtitionibus implicauit: quod ut faceret aliqua cū auctoritate: Simulauit cū dea Egeria nocturnos ſe habere congreſſus. Erat quædā ſpelunca peropaca in nemore Aricino: unde riuus perenni fonte manabat. Hic ſe remotis arbitris inferre conſueuerat: ut mentiri poſſet monitu deæ cōiugis ea ſacra populo ſe tradere quæ accep tiſſima diis eſſent uidelicet aſtutiā Minois uoluit imitari qui ſe in antrū Iouis recondebat & ibi diu moratus leges tunq̄ ſibi a ioue traditas aſfirmabat: ut homines ad parēdū nō modo imperio ſed ēt religiōe cōſtrigeret. Nec difficile ſane fuit pſuadere paſtoribꝫ. Itaq; pōtifices flāmines: ſalios: augures creauit: deos per familias deſcripſit : ſic noui

populi feroces animos mittigauit: & ad ſtudia pacis a rebus bellicis auocauit. Sed cum alios falleret ſeipſū tamen non fefellit: nam poſt annos plurimos Cornelio & Bebio cōſulibus in agro ſcribæ Petilii ſub ianiculo arcæ duæ lapideæ ſunt repertæ a foſſoribus: quarꝫ i altera corpus Numæ fuit: in altera ſeptem latini libri de iure pōtificio. Item grꝫci totidem de diſciplina ſapiētiæ ſcripti quibus religiones non eas modo: quas ipſe inſtituerat: ſed omnes preterea diſſoluit. Qua re ad ſenatū delata decretū eſt ut hi libri abolerentur. Ita eos. Qu. Petilius prætor urbanus in concione populi concremauit. Inſipienter id quidē Quid enim profuit libros eſſe combuſtos? cū hoc ipſum ꝙ ſunt ideo combuſti: quia religionibus derogabant memoriæ ſit traditum. Nemo ergo tunc in ſenatu nō ſtultiſſimus. Poterant enim libri aboleri: & res tamē in memoriam non exire. Ita dū uolūt etiā poſteris approbare q̄ta pietate defenderint religiones: auctoritatē religionū ipſarū teſtando minuerūt. Sed ut Pompilius apud romanos inſtitutor ineptarū religionū fuit: ſic ante Pompiliū Faunus in lacio: qui & Saturno auo nefaria ſacra conſtituit. & Picū patrem inter deos honorauit: & ſororē ſuā Fatuā Faunam eandemqꝫ coniugem conſecrauit Quam Gabius Baſſus fatuā nominatā tradidit ꝙ mulieribus fata canere conſueuiſſet: ut Faunus uiris. Eandē Varro ſcribit tantæ pudiciciæ fuiſſe: ut nemo illā quoad uixerit præter ſuū uirꝫ mas uiderit nec nomē eius audierit. Icci rco illi mulieres in operto ſacrificant. & bonā deā nominant. Et. C. Sex. Clodius in eo libro quem græce ſcripſit refert Fauni hanc uxorē fuiſſe: quæ quia cōtra morem decuſqꝫ regium clam uini olam ebiberat & ebria facta erat uirgis mirtheis a uiro uſqꝫ ad mortē cæſā. Poſtea uero cum eū facti ſui pœniteret: & deſiderium eius ferre non poſſet: diuinū illi honorem detuliſſe: Icci rco in ſacris eis obuolutā uina amphora poni. Reliquit ergo poſteris Faunus quoqꝫ non parꝫ erroris quem tamen prudentes quiqꝫ præſpiciunt. Nam Lucillus eorꝫ ſtulticiam: qui ſimulachra deos putant eſſe. deridet his uerſibus.

Terricolas lamias Fauni quas Pompiliiqꝫ inſtituere. Numaqꝫ tremit omnia ponit. Vt pueri infantes credunt ſigna omnia ænea. Viuere & eſſe homines ſic iſti omnia ficta Vera putant: credunt ſignis cor ineſſe ænis. Pergula pictorum: & cætera. Poeta quidem ſtultos homines infantibus comparauit. At ego multo imprudentiores eſſe dico. Illi enim ſimulachra homines dicunt uel putant: hi deos. Illos ætas facit putare quod non eſt: hos ſtulticia. Illi utique breui deſinunt falli: horum uanitas & durat ſemper & creſcit.

Sacra liberi patris primus Orpheus induxit in græcia primuſq; celebrauit in monte boetiæ thebis: ubi liber natus eſt proximo. Qui cum frequenter citharæ cãtu perſonaret. Citheron appellatus eſt. Ea ſacra etiam nunc orphica nominantꝰ: in quibus ipſe poſtea dilaceratus & captus eſt. Et fuit per eadem tẽpora quibus Faunus. Sed quis ætate preceſſerit dubitari poteſt ſi quidẽ per eoſdẽ ãnos Latinus priamuſq; regnarunt. Item patres eoꝝ picus & Laumedon: quo regnante Orpheus cũ argonautis ad Ilieſiũ littus acceſſit. Procedamus igitur ulterius & quæramus quis oĩno colendoꝝ deorum primus auctor extitit. Didimus in libris. ἐξηγήσεσι πινδαρικῆσ. Ideſt narationes pindaricæ ait. Meliſſea cretenſium regẽ primũ diis ſacrificaſſe ac ritus nouos ſacrorũ pompas introduxiſſe. Huius ducis fuiſſe filias: Amaltheã & Meliſſam quæ iouem pueꝝ caprino lacte ac melle nutrierũt. Vnde poetica illa fabula originẽ ſumpſit: aduolaſſe apes atq; os pueri melle compleſſe. Meliſſã uero a patre primã ſacerdotẽ matri magnæ cõſtiturã: unde adhuc eiuſdẽ matris ãriſtites meliſſe nuncupantur.

Hiſtoria uero ſacra teſtatur ipſum Iouem poſtq̃ rerum potitus eſt: in tantam inſolentiam ueniſſe: ut ipſe ſibi fana multis in locis cõſtitueret. Nam cum terras circuiret in quãcũq; regionẽ uenerat: reges prĩcipesue populoꝝ hoſpitio & amicicia copulabat: & cũ a quocq; digrederetur iubebat ſibi Fanũ creari hoſpitis ſui nomine quaſi ut poſſet amiciciæ & fœderis memoria cõſeruari. Sic conſtituta ſunt tẽpla ioui athabirio Ioui Labiriando. Arhabirius enim & Labiriandus hoſpites eius atq; adiutores eius in bello fuerũt. Item ioui Laprio: Ioui Molioni: Ioui Caſſio: & quæ ſunt in eundẽ modũ quod ille aſtutiſſime excogitauit: ut & ſibi honorem diuinum: & ut hoſpitibus ſuis perpetuũ nomẽ acquireret cũ religione coniunctũ. Gaudebant ergo illi & huic imperio eius libenter obſequebantur: & nominis ſui gratia ritus annuos & feſta celebrabant. Simile quiddã in ſicilia fecit Aeneas cũ conditæ urbis Aceſte hoſpitis nomen impoſuit: ut eam poſtmodum lætus ac libens aceſtes diligeret augeret ornaret. Hoc modo religionẽ cultus ſui per orbem terræ Iupiter ſeminauit: & exemplũ cæteris ad imitandũ dedit. Siue igitur a Meliſſeo ſicut Didimus tradidit colendoꝝ deoꝝ ritus effluxit: ſiue ab ipſo quoq; ioue: ut Euhemerus tradit De tempore tamẽ conſtat quãdo dii coli cœperũt. Meliſſeus quidem multũ anteceſſit ætate: quippe qui educauerit Iouem pronepotẽ. Et iccirco fieri poteſt: uel ut ante uel ut adhuc puero Ioue deos colere inſtituerit: ideſt alumni ſui matrem & auiam tellurem: quæ fuit

Vrani coniunx patrem ſaturnū. Et ipſe hoc exemplo atque inſtituto Iouem ad tantam ſuperbiam prouexerit ut poſtea ſibi diuinos hono/res auderet aſſumere.

Capitulū. xxiii. Quo tempore uanæ ſuperſtitiones quibus ſub auctoribus.

Vnc uqoniā uanaꝝ ſuperſtitionū originem depræhendimus: ſupetē ut etiam tempora colligamus: per quæ fuerint illi quoꝝ memoria colitur. Theophilus in libro de temporibus ad Autholicū ſcripto ait in hiſtoria ſua. Tallum dicere: ꝙ Belus quem babyloni: & aſſyri colūt antiquior troiano bello fuiſſe inueniatur CCC. xxii. annis Belū autem æqualem Saturno fuiſſe & utrunq; uno tempore adole/uiſſe. Quod adeo uerū eſt ut ratione ipſa colligi poſſit. Nā & Agamen non qui geſſit bellū troicū: Iouis abnepos fuit: & Achelles Aiaxq; pro nepotes: & Vlixes eodem gradu proximus. Priamus quidem lōga ſe rie ſed auctores quidam tradunt Dardanū & Iaſiū Corynthi filios fu iſſe nō Iouis. Nec enim ſi ita fuiſſet ad uſus impudicos Ganymedem pronepotem ſuum habere potuiſſet. Itaq; parentibus illorum: quos ſupra nominaui: ſi congruenter annos diuidas: numerus conſētiet. Ab excidio autem troianæ urbis colligunť āni mille quadringenti ſep tuaginta. Ex hac temporū ratione manifeſtū eſt ante annos nō ampli us q̄ mille octingētos natū eſſe Saturnū: qui & ſator oīum deoꝝ fuit Nō ergo iſti gloriātur ſacroꝝ uetuſtate: quorum & origo & ratio & tē pora deprehēſa ſūt. Reſtant adhuc aliqua quæ ad arguēdas religiōes falſas plurimū ualeāt: ſed iam finem facere libro decreui: ne modum excedat. Et enim plenius ſūt exequēda: ut omnibus refutatis quæ ueritati uidentur obſtare: ut homines qui bonorū ignorātia uagātur incerti: ad religionem ueram poſſumus imbuere. Primus autem ſapi etiæ gradus ē falſa intelligere. Secundus uera cognoſcere. Ergo apud quē hæc prima inſtitutio noſtra ꝓfecerit: qua falſa deteximus: excita bitur ad ueri cognitionē: quia nulla eſt homini iucundior uoluptas: & erit iā ſapiētia cæleſtis diſcipliæ dignus quare ad cognoſcēda cætera libens ac paratus acceſſerit.

L. Cœlii Lactantii firmiani diuinaꝝ inſtitutionū aduerſus gentes: Li/ber de origine erroris ad Conſtantinum Imperatorem.

Quod rationis obliuio & ignorantia ſui: facit homines ingratos ueri dei: qui colitur in aduerſis & in ꝓſperitate contemnitur. Cap. i.

Vanq̄ primo libro religiones deoꝝ falſas eſſe mōſtra
uerim ꝗ hi quorū uarios diſſimileſq; cultus per uni/
uerſam terram conſenſus hominū ſtulta perſuaſione
ſuſcepit mortales fuerint functiq; uita diuinæ neceſſi
tati morte conceſſerint. tamē ne qua dubitatio relin/
quatur: hic ſecundus liber fontē ipſum patefaciet er/
roꝝ cauſaſq; omnes explicabit: quibus decepti homīes & primitus de
os crediderint & poſtmodū inueterata perſuaſione in ſuſceptis prauiſ
ſime religionibus perſuaſerint. Geſtio enim nō cōiunctis manibus &
hominū impia uanitate detecta ſingularis dei aſſerere maieſtatē ſu/
ſcipiens utilius & maius officiū: ſcilicet reuocandi homines a prauis
itineribus: & in gratiam ſecum ipſos reducendi: ne ſe (ut quidam phi
loſophi faciunr) tantopere deſpiciant. Neue ſe infirmos & ſuperuacu
os: & nihil & fruſtra omnino ſtatos putent: quæ opinio pleroſq; ad
uicia compellit. Nā dum exiſtimant nulli deo nos eſſe curæ: aut poſt
mortē nihil eſſe futuros: totos ſe libidinibus adiiciūt. Et dum licere ſi
bi putant hauriendis uoluptatibus ſitienter imcumbunt: per quas im
prudentes in laqueos mortis incurrāt. Ignorant enim quæ ſit hominis
ratio: q̄ ſi tenere uellint: in primis deū ſuum agnoſcerent: uirtutē iu/
ſticiāq; ſequerent: terrænas figmentis animas ſuas non ſuſtemerent:
mortiferas libidinū uoluptates nō appeterēt. Deniq; ſeipſos magni æ/
ſtimarēt atq; intelligerēt plus in homine q̄ uidetur: cuius uim condi
tionēq; non aliter poſſe retineri niſi cultū ueri parētis ſui depoſita pra
uitate ſuſceperint. Et quidē ſicut oportet de ſūma reꝝ ſepænumero
cogitans: admirari ſoleo maieſtatem dei ſingularis quæ continet re/
gitq; omnia in tantā ueniſſe obliuionē: ut quæ ſola coli debeat: ſola
potiſſimū negligatur. Homines autē ipſos ad cæcicitatē eē deductos
ut uero ac uiuo deo mortuos anteferant: terrenos autē in terraq; ſe/
pultos ei qui fundator ipſius terræ fuit: & tamē huic impietati homi
nū poſſet uenia concedi: ſi omnino ab ignorantia diuini nominis ueni
ret hic error. Cum uero ipſos deoꝝ cultores: ſæpe uideamus deū ſum
mū & confiteri & predicare q̄ ſibi ueniā ſperare poſſinr īpietatis ſuæ
qui nō agnoſcūt cultū eius: quem prorſus ignorari ab homine fas nō ē
Nam & cum īurant & cum optant: & cum gratias agunt nō Iouem
aut deos multos: ſed deū nominanr adeo ipſa ueritas cogente natura
etiā ab inuictis peccatoribus erūpit.. Quod quidē non faciunt in ꝓſ
peris rebus. Nā tū maxime deus ex memoria hominū elabitur:
cū beneficiis eius fruentes honorē dare diuinæ indulgētiæ debent.

At uero ſi qua neceſſitas grauis preſſerit: : tunc deũ recordãtur. Si belli terror infremuerit ſi morborꝝ peſtifera uis incubuerit: ſi aliméta frugibus longa ſiccitas denegauerit: ſi ſæua tempeſtas: ſi grando ingruerit ad deũ cõfugiũt: a deo petitur auxiliũ deus ut ſubueniat oratur: ſi quis in mari uento ſæuiẽte iactatᷣ: hũc inuocant: ſi quis aliqua ui afflictatᷣ hũc potius implorant. Si quis ad extremã mendicandi neceſſitaté deductus uictũ precibus expoſcit deũ ſolũ obteſtatᷣ: & per eius diuinum atq; unicũ nomé hominũ ſibi miſericordiã quærit. Nunq̃ igitur dei meminerunt: niſi dũ in malis ſũt. Poſtq̃ metus deſeruit & pͥcula receſſerunt tum uero alacres ad deorꝝ templa coucurrunt: his libanr his ſacrificant: hos coronant. Deo autem: qué in ipſa neceſſitate implorauerũt: ne uerbo quidé gratias agũt: adeo ex rerꝝ ꝓſperitate luxuria ex luxuria uero ur uicia omnia ſic impietas aduerſus deũ naſcitur. Qua nam iſtud ex cauſa fieri putemus niſi eſſe aliquam perverſam poteſtaré: quæ ueritatis ſit ſemp inimica: quæ humanis erroribus gaudeat: cui unicum ac perpetuũ ſit opus effundere renebras. & hominum cæcare mẽtes ne lucem uideant ne deniq; in cælũ aſpitiant ac naturam corporis ſui ſeruẽt. Nã cũ cæteri animãtes pronis corporibus in humũ ſpectent: quia rationem ac ſapientiã non acceperũt nobis autem ſtatus erectus. ſublimis uultus ab artifice deo datus ſit: apparet iſtas religiões deorꝝ nõ eẽ rõnis hũanæ qa curuãt celeſte aĩal ad ueneranda rerrena. Parens ille noſter unus & ſolus cũ fingeret hominem ideſt animal intelligens & rationis capax: eum uero ex humo ſubleuauit ad contemplationem ſui artificis erexit: quod optime ingenioſus poeta ſignauit. Pronaq; cum ſpectent animalia cætera terrã Os homini ſublime dedit cæluq; uiderᷣ. Iuſſit & erectos ad ſydera tollere uultus. Hinc utiq; ανθρωποσ græci appellauerũt ꝗ ſurſum ſpectet. Ipſi ergo ſibi renuncianr: ſeq; hominũ nomine abdicanr qui non ſurſum aſpicianr: ſed deorſum niſi forte ad ipſum ꝗ recti ſumus ſine cauſa homini attributũ putant. Spectarᷣ nos cælum deus uoluit: utiq; nõ fruſtra nã & aues & ex mutis pene oĩa cælũ uident ſed nobis ꝓprie datũ eſt cælũ rigidis ac ſtãtibus uidere ut religioné ibi quæramus ut deũ cuius ſedes illa ẽ quem oculis nõ poſſumus animo cõtemplemur quod profecto non faciunt: qui æs aut lapidem: quæ ſunt terra uenerantᷣ. Eſt auté prauiſſimũ cum ratio corporis recta ſit quod eſt temporale ipſum uero animum qui æternus humilem fieri cum figura & ſtatus nihil aliud ſignificent: niſi menté hominis eo ſpectare oportere quo multũ & animũ tam rectum eſſe debere q̃ corpus: ut

id cui dominari debet imitet᷑: uerũ homines & nominis ſui & ratiõis obliti oculos ſuos ab alto deiiciũt ſoloq; defigunt atq; timẽt opera digitoꝝ ſuotum quaſi quicq̃ eẽ poſſit artifice ſuo maius.

Capitulum.ii.Quæ fuerit prima cuaſa fingendi ſimulachra.Et ꝙ uetiſſima dei imago ẽ homo:& ꝙ extra ſe nemo deum fideliter colit.

Væ igit᷑ amẽtia eſt aut ea fingere quæ ipſi poſtmodum timẽt: timere quæ finxerint?Non ipſa inquiunt timemus ſed eos ad quorũ imaginem ficta eſt:& quoꝝ nominibus cõſecrata ſunt. Nempe ideo timetis:ꝙ eo eſſe in cælo arbitramini.Neq; enim ſi dii ſunt aliter fieri poteſt.Cur igitur oculos ĩ cælum nõ tollitis:& aduocatis deorũ nominibus in aperto ſacrificia celebratis? Cur ad parietes & ligna & lapides potiſſimum q̃ illos ſpectatis: ubi eos eſſe creditis? Quid ſibi templa? Quid aræ uolunt? Quid deniq; ipſa ſimulachra: quæ aut mortuoꝝ aut abſentium monumenta ſunt?Nam omnino fugendarũ ſimilitudinum ratio iccirco ab hominibus inuenta eſt:ut poſſet eorũ memoria retieri:qui uel morte ſubtracti uel abſentia fuerant ſepati.Deos igit᷑ in quoꝝ numero reponemus?Si in mortuorũ: quis tam ſtultus ut colat?Si in abſentium:colendi ergo non ſunt:ſi nec uidẽt quæ facimus:nec audiũt quæ præcamur.Si autem dii abſẽtes eſſe nõ poſſunt:qui quoniam diuini ſunt :in quacũq; mundi parte ſunt uident:& audiunt uniuerſa.Superuacua ergo ſunt ſimulachra illis ubiq; preſentibus:cum ſatis ſit audientium nomina precibus aduocare. At enim preſentes non niſi ad imagines ſuas adſunt:ita plane quẽadmodũ uulgus exiſtimat :mortuoꝝ animos circa tumultus & corporum ſuorũ reliquias aberrare:ſed tamẽ poſtq̃ deus ille preſto eſſe cœpit:iam ſimulachro eius opus non eſt.Quæro enim ſi quis imaginẽ hominis peregre conſtituti cõtẽplentur ſæpius ut ex ea ſolatiũ capiat abſentis num idem ſanus eſſe uideat᷑:ſi eo reuerſo atq; preſente ĩ cõtemplande imagine perſeueret:eaq; potius q̃ ipſius hominis aſpectu frui uelit?Minime profecto.Et tamẽ hõis imago neceſſaria tum uidetur cum procul abeſt:ſuperuacua futura cũ preſto eſt.Dei autem cuius ſpiritus ac numen ubiq; diffuſus abeſſe nunq̃ poteſt ſemp utiq; imago ſuperuacua ẽ:ſed uerentur ne omnis eoꝝ religio ianis ſit & uacua :ſi nihil in preſenti uideant ꝙ adorent & ideo ſimulachra conſtituũt quæ quia mortuoꝝ ſunt imagines ſimilia mortuis ſunt omni

enim ſenſu carent. Dei autem in æternū uiuentis uiuū & ſenſibile d' bet eſſe ſimulachrū. Quod ſi a ſimilitudine id nomē accepi: qūo poſ ſūt iſta ſimulachra deo ſimilia iudicari: quæ nihil ſentiūt nec mouen tur? Itaq; ſimulachꝝ dei nō illud eſt quod digitis hominis: & lapide aut ære aliaue materia fabricat̄ ſed ipſe homo quoniā & ſentit: & mo uet: & multas magnaſq; actiones habet. Nec intelligunt homines in/ eptiſſimi ꝙ ſi ſentire ſimulachra & moueri poſſēt: ultro adoratura ho mines fuiſſent: a quibus ſunt expolita: quæ eſſent ut incultus & hor ridus lapis. aut materia informis ac rudis: niſi fuiſſent ab hōine forma ta. Homo igit̄ illoꝝ quaſi parens putandus ē per cuius manuſ nata ſūt per quē ſpeciē: figurā: pulchritudinē habere cœperūt. Et ideo melior ē ille qui fecit q̄ illa quæ facta ſunt: & tamē factorē ſuum ipſū nemo ſuſcipit aut ueretur. Quæ fecit timet tanq̄ plus poſſit eſſe in opere q̄ in opifice. Recte igitur Seneca in libris moralibus: Simulachra igit̄ deoꝝ uenerant̄: illis ſupplicant: genu pōito illa adorant: illis per totū aſſident diem aut aſtant: illis ſtipem iaciunt: uictimas cædūt: & cum hæc tantopere ſuſcipiant: fabros qui illa fecere contemnūt. Quid īter ſe tam contrariū: q̄ ſtatuaꝝ deſpicere factorem: ſtatuam adorare. & eū ne in cōuictu quidem admitrere: qui tibi deos faciat. Quam ergo uim quā poteſtatem habere poſſunt cū ipſe qui fecit illa non habeat: ſed ne hæc quidē his dare potuit quæ habebat: uidere: audire: loqui: moueri? Quiſq̄ ne igitur tam ineptus eſt ut putet aliquid eſſe in ſi/ mulachro dei in quo ne hominis quidem quicq̄ eſt preter umbram? ſed hæc nemo conſiderat: infecti ſunt enim perſuaſione: ac mentes e orū penitus ſucū ſtultitiæ perbiberūt. Adorant ergo inſenſibilia qui ſentiūt: irrationabilia qui ſapiūt: exāima qui uiuūt: terrena q oriunt̄ e celo. Iuuat ergo uolut in aliqua ſublimi ſpecula conſtitutū: unde u niuerſi exaudire poſſint Perſianū illud ꝓclamare. O curue in terras āi mæ & cæleſtiū manes cælū potius intuemini ad cuius ſpectaculū uos excitauit ille artifex uerus deus: ille uobis ſublime uultum dedit: uos in terram curuamini: uos altas mentes & ad parentē ſuū cum corpo ribus ſuis erectis ad inferiora deprimitis: tanq̄ uos pœniteat non qua drupedes eſſe natos: fas nō eſt cæleſte animal cū terrenis in terramq; uergentibus adæquari. Quid uos beneficiis cæleſtibus orbati proniq; in humū ueſtra ſponte procumbitis? Humi enim miſeri uolutamini cum deorſum quæritis quod in ſublimi facere debuiſtis. Nam iſta mortalium digitorum ludicra & fragilia figmenta: ex quolibet ma/ teriæ genere formata quid aliud ſunt terta ex qua nata ſunt.

Quid ergo rebus inferioribus ſubiecetis? Quid capitibus ueſtris ter/
rã ſuperponitis? Cũ ergo uos terre ſubmittitis humilioreſq; facitis ip
ſi uos ultro ad inferos mergitis: ad mortemq; damnatis: quia nihil ter
rã inferius & humilius niſi mors & inferi. quæ ſi effugere uelletis ſub
iectam pedibus ueſtris terram cõtemneretis corporis ſtatu ſaluo qđ
idcirco rectum accepiſtis: quo oculos atq; mentẽ cũ eo qui fecit con/
ferre poſſetis. Contemnere aũt & calcar̃ terrã nihil aliud eſt q̃ ſimula
chra nõ adorare quia de terra ficta ſunt. Item diuitias nõ cõcupiſcere
uoluptates corporis ſpernere: quia opes & corpus ipſum cuius hoſpi
tio utimur terra eſt. Vnum colite ut uiuatis. Moriatur enim neceſſe ẽ
qui ſe ſuamq; animam mortuus adiudicauit.

## Capitulũ. iii. Quod & alii qui uidebant̃ ſapientes cæteris deterius peccauerunt.

Ed quid prodeſt ad uulgus & ad hõies imperitos hoc modo cõ
cinari cũ uideamus etiã doctos & prudentes uiros cũ relgionũ
intelligant uanitatẽ nihilhominus tamẽ etiã ĩ his ipſis quæ damnant
colẽdis neſcio qua prauitate præſtare. Intelligebat cicero falſa eẽ quæ
hõies adorant. Nã cũ multa dixiſſet quæ ad euerſionẽ religionũ uale/
rẽt: ait tamẽ non eſſe illa uulgo diſputanda: ne ſuſcepta publicæ re
ligionis diſputatio talis extinguat. Quid ei facies: qui cũ errare ſe ſen/
tiat ultro ipſe in lapides impugnat ut populus oĩs offendat̃? ipſe ſibi
oculos eruat: ut oẽs cæci ſint: qui nec de aliis bene mereat̃ quos patit̃
errare: nec de ſe ipſo qui alienis accedit erroribus: nec utitur tandem
ſapiẽtiæ ſuæ bono: ut factis impleat quod mente percepit: ſed prudẽs
& ſciens pedẽ laqueo inſerit ut ſimul cũ cæteris quos liberare ut pru/
dẽtior debuit & ipſe capiatur quin potius ſi quid tibi cicero uirtutis
eſt experire populũ facere ſapientẽ. Digna res eſt ubi omnes eloquẽ
tiæ tuæ uires exeras. Non enim uerendum eſt ne tibi in tam bona cã
deficiat oratio: qui ſæpe etiã malas copioſe ac fortiter defendiſti: ſed
nimirũ Socratis carcerẽ times: ideoq; patrocinũ ueritatis ſuſcipere nõ
audes. At mortem ut ſapiens contemnere debuiſti. Et erat multo pul
chrius: ut ob bene potius dicta q̃ ob maledicta morereris. Nec tibi la
udis plus philipice afferre potuerunt q̃ diſcuſſuſ error humani gene
ris & mentes hominum ad ſanitatem tua diſputatione reuocare. Sed
concedamus timiditati quæ in ſapiente eſſe nõ debet. Quid ergo ipſe
in eodem uerſatis errore? Video te terrena & manu facta uenerari.

Vana eſſe intelligis & tamē eadē facis quæ faciunt ipſi quos ipſe ſtul
tiſſimos confiteris .Quid igitur profuit uidiſſe te ueritatē quā nec de
fenſurus eſſes nec ſecuturus.Sed ſi libenter errant hi qui errare ſe ſen
tiūt quanto magis uulgus indoctū .quod pompis inanibus gaudet :a
nimiſq; puerilibus ſpectat omnia oblectatur friuolis & ſpecie ſimula
chrorū capitur nec ponderare ſecū unāquāq; rem poteſt ut intelligat
nihil colendū eſſe quod oculis mortalibus cernit quia neceſſe ē morta
le ſit. Nec mirandū eſt ſi deū non uideant cū ipſi nequidem hominē
uideant: quem uidere ſe credūt.Hoc enim quod oculis ſubiectū eſt:
nō homo ſed hominis receptaculū ē: cuius qualitas & figura nō ex li
neamētis uaſculi quo continetꝰ: ſed ex factis & moribus peruidetur.
Qui ergo colūt ſimulachra cotpota ſunt hominibus carentia: quia ſe
corporalibus dediderunt :ne uident plus aliquid mēte q̄ corpore cum
ſit animi officiū ea ſubtilia cernere quæ acies corporalis nō poteſt intu
eri. Quos hōies idē ille philoſophus ac poeta grauiter acuſat: tanq̄
humiles & abiectos qui contra naturæ ſuæ rationē ad uenerāda ſe ter
rena proſternāt.Ait enim.Et faciūt aīos humiles formidine diuum.
Depreſſoſq; premūt ad terrā.Aliud quidē ille cū hoc diceret ſētiebat
nihil uriq; eſſe colendū quia dii humana non curent .Denique alio lo
co religiones deoꝝ & cultus inane eſſe officiū confitetut. Nec pietas
ulla ē uelatū ſepe uideri. Vertete ſe ad lapidē :atq; omnes accedere ad
aras. Et ꝓcumbere humi proſtratū & pandere palmas. Ante deum
delubra nec aras ſanguine multo Spargere quadtupedum nec uo/
tis nectere uota. Quæ profecto ſi caſſa ſunt uori oportet ſublimeſ &
excelſos animos auocari atq; in terram premi: ſed nihil aliud q̄ cæle/
ſtia cogitare. Impugnatæ ſunt ergo a prudentioribus falſæ religiones
quia ſentiebant eſſe falſas :ſed non eſt inducta uera: qa q̄lis aut ubi
eſſet ignorabant. Itaq; ſic habuerūt tanq̄ ſi nulla eſſet oīo :quia uerā
non poterāt inuenire. Et eodē mō inciderūt in errorē multo maiorē q̄
illi qui falſa tenebāt. Nā & iſti fragiliū cultores q̄uis ſint inepti: quia
cæleſtia cōſtituūt in rebus corruptibilibus atq; terrenis aliquid ſapiē
tiæ retinēt & habere ueniam poſſunt: quia ſūmū hoīs officiū & ſi nō
re ipſa tamē propoſito tenent ſiquidē hōinū atq; mutoꝝ uel ſolū: uel
certe maximū in religione diſcrimē eſt. Hi uero quanto fuerunt ſapi
ētiores ꝙ intellexerūt falſe religionis errorē: tanto facti ſunt ſtultio/
res ꝙ eſſe aliquā uerā non putauerūt. Itaq; quoniā facilius eſt de alie
nis iudicare q̄ de ſuis: dū alioꝝ precipitiū uidēt: nō proſpexerūt quid

libr. 29

ante ſuos pedes eſſet. In utraq; igit̃ parte & ſũma ſtulticia inuenitur & odor quidẽ ſapientiæ ut poſſit dubitare quos dicas potiſſimũ ſtultiores illos ne qui falſam religionẽ ſuſcipiũt: an eos qui nullã. Sed ut dixi uenia concedi poſſet imperitis & qui ſe ſapientes non fateantur: his uero non poteſt qui ſapientiã profeſſi ſtultitiã potius exhibent. Non ſum equidẽ tam iniquus: ut eos putem diuinare potuiſſe: ut ueritatẽ per ſeipſos inuenirent quod fieri ego nõ poſſe confiteor ſed hoc ab his exigo ratione ipſa preſtare potuerũt. Facerẽt enim prudẽtius ſi intelligerẽt eſſe aliquam ueram & falſis impugnatis aperte pronunciarent eã quæ uera eſſet ab hominibus non teneri. Sed mouerit eos fortaſſe illud quod ſi qua uera eẽt religio: exerceret ſe uindicare ne pateret̃ eẽ aliud quicq̃. Videre enim nullo modo potuerant: quare aut a quo & quemadmodũ religio uera opprimeretur quod eſt diuini ſacramenti & cæleſtis archani. Id uero niſi doceatur aliquis nullo pacto ſcire poteſt. Summa rei hæc eſt. Imperiti & imprudentes falſas religiones ꝓ ueris habent quia neq; uerã ſciũt neq; falſam intelligũt. Prudentioreſ uero quia uerã neſciunt: aut in his quas falſas eẽ intelligunt perſeuerant: ut aliquid tenere uideant̃: aut omnino nihil colunt: ne incidant ĩ errorẽ cũ idipſũ maxĩ ſit erroris: uitã pecudũ ſub figura hominis imitari: falſũ uero intelligere ẽ quidẽ ſapiẽtiæ ſed humanæ ultra hunc gradũ ꝓcedi ab hõine non poterit. Itaq; multi philoſophoꝝ religiões ut docui ſuſtulerũt: ueꝝ aũt ſcire diuinæ eſt ſapiẽtiæ. Homo aũt ſeipſũ ꝑuenire ad hanc ſapientiã nõ põt niſi doceat̃ a deo. Philoſophi quod ſũmũ fuit hũane ſapiẽtiæ aſſecuti ſũt: ut intelligerent quod nõ ſit: illud aſſequi nequiuerũt ut dicerẽt qd ſit. Nota Ciceronis uox ẽ utinã tã facile uera inuenire poſſẽ q̃ falſa cõuenire. Quod qa uires hũanæ cõditiõis excedit eius officii facultas nobis eſt arbitrata: qbus tradidit deus ſcientiã ueritatis: cui explicãde quatuor poſteriores libri ſeruiẽt. Nũc interim falſa ut cœpimus tegamus:

## Capitulũ. iiii. Quod nil maieſtatis & reuerẽtiæ hẽant idola.

Vid igit̃ maieſtatis poſſunt habere ſimulachra: quæ fuerunt in homunculi põtate uel ut aliud fierent iccirco apud horatiũ Priapus ita loquitur. Olim truncus eram ficulnus inutile lignũ. Cũ faber incertus ſcamnũ faceret ne priapũ. Maluit eẽ deũ: deus ĩde ego furũ auiũq; maxima formido. Quis non ſit tanto hoc cuſtode ſecurus? Fures enim tã ſtulti ſunt ut priapi rẽtiginem timeant cum aues ipſe

quas terrore falcis aut īguinis abigi exiſtimāt ſimulachris fabrefactis: ideſt hominū plane ſimilibus inſideant: nidificēt inquinent. Sed Flaccus ut ſatirici carminis ſcriptor deriſit hominū uanitatem. Verū hi q faciūt ſeriam ſe rem facere opinātur. Deniq; poeta maximus: homo in cæteris prudens in ſolo nō poetice ſed anilit: deſipiuit: cū ī illis emēdatiſſimis libris etiā fieri hec lubet. Et cuſtos furiū atq; auiumq; cū falce ſaligna. Heleſpōtiaci ſeruet tutela priapi. Adorāt ergo mortalia aut a mortalibus facta: frāgi enim cremariq; poſſūt ac perire: nam & tectis uetuſtate labentibus ſæpe cōminui ſolent & cōſumpta īcēdio dilabūtr in cierē: & pleꝛ᷑q; niſi ſua illis magnitudo ſubuenerit: aut cuſtodia diligens ſepſerit in predā furibus cedūt. Quæ igitr inſania ē ea timere pro quibus ruīe aut ignes aut furta timeātur? Quæ uanitas aliquam ab his ſpectare tutelā quæ tueri ſemetipſa nō poſſūt? Quæ ꝑuerſitas ad eoꝝ preſidia decurere quæ ipſa cū uiolātur multa ſūt: niſi a colentibus uindicētur? Vbi ergo ueritas eſt: ubi nulla uis adhiberi poteſt religiōi: ubi nil ꝙ uiolari poſſit apparet: ubi ſacrilegium fieri nō poteſt. Quicquid aūt oculis manibuſq; ſubiectum eſt: id uero quia fragile eſt: ab omni ratiōe immortalitatis eſt alienū. Fruſtra igitur homines auro: ebore: gemmis deos excolūt & ornāt quaſi uero ex his rebus nullā poſſit capere uoluptatē. Quis uſus eſt precioſoꝝ muneꝝ nihil ſētiētibus? An ille qui mortuus? Pari enī ratiōe defūctorum corpora odoribus ac præcioſis ueſtibus illita & conuoluta humi cōdūt qua deū honorāt: qui neq; cum fierent ſētiebāt: neque cū colūtur ſciūt. Nec enim ſēſū cōſecratiōe ſumpſerūt. Nō placebat Perſio: ꝙ aurea uaſa tēplis inferātr ſuperuacuū putāti eſſe inter religiōes: ꝙ nō ſācti tatis ſed auariciæ ſit inſtrumētū. Illa enim ſatius eſt deo quē recte colas inferre pro munere. Cōpoſitum ius fas ꝙ animi ſāctoſq; receſſus. Mētis & incoctū generoſo pectus honeſto. Egregie ſapienterq; ſenſit uerum illud ridiculū ſubdidit. Hoc eſſe uerū in tēplis ꝙ ſint Veneri donate a uirgīe pupe: quas illa omittere fortaſſe cōtēpſit. Nō uidebat enim ſimulachra ipſa & effigies deoꝝ Polycleti & Eufronoris & Phydiæ manu ex auro atq; ebore perfectas. Nihil aliud eſſe q̄ grādes pupas nō a uirginibus quaꝝ luſibus uenia dari poteſt ſed a barbaris hominibus cōſecratas. Merito igitur etiā ſenū ſtulticiā Seneca deridet. Non inquit bis pueri ſumus ut uulgo loquitur: ſed ſemper ueꝝ hocītereſt ꝙ maiores noſ ludimus. Ergo hiſ ludicris & ornatis & grādibus pupis: & unguēta & thura: & odores inferūt his opimas & pingues hoſtias immolāt quibus eſt quidē os: ſed carēt officio dētiū. His pe-

plos & indumenta precioſa quibus uſus uelaminis nullus eſt. His aurũ & argentum cõſecrãt quæ tam nõ habẽt qui accipiũt: illa donarũt Nec ĩmerito Dionyſius ſiciliæ tyrãnus poſt uictoriã græcia potitus deos tales cõtempſit: ſpoliauit: illuſit. Siquidem ſacrilegia ſua iocularibus etiã dictis proſequebant̃. Nã cum Ioui olympio aureũ amictum detraxiſſet: laneum iuſſit imponi dicens: æſtate eſſe graue aureum: hyeme frigidum: laneum uero uero utriq; tempori aptũ: Idem aureã barbam detrahens: & Aeſculapio incongruens & iniquũ eẽ ait: Cum Apollo pater eius imberbis adhuc eſſet ac læuis priorem filiumq̃ patrẽ barbatum uideri. Item pateras & exuuias & parua quædã ſigilla que ſimulachrorum potentis manibus tenebantur detrahebat & accipere ſe illa nõ auferre dicebat. Per q̃ enim ſtultũ eſſe & ingratum nolle accipere ab his ultro porrigentibus a quibus bona ſibi homines præcarẽtur. Hæc enim fecit impune quia rex & uictor fuit. Qui etiam ſecuta eſt eum ſolita fœlicitas. Vixit enim uſq; ad ſenectutem regnumq; per manus filio tradidit. In eo igit̃ qa homines ſacrilegia uindicare nõ poterant oportuit deos ipſos ſui uindices eſſe. At ſi humilis qd tale cõmiſerit: huic preſto ſunt flagella: ignes: eculei cruces: & qcqd excogitare iratis & furentibus licet. Sed cũ puniũt deprehenſos in ſacrilegio ipſi de deoꝝ ſuorũ poteſtate diffidũt. Cur enim non illis potiſſimum relinquant ulciſcendi ſui locũ: ſi eos poſſe aliquid arbitrantur: qn etiã putant illoꝝ numine accidiſſe ut predones reꝝ ſacraꝝ deprehenſi tenerent̃ & ſæuiũt nõ tã ira q̃ metu ne ſi deoꝝ iniuriam non uindicauerint ipſos expectãt pene incredibili .ſ. uanitate q nocturnos ſibi deos putant ob aliena ſcelera qui ipſi a quibus uiolati ſpoliatiq; ſũt: per ſe ipſos nihil nocere potuerũt. At enim ſæpe ipſi quoq; in ſacrilegos uindicauerũt põt id uel caſu accidiſſe: ꝙ aliquãdo nõ ſemper: ſed tamen paulopoſt quando id acciderit oſtendã. Sed quæro cur illi tot & tanta ſacrilegia in Dionyſio nõ uindicauerint: qui nõ furtim ſed palã deos ludibrio habuit. Cur hũc tã potentẽ ſacrilegũ a tẽplis a cerimoniis ab imaginibus ſuis nõ arcuerint? Cur etiam ſacris rebus ablatis ꝓſpere nauigauit quod ioco ipſe teſtatus eſt ut ſolebat? Videtis ne inquit comitibus ſuis naufragiũ timẽtibus q̃ ꝓſpera ſacrilegis nauigatio ab ipſis diis immortalibus tribuat̃? Sed hic fortaſſe a platõe didicerat deos nihil eſſe. Quid. C. Verres quẽ Tullius accuſator eius eidẽ Dionyſio & Phalaridi tyrãnis omnibus comparat: nõne omnẽ ſiciliã cõpilauit ſublatis deorũ ſimulachris ornamentiſq; ſiguloꝝ phanoꝝ? Ocioſũ eſt ꝓ

ſequi ſingula. Vnũ libet cõmemorare in quo accuſator omnibus eloquentiæ uiribus omni deniq; conatu uocis & corporis deplorauit. De cerere uel cathinẽſi uel æthereſi: quaꝝ alterius ranta fuit religio: ut adire templi eius ſecreta penetralia uiris nefas eſſet. Alterius antiquitas tãta fuit ut omnes hiſtoriæ loquãt̃ ipſã deã fruges ĩ æthne ſolo primũ reperiſſe: filiãq; eius uirginẽ ex eodẽ loco raptã. Deniq; gracchanis tẽporibus turbata repu. & ſeditiõibus & oſtentis cũ repertũ eſſet in car minibus ſibyllinis antiquiſſimã cererẽ debere placari: legati ſunt æthnã miſſi. Hæc igitur ceres uel religioſiſſima q̃ uidere maribus ne adorandi quidã gratia licebat uel antiquiſſima quẽ. S. P. Qu. R. ſacrifi ciis doniſq; placauerat: ex archanis & ueruſtis penetralibus. C. Verre ĩmiſſis larronibus ſeruis impune ſublata ẽ: idẽ uero cũ affirmaret ſe a ſiculis ut cauſã ꝓuinciæ ſuſciperet oratũ. his uerbis uſus ẽ ſeſe iam ne deos quidem in ſuis urbibus ad quos cõfugerẽt habere: ꝗ eoꝝ ſimula chra ſanctiſſima. C. Verres ex delubris religioſiſſimis ſuſtuliſſet.
Quaſi uero ſi Verres ex urbibus delubriſq; ſuſtulerat: de cælo quoq; ſuſtulerat. Vnde apparet iſtos deus nihil habere ĩ ſe amplius quam materiam de qua ſunt fabricati: nec immerito. M. T. hoc ad te ipſũ hominẽ ſiculi confugerũt qm̃ triẽnni ſunt experti deos illos nihil ualere. Eſſent enim ſtulſſimi ſi ad eoſ ob defendedas iniurias hominum confugiſſẽt. Qui. C. Verri ꝑ ſe ipſis irati eſſe potuerũt. An enĩ Verres ob hæc facinora damnaruſ eſt: nõ ergo dii uindicauerũt. ſed Ciceronis induſtria qua uel defenſores eius oppreſſit uel gſatiæ reſiſtit.
Quid quod apud ipſũ Verrem nõ fuit ulla damnatio: ſed uocatio: ut quemadmõm Dionyſio deoꝝ ſpolia geſtanti dii immorrales bonã dederant nauigationẽ: ſic etiã Verri bonã quierẽ rribuiſſe uideantur: in qua ſacrilegiis ſuis tranquille frui poſſet. Nã frementibus poſtea ciuilibus bellis ſub obrenta dominationis ab omni periculo & metu remotus: alioꝝ graues cauſas & miſerabiles exitus audiebat: & q ceci diſſe ſolus omnibus ſtantibus uidebarur: is uero uniuerſis cadentibꝫ ſolus ſtetir: donec illũ & opibus ſacrilegio partis & uita ſaciatũ: ac ſenectute confectũ: ꝓſcriptio triũuiralis afferret eadẽ ſcilicet quæ Tulliũ uiolatæ deoꝝ maieſtatis ultorem. Quinetiam fœlix in eo ipſe fuir ꝗ ante ſuã mortẽ crudeliſſimũ exitũ ſui acuſatoris audiuir: diis uidelicet ꝓuidentibus: ut ſacrilegus ac prædo ille religionum ſuarum nõ ante moreretur: q̃ ſolatiũ de ultione cœpiſſet.

Capitulũ. v. Quod ſolus omnium creator uerus deus ẽ: ſoluſq;

Libri 2º

colendus nec elementa nec corpora cæleſtia aliquid diuinitatis habẽt : in quo & ſtoici déſipiũt : qui ſtellas deos putant : quæ non ſua uoluntate mouẽt ſed dei : & q̃ rõne eas ſic fieri uoluit.

Optima descriptio

Vanto igitur rectius eſt omiſſis inſenſibilibus & uanis : oculis eo tendere ubi ſedes : ubi habitatio eſt dei ueri : qui terram ſtabili firmitate ſuſpendit : qui cælũ diſtinxit aſtris fulgentibus : qui ſolẽ rebus humanis clariſſimũ ac ſingulare lumẽ in argumẽtũ ſuæ unicæ maieſtatis accendit. Terris aũt maria circũfundit : flumina ſempiterno lapſu fluere precepit : Iuſſit & extendi campos ſubſidere ualles frõde tegi ſiluas lapidoſos ſurgere montes. Quæ utiq; omnia nõ Iupiter fecit : qui ante annos milie ſeptingentos natus eſt : ſed ille opifex reꝝ mũdi melioris origo qui uocatur deus : cuius principiũ qm̃ nõ põt cõprehendi : nec quæri debet quidẽ. Satis eſt homini ad plenã perfectãq; prudentiã : ſi deũ eſſe intelligat cuius inteligentiæ uis ſũma hæc eſt ut ſuſcipiat & honorificet cõmunẽ parentẽ generis humani : & rerum mirabiliũ fabricatorem : unde quidã hebetis obtuſiq; cordis elementa quæ & facta ſũt & carent ſenſu tanq̃ deos adorant : qui cũ dei opera mirarent̃ : cælũ cũ luminibus uariis : terrã cũ campis & mõtibus : maria cũ fluminibus : & ſtagnis & fontibus : earum admiratione obſtupefacti & ipſius artificis obliti quem uidere non poterãt eius opa uenerari & colere cœperũt : nec unq̃ intelligere quiuerũt : q̃to maior q̃to mirabilior ſit : qui illa fecit ex nihilo : quæ cũ uideãt diuinis legibꝫ obſequentia : cõmodis atq; uſibus hominũ perpetua neceſſitate familiari : tamẽ illa deos exiſtimant eſſe ingrati aduerſus beneficia diuina : q deo & patri ſibi indulgentiſſimo ſua ſibi opera prætulerũt. Sed quid miꝝ ſi aut barbari aut imperiti homines errant : cũ etiã philoſophi : & ſtoicæ diſiplinæ in eadẽ ſint opinione : ut omnia cæleſtia quæ mouẽt̃ in deorum numero habenda eſſe cenſeantur. Siqdem Lucillius ſtoicus apud Ciceranẽ ſic loquitur. Hanc igitur i ſtellis cõſtantiã : hanc tantã in tam uariis curſibus in omni eternitate conuenientiam temporꝫ non poſſum intelligere ſine mente : ratione : conſilio : quæ cũ in ſyderibus eſſe uideamus non poſſumus ea ipſa non in deoꝝ numero ponere. Item paulo ſuperius. Reſtat inquit ut motus aſtroꝝ ſit uolũtarius quæ qui uideat nõ indocte ſolum uerum etiam impie faciat ſi deos eſſe neget. Nos uero & quidem conſtanter negamus : ac uos o philoſophi non ſolum indoctos & impios uerũ etiam cæcos & ineptos : delitos probamus qui ignorãtiam imperitorum uanitate uiciſtis.

Illi enim ſolē & lunā: uos etiam ſidera deos eſſe putatis. Tradite igit̃ nobis ſtellaꝝ myſteria ut aras & templa ſingulis erigāus ut ſciamus quo quāq; ritu quo die colamus: quibus nominibus quibus precibus aduocemus niſi forte nullo diſcrimine tā innumerabiles: tā minutos deos aceruarim colere debemus. Quid ꝙ argumētū illud quo colligūt uniuerſa cæleſtia deos eſſe in cōtrariū ualet. Nam ſi deos eſſe iccirco opinant̃ quia cæteros & rationabiles curſus habent errāt. Ex hoc enī appatet deos nō eſſe ꝙ exorbitare illis à pſ̃ſtitutis itineribus nō licet. Cæteꝝ ſi dii eſſent: huc atq; illuc paſſim ſine ulla neceſſitate ferrent̃ ſicut animantes in terra quoꝝ quia libere ſunt uoluntates huc atq; illuc uagant̃ ut libuit: & quo quāq; mens duxerit eo fertur. Nō eſt igit̃ aſtroꝝ motus uoluntarius ſed neceſſarius quia præſtitutis legibꝫ officiiſq; deſeruiūt: ſed cū diſputaret de curſibus ſideꝝ: quos ex ipſa reꝝ ac tempoꝝ congruentia intelligebat: nō eſſe fortuitos exiſtimauit uoluntarios eſſe tanq̄ nō poſſēt tā diſpoſitæ ordinate moueri niſi ſēſus illis ineſſet officii ſui ſciens. O q̄ difficilis ē ignorantibus ueritas: & q̄ facilis ſcientibus: Si motus inquit aſtroꝝ fortuitu nō ſunt: nihil aliud reſtat niſi ut uoluntarii ſint immo uero ut nō eſſe fortuitos manifeſtū ē ita nec uoluntarios. Quō igitur in conficiendis itineribuſ ſuis conſtātiā ſuam ſeruant: nimiꝝ deus uniuerſi artifex ſic illa diſpoſuit ſic illa machinatus eſt: ut per ſpacia cæli diuina & admirabili ratione decurrerēt ad efficiendas ſuccedētiū ſibi tempoꝝ uarietates. An Archimedes ſiculus cōcauo ære ſimilitudinē mundi ac figurā potuit machinari. In quo ita ſolē ac lunā ita compoſuit: ut inæquales motus & cæleſtibus ſimiles cōuerſionibus ſinguliſq; quaſi diebus efficerent: & nō modo acceſſus ſolis & receſſus: uel incrementa diminutioneſq; lunæ ueꝝ etiā ſtellaꝝ: uel errantiū uel uagaꝝ: diſpares curſus orbis ille dū uertit̃ exhiberet. Deus ergo illa uera nō potuit machinari & efficere quæ potuit ſolertia hominis imitatiōe ſimulare. Vtrum ne igitur ſtoicus ſi aſtroꝝ figuras in illo ære pictaſ effictaſq; uidiſſet: ſuo illa cōſilio moueri diceret: ac nū potius artificis ingenio. Ineſt ergo ſideribus ratio ad peragēdos meatus ſuos apta: ſed dei eſt illa ratio: q & fecit & regit oīa nō ipſoꝝ ſideꝝ quæ mouent̃. Nā ſi ſolē ſtare uoluiſſet ꝑpetuus itaq; dies eēt. Itē ſi motus aſtra nō hērēt qs dubitat ſēpiternā noctē fuiſſe futurā. Sed ut diei noctis uices eēnt: moueri ea uoluit & tā uarie moueri ut nōmō lucis ac tēebraꝝ mutue uiciſitudīes fierēt qbꝫ labōis & qetis alt̃na ſpacia cōſterēt ſed ēt frigoris ac caloris

& diuerſoꝝ tempoꝝ uis & poteſtas uel generãdis uel maturandis frugibus conueniret. Quã ſolertiã diuine poteſtatis in machinandis itineribus aſtroꝝ: quia philoſophi nõ uidebant animalia eſſe ſydera putauerũt tanq̃ pedibus & ſpõte nõ diuina ratiõe procederent. Cur aũt excogitauerit illa deus: quis non intelligit? Scilicet ne ſolis lumine decedente nimiũ cæca nox terris atq; horrentibus tenebris ingraueſceret noceretq; uiuentibus. Itaq; & cælũ ſimul mira uarietate diſtinxit: & tenebras multis minutiſꝝ luminibus temperauit. Quanto igit' Naſo ſapientius q̃ illi qui ſapientiæ ſtudere ſe putant: qui ſentit a deo lumina illa ut horrorẽ tenebraꝝ depellerent inſtituta. Is eũ libꝝ quo phanomena breuiter cõprehẽdit: his tribus uerſibus terminauit. Tot numero taliq; deus ſimulachra figura. Impoſuit cælo perq; atras ſparſa tenebras. Clara pruinoſæ iuſſit dare lumĩa nocti. Quod ſi fieri nõ poteſt ut ſtelle dii ſint ergo nec ſol quidem ac luna dii eẽ poſſunt: q̃m luminibus aſtroꝝ nõ ratione differũt: ſed magnitudĩe. Quod ſi hi dii nõ ſũt: ergo nec cælũ quidẽ in quo illa omnia continentur.

Capitulũ. viii. Quod nec terra nec aqua nec pars aliqua mũdi nec totus ipſe deus ẽ animatus: ſtoici mẽtiũt' q qd' aſtruũt ꝑiter euertũt.

Imili modo terra quã calcamus: quã ſubigimus & colimus ad uictũ deus non eſt: nec campi quidem ac montes dii erunt. Sed hi nõ ſunt ergo nõ tellus quidem: uniuerſa deus uideri poteſt. Item ſi aqua quæ ſeruit animantibus ad uſum bibendi aut lauandi: deus nõ eſt: nec fontes quidem ex quibus aqua profluit. Si fontes nõ ſunt ne flumina quidẽ: quæ de fontibus colliguntur. Si flumina quoq; dii nõ ſũt: ergo & mare quod ex fluminibus cõſtat deus haberi nõ poteſt. Quod ſi neq; cælũ neq; terra: neq; mare: quæ mũdi partes ſũt dii eſſe poſſunt ergo ne mundus quidẽ totus deus eſt: quẽ idem ipſi ſtoici & animantem & ſapientẽ eẽ contendũt. Et propterea deum in quo tam inconſtãtes fuerũt ut nihil dictũ ſit ab his quod nõ ab hiſdẽ fuerit euerſũ. Sic enĩ argumentant' fieri non poſſe ut ſenſu careat: qd ſenſibilia ex ſe generant. Mũdus autẽ generat hominẽ qui ẽ ſẽſu preditus ergo & ipſũ ſenſibilẽ eſſe. Item ſine ſẽſu eſſe non poſſe cuius ps hẽat ſẽſũ. Igitur quia homo ſenſibilis ẽ ẽt mũdus cuius pars homo ẽ ĩeẽ ſẽſũ. Propõitiões quidẽ uere ſũt: & ſenſibile eẽ quod ſẽſu præditũ gignat & habere ſẽſũ: cuius pars ſenſu aucta ſit ſed aſſũptiões falſe: quibus argumẽta concludũt quia neq; mundus generat hõiem: neq;

mundi homo pats ē: nā hominē e principio idē deus fecit qui & mū dū: & nō eſt mūdi pats homo ſicut corporis membrū. Poteſt enī mun dus eē ſine homine ſicut urbs & domus. Atqui ut domus unius homi nis habitaculū ē & urbs unius populi: ſic & mundus domiciliū huma ni generis. Et aliud eſt quod incolit͛ aliud quod incolit. Sed dū illi ſtu dēt id quod falſo ſuſceperāt cōfirmare & ſenſibilem eē mūdū: & deū argumētoꝝ ſuoꝝ cōſequētia nō uiderūt. Nā ſi mūdi pars eſt homo & ſenſibilis eſt mundus quia ſentit. Ergo quia mortalis eſt homo mor talis ſit mundus neceſſe ē: nec tantū mortalis ſed etiam omnibus mor bis & paſſionibus ſubiectus. Et e cōtrario ſi deus eſt mundus: & par/ tes eius utiq; immortales ſunt: ergo & homo deus ē: quia pars ē ut di citis mūdi. Si hō ergo & iumēta & pecudes & cætera genera beſtiaꝝ: & auiū & piſciū quoniā illa eodem modo ſentiunt & mūdi partes ſ͛t. At hoc tollerabile ē. Nā & hæc colūt ægyptii: ſed res eo peruenit: ut & ranæ & culices & formicæ dii eē uideant͛ quia & ipſis ineſt ſenſus: & ex parte mundi ſunt ita ſemper argumenta ex falſo petita ineptos & abſurdos exitus habent. Quid ꝙ iidem ipſi aiunt deoꝝ & hominū cauſa mūdum eſſe cōſtructū quaſi cōmunem domū. Ergo nec mun duſ deus eſt nec animans ſi cōſtructus eſt: animās enim nō cōſtruit͛ ſed naſcit͛. Et ſi ē ædificatus: & ſic utiq; tanq̄ domus tanq̄ nauis. Eſt ergo aliquis artifex mundi deus & ſeorſū erit mundus qui factus eſt: ſeorſū ille qui fecit. Iam illud q̄ repugnans & abſurdum: ꝙ cum cæ leſtes ignes cæteraq; mundi elemēta deos eſſe affirmāt. Item ipſū deū mundū dicunt. Quomō pōt ex deoꝝ multoꝝ aceruo unus deus cōfi ci. Si aſtra dii ſunt mundus ergo nō deus ſed domiciliū deoꝝ eſt. Si uero mūdus ē: ergo illa omnia quæ ſunt in eo dii non ſunt ſed dei mē bra: quæ utiq; ſola dei nomē accipere nō poſſunt. Nec enī recte quis dixerit membra hominis unius multos homines eſſe: ſed tamen nō eſt ſimilis comparatio animalis & mundi. Animal enim quia ſenſu pre/ ditū eſt etiā membra eius habent ſenſū nec niſi a corpore diuulſa pu treſcuut. Cuius igitur rei ſimilitudinem gerit mundus? Nimi/ rum ipſi docent cum factum eſſe non diffitentur: ut eſſet diis & hominibus quaſi communis domus. Si ergo eſt conſtructus ut domus ndc ipſe deus eſt: nec elementa quæ ſunt partes eius: quia neque domus habere dominium ſui poteſt: neque illa de quibus do mūs conſtat. Non tantū igitur ueritate ſed etiam uerbis ſuis reuin ciuntur. Sicut enim domus in uſum habitandi facta per ſe nihil ſen/ tit: dominoque ſubiecta eſt: qui eam fecit aut incolit: ita mundus

per ſe nihil ſentiens : factori deo ſubiacet qui eũ i uſum ſui fecit.

Capitulũ. vii. Quod dupliciter peccant iſipiẽtes. Et ꝙ auaritia ſub obtentu religionis colit̃ preualente : ratione traditione maio rũ : & qui fuerint maiores quoꝝ auctoritas preiudicat ꝟitati.

Rimum ut ſolius hoīs ſit: nec cadat in ullum aliud aīmal. Deī de ut ſolius animi nec cōicari poſſit cum eo corpore. Poſtremo ut non poſſit cuiq̃ ſine ſcientia & uirtute contingere. Quæ circūſcriptio illas oēs ſcientias excludit ac ſoluit. Eoꝝ eī q dixerūt nihil tale ē. Dicā nunc quid ſit: ut doceā qđ inſtitui phōs oēs cæcos atq; inſpiciētes fuiſſe: qui qđ eſt hōi ſummū bonū conſtitutū: nec uidere nec itelligere: nec ſuſpicari aliqū potuerunt. Anaxagoras cū ab eo quæreret: cuius rei cā natus eſſet: reſpondit ſolis ac cæli uidendi. Hanc uocē admirantur oēs: ac philoſopho dignā iudicant. At ego hunc puto nō inuenientem quid reſponderet effudiſſe hoc paſſim ne taceret. Quod quidē ſecū ſi ſapiens fuiſſet. cōmentatū & meditatū habere debuit: quia ſiquis rōnē ſui neſciat: ne hō ſit quidē: ſed putemus nō ex tēpore dcm̄ illud effuſum. Videamus in tribus uerbis quot & q̃ta peccauerit. Primū ꝙ omne hoīs offm̄ in ſolis oculis poſuit: nihil ad mentē referens. ſed ad corpus oia. Quid ſi cæcus fuiſſet: offm̄ ne hoīs amitteret: qđ fieri ſine occaſu animæ nō pōt. Quid cætere corporis ꝑtes: unde carebunt ſuis quoq; muneribus? Quid qđ plus eſt in auribus q̃ ī oculis ſitū: qm̄ doctrina & ſapientia ꝑcipi auribus ſolis pōt: oculis ſolis non pōt. Cæli ac ſolis uidendi cā natus es. Quis te in hoc ſpectaculū induxit: aut quid cælo: reꝝq; natura uiſio tua cōfert? Nimirū ut hoc īmenſum & admirabile opus laudes? Confitere ergo reꝝ oium eſſe cōſtitutorē deū: qui te in hunc mundū quaſi teſtē laudatorēq; tanti ſui operis induxit. Magnū eſſe credis uidere cælū atq; ſolē. Cur ergo gratias nō agis ei: qui huius beneficii auctor eſt? Cur non ipſius uirtutē: ꝓuidentiā: poteſtatēq; metiris aīo: cuius opera miratis? Etenī neceſſe eſt ut multo mirabilior ſit: qui mirabilia ꝑfecit. Si te quiſpiā uocaſſet ad cœnā: in eaq; opinione acceptus eſſes: nō ſanus uidereris ſi pluris faceres ipſā uoluptatē q̃ uoluptatis auctorem. Adeo philoſophi ad corpus oia referūt: nihil prorſus ad mentē nec uidēt amplius: q̃ qđ ſub oculis uenit. At qui remotis oībus officiis corporis in ſola mentē ponenda ē hoīs ratio. Nō ergo ideo naſcimur: ut ea que ſūt facta uideamus: ſed ut ipſū factorē reꝝ omniū cōtēplemur: ideſt mēte cernamus. Quare ſiquis hominē q uere ſapit interroget: cuius rei gratia natus ſit. Reſpōdebit intrepidus ac paratus: colēdi ſe dei gra

libro 3

tia natū: q nos ideo genetauit: ut ei ſeruiamus. Seruire aūt deo nihli aliud eſt: q̄ bonis operibus tueri: & cōſeruare iuſtitiā: ſed ille ut hō diuinarꝝ rerꝝ imperitus: rē maximam rediget ad minimum duo. ſola diligenda quæ ſibi diceret intuenda. Quod ſi natū ſe eſſe dixiſſet: ut mundum intueret᷑: q̄q̄ oīa cōprehenderet: ac maiori uteret᷑ ſono: tam̄ nō īpleſſet hōis officiū: qa quāto pluris eſt aīa q̄ corpus: tanto pluris ē deus q̄ mūdus q a mūdū deus fecit & regit: Nō ergo mūdus oculis: quia utrunq; ē corpus. ſed deus aīa cōtēplādus ē: quia deus ut eſt ipſe īmortalis: ſic aīum uoluit eſſe ſempiternū. Dei aūt cōtēplatio ē uenerari & colere cōem parētē generis humani. Quod ſi phis abfuit ꝓiectiq; in terrā fuerunt diuina ignorando: exiſtimādus eſt Anaxagoras ad ea quæ uidenda natū eſſe ſe dixit: nec cælū uidiſſe nec ſolē. Expedita eſt igitur hominis ratio: ſi ſapiat cuius ꝓpria eſt humanitas. Nam ipſa humanita quid eſt niſi iuſtitia? Quid eſt iuſtitia niſi pietas? Pieta autem nihil aliud eſt q̄ de parentis agnitio:

Cap. x. Quod ea quæ uidentur hōis eſſe ꝓpria. cæteris quoq; aīalibus cōia ſunt: hōi uero ꝓpriū eſt deū noſcere & colere.

Summum igit᷑ bonū hominis in ſola religione eſt. Nam cætera etiā quæ putantur eſſe homini ꝓpria: in cæteris quoq; aīalibꝫ reperiunt᷑. Cū eni ſuas uoces ꝓpriis inter ſe notis diſcernunt: atq; dinoſcunt: colloqui uidentur: ridendi quoq; ratio apparet in his aliqua cum deuulſis auribus: cōtractoq; rictu & oculis in laſciuiā reſolutis: aut homini alludūt: aut ſuis quiſq; cōiugibus ac fœtibꝫ propriis. Nonne aliquid amori muto: & indulgentiæ ſimile impriunt. Iā illa quæ ſibi proſpiciūt in futurꝝ: & cibos reponunt: habēt utiq; prudentiam: rōis quoq; ſigna in multis deprendunt᷑. Nam quādo utilia ſibi appetunt mala cauēt: pericula uitant. latibula ſibi parāt: in plures exitus diſparentia ꝑfecto aliquid intelligūt. Poteſt aliquis negare illis ineē rōem: cū hominē ipſum ſæpe deludant. Nam quibus generandi mellius officiū eſt: cū aſſignatas incolunt ſedes: caſtra muniunt: domicilia inenarrabili arte cōponunt: regi ſuo ſeruiunt. Neſcio an in his ſit ꝑfecta prudentia. Incertum eſt igitur: utrꝝne illa quæ hōi tribuntur: cōia ſint cum aliis uiuentibus. Religionis certe ſunt expertia. Equidē ſic arbitror uniuerſis aīalibus eſſe datā rationē ſed mutis tātūmodo ad uitā tuendā: homini aūt ad ꝓpagandā. Et quia in hoie ipſa ratio ꝑfecta eſt ſapientia nominat᷑: quæ in hoc eximium facit hoiem ꝙ ſoli

datum eſt hői intelligere diuina. Qua de re Cicetonis uera eſt ſeiétia Ex tot inquit generib⁊ nullũ eſt aial præter hoiem: qđ habet noticiã aliquam dei. Ipſiſq; ĩ hoibus nulla gens eſt: neq; tã imanſueta: neq; tã fera: que non etiam ſi ignoret qualem deũ haberi deceat tam̃ ha bendũ ſciat. Ex quo efficiť ut his agnoſcat deũ: q unde ortus ſit qua ſi recordeť. Qui ergo philoſophi uolũt animos omni metu liberare tollũt etiã religionem & orbant hoiem ſuo ꝑprio ac ſingulari bono: quod eſt a recte uiuendo atq; ab omni humanitate diſiunctũ: quia deus ut cũcta uiuentia ſubiæcit hői: ſic ipſum hőiem ſibi. Nã quid eſt cur idẽ diſputent: eo dirigendã eſſe mentẽ: quo uultus erectus ẽ. Si enim nobis in cælũ ſpectandũ eſt: ad nihil utiq; aliud: q̃ ob reli gionẽ: ſi religio tolliť: nulla nobis ratio cũ cælo eſt. Itaq; aut eo eſt ſpe ctandũ: aut in terra ꝓcũbendũ. In terra ꝓcũbere niſi uelimus: qdẽ non poſſumus: quoꝝ ſtatus rectus eſt: in cælũ igiť ſpectandum eſt. quo natura corporis ꝓuocat. Quod ſi cõſtat eſſe faciendũ: aut ideo eſt faciendũ: ut religioni ſeruiamus: aut ideo: ut rõnem reꝝ cæleſtiũ cognoſcamus. Sed rõnem reꝝ cæleſtium cognoſcere nullo mõ poſſu mus: quia nihil eiuſmői pőt cogitando iueniri ſicut ſupra docui. Re ligioni ergo ſeruiendũ eſt: quã q nõ ſuſcipit: ipſe ſe ꝓſternit in terrã & uitã pecudũ ſecutus hũanitate ſe abdicat. Sapiẽtiores ergo imperiti q ẽt ſi errãt ĩ religiõe diligẽda: tam̃ naturæ ſuæ cõditiõiſq; meminerit

Capi. xi. Quod deus fecit hominem cupidum religionis & ſapiẽ tiæ: quorum alterum conſtare ſine altero non poteſt. Et ꝙ nihil eoꝝ quæ mortales appetunt ſummum bonum ſit.

Onſtat igitur totius humani generis conſenſu religionem ſuſ cipi oportere: ſed quomodo in ea erretur explicandum eſt Na turam hominis deus hanc eſſe uoluit: ut duarum rerum cupidus & appetens eſſet: religionis & ſapientiæ: ſed homies ideo fallũtur: ꝙ aut religionem ſuſcipiunt omiſſa ſapientia: aut ſapientie ſoli ſtudent om iſſa religione: cum alterum ſine altero eſſe non poſſit uerum. Cadũt ergo ad multiplices religiones: ſed ideo falſas: quia ſapiẽtiam relique runt: quæ illos docere poterat: deos multos eſſe non poſſe. Aut ſtudẽt ſapientiæ: ſed ideo falſæ: quia religionem ſummi dei omiſerunt: qui eos ad ueri ſcientiam potuit erudire. Sic homines qui alterutrum ſuſ cipiunt uitam deuiam: maximiſq; erroribus plenam ſequnť quoniã in his duobus inſeperabiliter connexis: & officium hőis: & ueritas oĩs incluſa eſt. Miror itaq; nullũ oĩno philoſophoꝝ extitiſſe: qui ſedem

ac domicilium ſūmi boni reperiret. Potuerunt enī ſi quærete. Quod cūq; eſt ſummū bonum: neceſſe eſt omnibus eſſe propoſtum. Voluptas eſt quæ appetitur a cūctis: ſed hæc & cōis ē cum beluis: & honeſtiū nō habet: & ſatietatem affert: & nimia nocet: & proceſſu minuiitur ætatis: & multis non cōntingit. Nam qui opibus carent: quorū maior eſt numerus: etiam uoluptate careant neceſſe eſt. Nō ē igitur ſummum bonum: ſed ne bonum quidem uoluptas? Quid diuitiæ? Multo magis. Nam & plerunq; & paucioribus caſu: & inertibus ſæpa: & non nonnūq̄ ſcelere contingunt & optatur ab his qui eas iā tenent: Qui regnum ipſum: ne id quidem? Non enim cuncti hoīes regnare poſſunt: & neceſſe ē uniuerſus ſūmi boni capacis eſſe. Quæramus igitur aliquid quod propoſitum ſit omnibus. Num uirtus negari non pōt: quin & bonum nō ſit: & omnium certe bonnm. Sed ſi beara eſſe nō pōt: quia uis & natura eius ī malorꝫ perferentia poſita eſt: non ē ꝓfecto ſummū bonū. Quæramus aliud: at nihil uirtute pulchrius: nihil ſapientia dignus inueniri pōt. Si enim uicia ob turpitudinem fugienda ſūt: uirtus igit̃ appetenda ē ob decorē. Quid ergo Poteſt ne fieri ut quod bonū: quod honeſtū eſſe conſtat: mercede ac præmio careat: ſitq; tā ſterile: ut nihil ex ſe cōmodi pareat. Labor ille magnus & difficultas & eluctatio aduerſus mala: quibꝫ hæc uita plena ē: aliquid magni boni pariat neceſſe ē. Id uero quid eſſe dicemus unum uoluptatē? At nihil turpe ex honeſto naſci poteſt. Nū diuitias Num poteſtas? At ea quidem fragilia ſunt & caduca. Num gloriam Nnm honorē? Num memoriā nominis? At hæc oīa nō ſunt ī ipſa uirtute: ſed ī aliorꝫ exiſtimatione atq; arbitrio poſita. Nā ſæpe uirtus & inuiſa eſt: & malo afficit̃. Debet aūt id bonū qđ ea naſcit̃ ita cohærere: ut diuelli atq; obſtrahi nequæat: nec alter ſūmū bonū uideri pōt: q̄ ſi & proprium ſit uirtus & tale ut neq; adiici qcq̄: neq; detrahi poſſit. Quid qđ ī omnibꝫ cōtēnēdis uirtutis officia cōſiſtūt: nā uoluptatē: opes: potētia: honores: eaq; oīa quæ ꝓ bonis habēt̃ nō cōcupiſcere. nō appetere: nō amare: quod ceteri faciūt uicti cupiditate ideſt ꝓfecto uirtus. Aliud ergo ſublimius atq; præclarius efficit: nec fruſtra his preſentibus bonis reluctant̃: niſi qđ maiora & ueriora deſiderat nō deſperemus inueniri poſſe. Modo uerſet ſe cogittaio in oīa. Neq; enim leuia: aut lucrida premia petuntur.

Cap. xii. De duplici pugna corporis & anime & hoſtibus utriuſq; : Et ꝙ uirtus non propter ſe apperenda eſt: ſed ꝓpter uitam eternā

que ſummũ bonum eſt. Et uirtutem neceſſatio ſequit̃ & in preſẽti habeti non poteſt.

Ed queritur qd ſit Propter qđ naſcimur: quid efficiat uirtus. poſſumus ſic inueſtigare: Duo ſunt ex quibus homo conſtat: animus & corpus. Multa ſunt propria animi: multa propria corpis: multa utriq; cõmunia: ſicut eſt ipſa uirtus: quæ quotiens ad corpus refertur: diſcernendi gratia fortitudo nominatur: Quoniam igitur utriq; ſubiacet fortitudo: utriq; propoſita dimicatio eſt: & utriq; ex dimicatione uictoria. Corpus qr ſolidũ eſt: & cõprehenſibile: cum ſolidis & cõprehenſibilibus confligat neceſſe eſt. Animus aũt qr tenuis & inuiſibilis eſt: cũ his congreditur hoſtibus: qui uideri tangiq; non poſſunt. Qui ſunt autẽ hoſtes animi: niſi cupiditates: uicia: peccata quæ ſi uicerit uirtus ac fugauerit: ĩmaculatus erit animus ac purus. Vnde ergo colligi poteſt quid efficiat animi fortitudo? Nimirum ex coniuncto & pari: hoc eſt ex corporis fortitudine. Quod cũ in aliquã congreſſionem certamẽq; uenerit: quid aliud ex uictoria q̃ uitam petit. Siue enim cũ homine: ſiue cum beſtia dimices: pro ſalute certat̃. Ergo ut corpus uincendo id aſſequitur: ut non intereat: ſic etiam animus ut permaneat: & ſicut corpus ab hoſtibꝫ ſuis uictũ morte mulctatur: ita ſuperatus a uiciis animus moriatur neceſſe eſt. Quid ergo intererit inter animi corporiſq; dimicationem: niſi ꝙ corpus temporalẽ uitam expetit: animus ſempiternam? Si ergo uirtus per ſeipſã beata non eſt: quoniam in perferendis (ut dixi) malis: tota uis eius eſt: ſi oĩa quæ ꝓ bonis cõcupiſcũtur negligit: ſi ſumus eius gradus ad mortem patet: quandoquidẽ uitam quæ optatur a cæteris ſæpe reſpuit: mortemq; quam cæteri timent. fortiter ſuſcipit. Si neceſſe eſt aliqd ex ſe magni boni pariat: quia ſuſtentati & ſuperati uſq; ad mortem labores ſine præmio eſſe non poſſunt. Si nullũ præmium quod ea dignum ſit in terra repetitur quandoquidem cuncta quæ fragilia ſunt & caduca ſpernit. Quid aliud reſtat: niſi ut cæleſte aliquid efficiat: quia terræna uniuerſa contẽnit: & altiora nitatur: quia humilia deſpicit. Id uero nihil aliud põt eſſe q̃ ĩmortalitas. Merito ergo philoſoſophorum non obſcuris. Eucliles: qui fuit conditor megaricorum diſciplinæ: diſſentiens a cæteris id eſſe ſummũ bonum dixit: quod ſimimile ſit & idem ſemper. Intellexit ꝓfecto quæ ſit natura ſũmi boni: licet id nõ explicauerit qd ſit: id ẽ aũt ĩmortalitas. Nec aliud omino quicq̃: quia ſola nec imminui: nec augeri: nec imutari põt. Seneca

quoq; imprudens incidit ut fateretur nullum eſſe aliud uittutis præmium: q̄ ĩmortalitatẽ: laudans enim uirtutẽ in eo libro quẽ de ĩmatura morte conſcripſit. Vna inquit res eſt uirtus quæ nos immortalitatẽ donare poſſit: & pares diis faceret. Sed & Stoici quos ſecutus ẽ negant ſine uirtute effici quẽq̄ beatum poſſe: ergo uirtutis præmium beata uita eſt: ſi uirtus (ut recte dictum ẽ) beatam uitam facit. Non ẽ igitur (ut aiunt) ꝓpter ſeipſam uittus expetenda: ſed propter uitã beatam: quæ uirtutẽ neceſſario ſequitur: Quod argumentum docere eos potuit: quod eſſet ſummũ bonum. Hæc autem uita preſens & corporalis beatã eſſe nõ poteſt: quia malis eſt ſubiæcta ꝑ corpus. Epicurus deũ beatũ & incorruptum uocat: quia ſempiternus eſt. Beatitudo ei ꝑfecta eẽ debet ut nil ſit qḋ eã uexare: ac ĩminuere: aut ĩmutare poſſit. Nec aliter quicq̄ exiſtimari beatũ põt: niſi fuerit incorruptum. Incottuptum autem nihil eſt: niſi quod eſt immortale. Sola ergo immortalitas beata eſt: quia corrumpi ac diſſolui nõ põt: Quod ſi cadit in hominem uirtus quod negare nullus poteſt: cadit & beatitudo. Non poteſt enim fieri ut ſit miſer: qui uirtute eſt præditus. Si cadit beatitudo: ergo & immottalitas cadit in hominẽ: quæ beata eſt: Summum igiť bonum: ſola immortalitas ĩuenitť: quia nec aliud animal: nec corpus attingit. Nec poteſt cuiq̄ ſine ſciẽtiæ uirtute ideſt ſine dei cognitiõe ac iuſtitia ꝑuenire. Cuius appetitio q̄ uera: q̄ recta ſit: ipſa uitæ huiuſce cupiditas indicat: quæ licet ſit temporalis & lãbore pleniſſima expetitur tamen ab omnibus & optať. Hanc enĩ tã ſenes q̄ pueri: tã reges q̄ infimi: tam deniq; ſapientes q̄ ſtulti cupiũt: Tanti eſt (ut Anaxagore uiſum eſt) contemplatio cæli ac lucis ipſius ut quaſcũq; miſerias libeat ſuſtinere. Cum igiť laborioſa hæc & breuis uita: non tantum hominum: ſed etiã cæteroꝝ animantium cõſenſu magnum bonum eſſe ducatur. Manifeſtum eſt eandem ſũmum ac ꝑfectum fieri bonum ſi & fine careat & omni malo. Deniq; nemo unq̄ extitiſſet: qui hanc ipſã breuem contemneret: aut ſubiret mortem: niſi ſpe uitæ longioris. Nã illi qui pro ſalute ciuiũ uoluntarie ſe neci optulerunt ſicut Thebis Menæceus. Athenis Codrus. Romæ Curcius & mures duo Decii: nunq̄ mortẽ uitæ cõmodis prætuliſſent niſi ſe ĩmortalitatẽ opinione ciuiũ cõſequi putauiſſent. Qui tamen & ſi neſcirem ĩmortalitatis uiã: res tamen eos non fefellit. Si enim uirtus diuitias & opes ideo contemnit: quia fragiles ſunt: uoluptates ideo quia breues: ergo & uitam fragilẽ breuemq; iõ cõtẽnit: ut ſolidã & ꝑpetuã cõſequať. Ipſa ergo cogitatio ꝑ ordinẽ gradiens & uniuerſa

conſiderans: perducit nos ad exiliũ illud & ſingulare: cuius cauſa naſcimur bonũ. Quod ſi feciſſent philoſophi: ſi non quod ſemel apprehenderant tueri pertinacitet maluiſſent: ꝓfecto pueniſſent ad uerum hoc ut oſtendi mō. Quod ſi nō fuit eorum qui cæleſtes aĩas una cũ corporibus extingunt: illi tamẽ qui de ĩmortalitate diſputant animi intelligere debuerũt. Ideo ꝓpoſitam nobis eẽ uirtutẽ: ut ꝑ domitis libidinibus rerumq; terreſtriũ cupiditate ſupetata: puræ ac uictrices aĩæ ad deũ ideſt ad originẽ ſuã reuertantur. Icirco enim ſoli aĩantiũ ad aſpectũ cæli erecti ſumus: ut ſũmũ bonũ noſtruũ in ſummo deo eſſe credamus. Ideo teligionẽ ſoli capimus. ut ex hoc ſciamus humanũ ſpiritũ nō eſſe mortalẽ: q̃ deum qui eſt immortalis & deſiderat & agnoſcit. Igitut ex omnibus philoſophis: qui aut ꝓ ſummo bono ſcientiã: aut uirtutẽ ſunt amplexi: tenuerunt quidẽ uiã ueritatis: ſed non peruenerunt ad ſummũ. Hæc enim duo ſunt: quæ ſimul efficiãt illud quod queritur: ſcientiã id præſtat: ut q̃uo: & quo perueniendũ ſit nouerimus: uirtus ut perueniamus. Alterũ ſine altero nihil ualet. Ex ſcienna enim uirtus: ex uirrute ſummũ bonũ naſcirur. Beata igitur uita quã philoſophi quæſiuerunt ſemper & quærũt: ſiue in cultu deoꝝ: ſiue in philoſophia: nulla eſt & ideo ab his nō potuit repire. qa ſummũ bonũ nō in ſũmo quæſiuerũt: ſed in imo. Sũmum aũt quid eſt niſi cælũ & deus: unde animus orit̃. Imũ quid eſt niſi terra: unde corpus eſt. Itaq; licet quidã philoſophi ſummũ bonũ nō corpori ſed animo dedenit tamẽ q̃m ad illud hanc uitã retuletunt: quæ cum corpore terminat̃: ad corpus reuoluti ſunt: cuius eſt omne hoc tempus quod tranſigit̃ interra. Quare non immerito ſummũ bonũ non comptehenderũt: qua quicquid ad corpus ſpectat: & immortalitatis eſt expers unum ſit neceſſe eſt: non cadit ergo in hominẽ beatitudo illo modo quo philoſophi putauerunt: ſed ita cadit non ut tũc beatus ſit cũ uiuit in corpore: quod utiq; ut diſſoluatur neceſſe eſt corrũpi: ſed tunc cũ anima ſocietate corporis liberata in ſolo ſpiritu uiuit. Hoc beati eẽ ĩ hac uita poſſumus: ſi minime beati eẽ uideamur: ſi fugiẽtes illecebras uoluptatũ: ſoliq; uirtuti ſeruientes: in oĩbus laborib9 miſeriiſq; uiuamus: que ſũt exercitia & corroboramẽta uirtutis: ſi deniq; aſperã illã uiã difficileq; teneamus quæ nobis ad batitudinẽ patefacta eſt. Sũmũ igit̃ bonũ: q̃d beatos facit nō pōt eſſe niſi in ea religione atq; doctrina: cui ſpes immortalitatis adiuncta eſt.

Capi. xiii. Quod anima immortalis: & quare diuina ttaditio loi

cam non deſiderat aut philoſophiam : ſed ethicam ſolam in qua docenda ſummi philoſophi errauerunt. Et quare philoſophia non ſit dux uitæ & uirtutū patens : expultrix & ultrix uiciorum quod tamē Ciceto & alii aſtuere conati ſunt.

Es exigere uidetͬ hoc loco: ut qm̄ docuimus immortalitatē eſſe ſummū bonū: idipſum īmortalem eſſe animam cōptobemus. Qua de re ingens inter philoſophos diſceptatio eſt: nec quicq̄ tamē explicare: aut probare potuerunr: hi qui ueꝝ de aīa ſentiebant expartes enim huius diuinæ erudirionis: nec argumenta uera quibus uincerent attulerunt: nec teſtimonia quibus probarent : ſed oportuniius hanc queſtioē tractabimus in ultimo libro: cū de uita beata nobis erat diſſerendū Supeſt pars illa tertia philoſophiæ: quā uocant loicā ideſt racionalē: in qua tota dialectica & oīs loquendi ratio cōtinetur Hanc diuina eruditio nō deſiderat: quia non in lingua: ſed in corde ſapientia eſt. Nec intereſt quali utatͬ ſermone: res enī nō uerba quærūtur. Et nos nō de grāmatico aut oratore: quoꝝ ſcientia eſt quomō loq deceat: ſed de ſapientie diſſerimus: cuius doctrina ē qūo uiuere oporteat: ꝙ ſi neq; phyſica illa ratio neceſſaria ē neq; hæc loica: quia beatos facere non poſſunt: reſtat ut in ſola ethica totius philoſophiæ uis cōtineatͬ: ad quam ſe abiectis oībus Socrates cōtuliſſe dicitur. In qua etiā parte quoniā philoſophos erraſſe docui : qui ſūmū bonū (cuius capiendi gratia generaui ſunt) non cōprehenderūt: appatet falſam & inanem eſſe omnē philoſophiā: quia nec inſtruit ad iuſtiriæ munera nec offm̄ homīs tationēq; confirmat. Sciant igitͬ errate ſe qui philoſophiā putant eſſe ſapientiam non trahantͬ auctoritate cuiuſq̄ : ſed ueritati potius: & faueant & acccedant. Nullus hic temeritati locus ē in æternū ſtultitiæ pœna ſubeunda eſt: ſi aut perſona inanis : aut opinio falſa deceperit. Homo aūt qualiſcūq; eſt ſi ſibi credit : hoc eſt ſi homini credit (ut nō dicā ſtultus) qui ſuum nō uideat etrotem : certe arrogans eſt: qui ſibi audeat uendicare quod humana cōdirio non recipit: Ille ipſe romanæ linguæ ſumus auctor quantū fallatut: licet ex illa ſententia puidere: qui cū in libtis offecioꝝ philoſophiā nihil aliud eſſe dixiſſet q̄ ſtudiū ſapientæ: ipſam autē ſapientiam rerum diuinarū & humanarū ſcientiam: tum adiæcit: cuius ſtudium: q uituperat haud ſane intelligo quid nā ſit quod laudādū putet. Nam ſi oblectatio quærītͬ animi requieſq; curaꝝ quæ cōferri cū eoꝝ ſtudiis poſſūt q ſemp aliqd iqrūt : qdͬ ſpectet & ualeat ad hene beateq; uiuendum

Si uero ratio cōſtātie uirtutiſq; ducit: aut hec ars eſt: aut nulla ōnino p quā eas aſſequamur: Nullā dicere maximarū rerꝫ artē eē: cū mini marꝫ ſine arte nulla ſit hoīum eſt parꝫ conſiderate loquentiū: atq; in maximis rebus errantiū. Si aūt eſt aliqua diſciplina uirtutis: ubi ea queratur: cū ab iſto genere diſcendi diſceſſeris? Et quidem tam & ſi operam dederim: ut quātulūcūq; dicendi aſſequeter facultatem pro pter ſtudiū dicendi: tamen eloquens nunq̄ fui: quippe qui forū ne attigerim quidem ſed neceſſe eſt ipſa me faciat eſſe bonitas eloquen tem ad quā diſerte copioſeq; defendendam: ſcientia diuinitatis & ip ſa ueritas ſufficit. Vellē igitur Ciceronē pauliſper ab inferis ſurgere ut uir eloquentiſſimus ab homunculo nō diſetto doceretur. Primū quidnā ſit quod laudandū putet: qui uituperat id ſtudiū quod uoca tur philoſophia. Deniq; neq; illam eſſe artē qua uirtus & iuſtitia diſ catur: nec aliam ullā ſicut putauit. Poſtremo quoniā eſt uirtus diſci plina ubi quærenda ſit: cū ab illo diſcendi genere diſceſſeris: quod il le non audiendi diſcendiq; gratia quærebat. A quo enim poſſet audi re: cū ſciret id nemo? Sed ut in cauſis facere ſolebat intertogatione uoluit urgere: ad confeſſionēq; deducere: tanq̄ conſideret reſponderi prorſus nihil poſſe: quo minus philoſophia eſſet magiſtra uirtutis. Quod quidē in tuſculanis diſputationibus apte ꝓfeſſus eſt. ad eam ipſam conuerſa oratione tanq̄ ſe declamatorio dicēdi genere iactaret O uitæ philoſophia dux inquit. O uirtutis indagatrix expultrix uicio rum: quid non mō nos: ſed omnino uita hominū ſine te eſſe potuiſ ſet. Tu inuentrix legū: tu magiſtra morū ac diſciplinæ fuiſti. Quaſi uero aliquid per ſeipſa ſentiret: ac non potius ille laudandus eſſet q eam tribuit. Potuit eodem mō gratias agere cibo & potui: quia ſine his rebus conſtare uita non poſſit: in quibus ut ſenſus ita beneficii nihil ē atqui ut illa corporis alimenta ſunt: ſic animæ ſapientia.

Capi. xiiii. Quod Lucrecius & aliī errauerunt opinati ſapientiam inuentam eſſe ab homine: & nec datā hominibus a creatore. Et quō Cicero ſuis uerbis cōuincit. Et ꝙ philoſophia nec uerū docet: nec ad recte uiuendum inſtruit.

Ectius itaq; Lucretius cū eū laudat q ſapiētiā primus inuenit: ſed hoc inepte: ꝙ ab hoīe inuentā putauit: quaſi uero illā alicu bi iacētē hō ille quē laudabat inuenerit: tāq̄ tibias ad fontem (ut poe tæ aiunt (ꝙ ſi repertorē ſapientiæ ut deum laudauit. Ita enim dicit.

libr. 3

Nemo(ut opinor)erit mortali corpore cretus. Nã ſicut ipſa petit maieſtas cognita rerũ: dicendum ẽ deus ille fuit. Deus inclyte memini: tamẽ nõ erit ſic laudandus deus q̃ ſapientiã inuenerit: ſed qd' hominem fecerit q poſſet capere ſapientiã: Minuit enim laudẽ: qui ptem laudat ex toto: ſed ille ut hominẽ laudauit: q tam̃ ob idipſũ deberet pro deo haberi q̃ ſapere inuenerit Nã ſicut ut ait. Nõne decebit hũc hoĩem diuũ numero dignarier eſſe. Vnde apparet ut Pythagorã uoluiſſe laudare: q ſe primus ut dixi phõm noĩauit: aut Mileſiũ Thalem q de reꝝ natura primus tradit̃ diſſputaſſe: Sed dũ hoĩem quærit extollere rẽ ipſã depreſſit. Nõ enĩ magna ſi ab hoĩe potuit ĩuenirĩ: uerꝝ põt ut poete dari uenia. At ille idẽ pfectus orator ſũmuſq; philoſophus ne græcos reprehẽdã: quoꝝ leuitatẽ ſemp accuſat: & tam̃ ſeqt̃ ipſã ſapiẽtiã: quã alias donũ: alias inuentũ deoꝝ uocat: poetice figuratã laudat in faciẽ. Grauiter ẽt quæritur extitiſſe aliquos q eã uituparent. Quiſq̃ne inquit uituparare uitæ pentẽ: & hoc picidio ſe inquinare audeat: & tã ipie ingratus eẽ? Nos ergo Mat. Tul. picidæ ſumus & in ſuendi te iudice in culeũ: q in phĩam negamus pentẽ eẽ uitæ. An tu q aduerſus deũ tã ĩpie ingratus es? Nõ hũc cuius effigiẽ uenerarís in capitolio ſedentẽ: ſed illũ qui mũdũ fecit hoĩemq; figurauit: qui ſapientiã quoq; ipſã ĩter cætera cæleſtia ſua beneficia largitus ẽ. Magiſtrã tu uirtutis aut pentẽ uite uocas: ad q̃ ſi qs acceſſerit: multo ſit ĩcertior neceſſe ẽ: q̃ prius fuerit. Cuius enĩ uirtus que ipſa ubi ſita ſit adhuc phi nõ expediũt: cuius uite cũ ipſi doctores ãte fuerit ſenectute ac morte cõfecti: q̃ conſtituerit qũo uiui deceat: cuius ueritas indagatricẽ ꝓfiteri potes qui ſepe teſtaris: cũ tãta multitudo fuerit philoſophoꝝ ſapiẽtẽ tam̃ extitiſſe adhuc neminẽ. Quid ergo te magiſtra illa uite docuit? An ut potentiſſimũ cõſulem maledictis inceſſeres: eũq; hoſtẽ patrie uenenatis orationibus faceres? Sed omittamus illa que poſſunt excuſari fortune nomie. Studuiſti nempe philoſophie & quidẽ ſic ut nullus unq̃ diligentius quippe qui omnes cognoueris diſciplinas: ſicut ipſe gloriari ſoles. eamq; ipſam latinis litteris illuſtraueris: imitatoremq; te Platonis oſtenderis. Credo igitur quid didiceris: aut in qua ſecta ueritatẽ deprehẽderis. In academia: ſcilicet quã ſecutus es: quã probaſti: at hec nihil docet niſi ut ſcias te nihil ſcire. Tui ergo te libri arguunt: q̃ nihil a philoſophia diſci poſſit ad uitã. Hec tua uerba ſunt. Mihi autem non modo ad ſapientiam ceci uidemur: ſed ad ea ipſa: que aliqua ex parte cerni uideantur hebetes. & obtuſi. Si ergo philoſophia ẽ magiſtra uite: cur tibi cecus & hebes

& obtuſus uidebare: quē oportuit illa docentē & ſentire & ſapere: & in clariſſima luce uerſari? At quā cōfeſſus fueris philoſophiæ uerita tem docent ad filiū cōpoſita præcæpta: quibꝫ mones philoſophiæ qui dē præcæpta noſcenda: uiuendū aūt eſſe ciuiliter. Quid tā repugnās dici poteſt? Si noſcenda ſunt precepta philoſophie: ideoqꝫ utiqꝫ noſcē da ſunt: ut recte ſapienterqꝫ uiuamus. Vel ſi ciuiliter uiendū ē: nō ē igitur philoſophia ſapiētia: ſiquidē melius ē ciuiliter q̄ philoſophice uiuere. Nā ſi ſapientia eſt quæ dicitur philoſophia: ſtulte ꝓfecto ui uit: qui nō ſecūdū philoſophiā uiuit. Si aūt non ſtulte uiuit: qui ci uiliter uiuit: ſequitur ut ſtulte uiuat qui philoſophice uiuit. Tuo ita qꝫ iudicio philoſophiæ ſtulticiæ inanitatiſqꝫ dānata ē. Idē in cōſolatio ne: ideſt in opere nō ioculati. Hanc de philoſophia ſententiam tuliſti Sed neſcio qui uos teneat error: aut miſerabilis ignoratio ueri. Vbi ē ergo philoſophie magiſteriū? Aut quid te docuit illa uite parens: ſi uerū mirabiliter ignoras: Quod ſi hec erroris ignorationiſqꝫ cōfeſſio pene inuito tibi ab intimo pectore cōpreſſa ē: cur nō tibi aliquando uerum fatearis philoſophiam: quā tu nihil docentem in celum laudi bus extuliſti: magiſtram uirtutis eſſe non poſſe.

Capi. xv. Quod in eodem errore fuit Seneca. Et quid phia ſecun dum ipſū. Et ꝙ ſicut deus unus & una ueritas: ita una eſt & ſimplex ſapientia. Et qūo phōꝝ oratio pugnet cū uita.

Odem ductus errore Seneca. Quis enim ueram uiam teneret erante Cicerone? Philoſophia (inquit) nihil aliud eſt q̄ recta ui uendi ratio: uel honeſte uiuendi ſcientia: uel ars rectæ uitæ agendæ. Non errabimus: ſi dixerimus phiam eē legē bene honeſteqꝫ uiuēdi. Et qui dixerit illam regulam uitæ: ſuū ille reddidit. Hic plane nō reſ pexit ad cōe philoſophiæ nomen: quæ cum ſit in pluris ſectas diſci plinaſqꝫ diffuſa: nihilqꝫ habeat certi: nihil deniqꝫ de quo uniuerſi una mēte: ac uoce conſenciant. Quid poteſt eſſe tam falſum q̄ regulam uitæ phiam uocari. in q̄ diuerſitas præcæptorum rectum iter impediat & turbet? Aut legem bene uiuendi: cuius capita longe diſſonant: aut ſcientiam uitæ agende: in que nihil contraria ſæpe dicēdo: q̄ ut nemo qcq̄ ſciat: Quæ eni utrū ne academiam philoſophiā putet eſſe an nō Negaturum non arbitror: quod ſi eſt: nihil ergo illorum cadit in phi loſophiam: quæ ut omnia reddat in certa legem abrogat: artem nul lam putat: rationem ſubuertit: regulam deprauat: ſciētiam funditus

tollit:falſa igitur illa omnia:quia in rem ſemper incertam: & adhuc nihil explicantē cadere nō poſſunt.Nulla(itaq; ratio uel ſcientia uel lex bene uiuendi:niſi in ac unica & uera & cæleſti ſapientia cōſtituta eſt quæ philoſophis fuerit ignota.Nā illa terræna qm̄ falſa eſt:fit uaria & multiplex:ſibiq; tota contraria eſt. Et ſicut unus ē huiuſ mūdi conſtitutor & rector deus:una ueritas:ita unā eſſe ac ſimplicē ſapientiā neceſſe eſt:quia quicqd eſt uerū ac bonum id perfectū eſſe non poteſt:niſi fuerit ſingulare.Quod ſi philoſophia uitā poſſet inſtruere nulli niſi philoſophi eſſent boni.Et qui eam nō didiciſſent: eſſent omnes ſemper mali:cum uero īnumerabiles exiſtant: & ſemper extiterint qui ſunt aut fuerint ſine ulla doctrīna boni.Ex philoſophis per raro fuerit:qui aliquid in uita fecerit laude dignum Quis eſt tandē qui non uideat eos homines uirtutis:qua ipſi egent nō eſſe doctores Nam ſiquis mores eorum diligenter inquirat:inueniet iracundos:cupidos libidinoſos:arrogantes:proteruos:& ſub obtentu ſapiētiæ ſua uicia celantes domi facientēs ea quæ in ſcholis arguiſſent. Fortaſſe mentior accuſandi gratia:nonne idipſum Tullius & fatet̄ & querit̄? Quotus inquit quiſq; philoſophorum inuenit̄: qui ſit ita moratus: ita animo ac uita conſtitutus:ut ratio poſtulat.qui diſciplinam uerā non oſtentationem ſcientiæ:ſed legem uitæ putet:qui obtemperet ipſe ſibi:& decretis pareat ſuis.Videre aūt licet alios tanta leuitate & iactatione ut his fuerit non didiciſſe melius:alios pecūiæ cupidos:alios gloriæ:multos libidinum ſeruos:ut cum eorum uita & uiciis mirabiliter pugnet oratio.Neposq; Cornelius ad eundem Ciceronem ita ſcribit.Tantū abeſt ut ego magiſtram eſſe putē uitæ philoſophiā.beatæq; uitæ pfectricē.ut nullis magis exiſtimē opus eſſe magiſtros uiuendi. q̄ pleriſq; qui in ea diſputanda uerſantur. Video enī magnā partem eoꝝ.qui in ſchola de pudore & continentia præcipiant argutiſſime.eoſdē in omniū libidinū cupiditatibus uiuere.Itē Seneca ī exhortationibus.Pleriq; inquit philoſophorū tales ſunt diſerti in conuicium ſuū.quos ſi audias in auaritiam.in libidinē. in ambitiōe porātes in iudicium ſuū putes profeſſos. Adeo redundant ad ipſos maledicta in publicū miſſa:quos nos non aliter intueri decet: q̄ medicos quorum tituli remedia habēt pixides uenena. Quoſdā uero nec pudor uiciorū tenet:ſed patrocinia turpitudini ſuæ fingunt:ut ēt honeſte peccare uideāt̄.Faciat(inqt ſapiēs idē Seneca)etiā quæ nō ꝓbabit ut ēt ad maiora trāſitū īueniat:nec relīquet bonos mores:ſed tēpori aptabit ut qbꝰ alii utunt̄ in gloriā aut uoluptatē:utat̄ agēde rei cauſa

Deinde paulopoſt. Omnia quæ luxurioſi faciunt: quæq; imperiti: faciet & ſapiens: ſed non eodem mō: eodēq; ꝓpoſito. Atqui nihil intereſt quo animo facias: quod feciſſe uicioſū eſt: quia facta cernunt animus nō uidet. Ariſtippo cirenaicoꝝ magiſtro cū Laide nobili ſcorto fuit conſuetudo: quod flagitium grauis ille philoſophiæ doctor ſic defendebat: ut diceret multū inter ſe & cæteros Laidis amatores īter eſſe: ꝙ ipſe haberet Laidē: alii uero a Laide haberentur. O præclara & imitanda bonis ſapientia. Huic uero liberos in diſciplinā dares: ut diſcerent habere meretricem. Aliquid inter ſe ac perditos intereſſe dicebat ſcilicet ꝙ illi bona ſua perderent: ipſe gratis luxuriaret. In quo tam̄ ſapientior meretrix fuit: quæ ſic philoſophum habuit pro Lenone ut ad ſe omnis iuuentus doctoris exemplo & auctoritate cōcurreret corrupta ſine ullo pudore. Quid ergo ītetfuit: quo animo philoſuphus ad meretricem famoſiſſimā cōmearet: cum enim populus & riuales ſui uiderent omnibus perd tis nequiorem? Nec ſatis fuit ita uiuere: ſed docere etiam libidines cœpit: ac mores ſuos de lupanari ad ſcholam trāſtulit: diſſerens uoluptatem corporis eſſe ſūmū bonū Quæ doctrina execrabilis & pudenda: non in corde philoſuphi: ſed in ſinu meretricis eſt nata: Nam quid ego de cinicis loquar? Quib; ī ꝓtopatulo coire cum cōiugibus mos fuit. Quid mirum ſi a canibus quoꝝ uitam imitantur: etiam uocabulū nomēq; traxerunt? Nullum igitur ī hac diſciplina magiſterium uirtutis eſt: cū etiam illi qui honeſtiora præcipiunt: aut non faciunt ipſi quæ ſuadent: aut ſi faciunt quod raro accidit: non diſciplina eos ad rectum: ſed natura ꝓducat: quæ ſæpius etiā indoctos impellit ad laudem.

Cap. xvi. Quod recte docentes & male uiuentes teſte Cicerone non utilitatem ex philoſophia: ſed inanem percipiunt delectationē. Et ꝙ ſapientia ſeipſam ſemper exercet in bonis actibus. Et quare nō philoſophiæ ſed ſapientiæ ipſi iugiter inſiſtendum ſit.

Erū enim cū ſe perpetuæ deſidiæ tradāt: nullāq; uirtutē capeſſant: & oēm ſuā uitā nihil aliud q̄ in eloquentia ꝑagāt: qd aliud q̄ inertes putari debent? Sapientiam aūt niſi in aliquo actu fuerit: quo uim ſuam exerceat: inanis & falſa eſt. Recteq; Tullius ciuiles uiros qui rempublicam gubernent: qui urbes aut nouas cōſtituāt aut cōſtitutas æquitate tueant̄: q̄ ſalutem libertatemq; ciuiū uel bonis legibus: uel ſalubribus conſiliis: uel iudiciis grauibus conſeruent

philoſophiæ doctoribꝫ præfert. Bonos enī facere oportet. potius q̄ in cluſos in angulis faciēda præcipere: quæ ne ipſi quidem faciunt qui loquūt. Et qm̄ ſe a ueris actibus remouerunt: apparet eos exercendæ linguæ cā: uel uacādi gratia artem ipſam philoſophiæ reperiſſe. Qui autem docent tantum nec faciunt: ipſi præceptis ſuis detrahunt pondus. Quis enim obtemperet: cum ipſi præceptores doceant non obtemperare? Bonum eſt autem recta & honeſta precipere: ſed niſi & facias mendacium eſt: & eſt incongruēs atqꝫ ineptū nō in pectore ſed in labiis habere bonitatem. Non ergo utilitatem ex philoſophia: ſed oblectationem petunt. Quod quidē Cicero teſtatus eſt. Profecto inquit omnis iſtoꝝ diſputatio q̄q̄ uberrimos fontes uirtutis & ſcientiæ contineat: tamen collata cum hoꝝ actis perfectiſqꝫ rebus: uereor ne tantum uideatur attuliſſe negotiis hominum quandā oblectationem ocii. Vereri quidē non debuit cum uerum diceret: ſed quaſi timeret ne proditi myſterii reus a philoſophis citaretur. Nō eſt auſus confidenter pronunciare quod fuit uerum: illos nō ideo diſputare ut doceant: ſed ut ſe oblectent in ocio: qui quoniam auctores ſunt rerū gerendum: nec ipſi quicq̄ gerunt: pro loquacibus ſunt habendi. Sed profecto quia nihil boni ad uitam afferebant: nec ipſi decretis ſuis optēperauerūt: nec quiſq̄ ſæcula inuentus eſt: qui eoꝝ legibus uiueret Abiicienda eſt igitur oīs philoſophia: quia non ſtudendū ſapientiæ: q̄ fine ac modo caret: ſed ſapiendū quidē eſt: & mature. Nō enim nobis altera uita cōcedit: ut cū quæramus in hac ſapientiā: in illa ſapere poſſimus: in hac utrunqꝫ fieri neceſſe eſt: cito inueniri debet: ut cito ſuſcipi poſſit: ne quid pereat ex uita: cuius finis incertus eſt. Ciceronis Hortenſius contra philoſophiā diſſerens: circūuenit arguta concluſione: ut cum diceret philoſophandū nō eſſe: nihilhominus philoſophari uideatur: qm̄ philoſophi eſt quid in uita faciendū uel non faciendum ſit diſputare. Nos ab hac calumnia īmunes ac liberi ſumus qui philoſophiam tollimus: quia humanæ cogitationis inuentio eſt: ſophiam defendimus: quia diuina traditio eſt. Eamqꝫ ab omnibꝫ ſuſcipi oportere teſtamur. Ille cum philoſophiam tolleret: nec melius aliquid afferret: ſapientiām tollere putabatur: eoqꝫ facilius de ſapientia pulſus ē: quia cōſtat hoīem nō ad ſtultitiā: ſed ſapientiā naſci. Præterea illud quoqꝫ argumentum contra philoſophiam ualet plurimum quo idem eſt uſus Hortenſius ex eo poſſe intelligi phīam non eſſe ſapientiā quod principiū & origo eius appareat. Quādo inquit philoſophi eſſe cœperunt. Thales (ut opinor) primus recens: hæc quidē ætas

Vbi ergo apud antiquiores latuit amor iſte inueſtigãdæ ueritatis: idẽ Lucretius ait. Deniq; natura hæc rerum: ratioq; reperta eſt. Nuper & hac primum cũ primis ipſe repertus. Nunc ego ſum in patrias q poſſum uertere uoces. Et Seneca: Nundũ ſunt inquit mille anni ex quo initia ſapientiæ nata ſunt: mnltis ergo ſæculis humanum genus ſine ratione uixit: Quod irridens Perſius. Poſtq̃ inquit ſapere urbi cum pipere & palmis uenit tanq̃ ſapientiã cum ſaporis mercibus fuerit inuecta: quæ ſi ſecundum hominis naturam eſt: cũ homine eſſe cœperit neceſſe eſt Si uero non eſt: nec capere quidem illã poſſit humana natura: ſed recæpit: igitur a principio fuiſſe ſapientiã neceſſe eſt. Ergo philoſophia quia non a principio fuit: non eſt eadem uera ſapientia: ſed uidelicet græci quia ſacras ueritatis litteras non attigerant quẽadmodum deprauata eſſet ſapientia neſciuerunt. Et ideo cum uacare ſapientia humanam uitam putarent philoſophiã cõmenti ſũt ideſt latentem atq; ignotã ſibi ueritatẽ diſſerendo eruere uoluerunt: quod ſtudiũ per ignorantiã ueri ſapientiam putauerunt.

Cap. xvii. Quæ fuit ipſa doctrina Epicuri quæ moribꝫ oĩum appoſitiſſima eloquæbatᷣ. Et qũo Leucippũ & Democritũ habuerit auctores errori & fabros athomorꝶ & aſſertores uoluptatis.

Ixi de philoſophia q̃ breuiter potui: nunc ad philoſophos ueniamus nõ ut cũ eiſdẽ cærtẽus qui ſtare pñt: ſed ut eos fugiẽtes atq; deiæctos noſtro cãpo inſequamur. Epicuri diſciplina multo celebrior ſemp fuit q̃ cæterorꝶ: nõ quia ueri aliquid afferat: ſed quia multos ad populare nomẽ uoluptatis inuitat. Nemo eni non in uicia pronus eſt. Præterea ut ad ſe multitudinẽ cõtrahat: appoſita ſingulis q buſq; moribꝫ loquitᷣ. Deſidioſum uetat litteras diſcere: auarꝶ populari largitione liberat: ignauũ ꝓhibet accedere ad rẽpublicam: pigrũ exercere timidũ militare. Irreligioſus audit deos nihil curare: inhumanus & ſuis cõmodis ſeruiens iubetur nihil cuiq̃ tribuere. Omnia enĩ ſui cã facere ſapientẽ. fugiendi turbã ſolitudo laudatᷣ. Qui nimium parcus eſt: diſcit aqua & polenta uitam poſſe tollerari. Qui odit uxorẽ: huic enumerãtᷣ celibatus bona. Habẽti malos liberos: orbitas prædicatur. Aduerſus impios parẽtes nullũ uinculũ eſſe naturæ. Impatienti ac delicato dolorẽ eſſe omniũ malorꝶ: maximũ dicitur forti etiã in tormentis beatũ eſſe ſapientẽ. Qui claritati ac potentiæ ſtudet. huic præcipitur reges collere. Qui moleſtiã ferre nõ pót. huic regiam

fugere. Ita homo aſtutus ex uariis diuerſiſq; modis circulum cogit: & dũ ſtudet placere hominibus: maiori diſcordia ſecũ ipſe pugnauit: q̃ inter ſe uniuerſi. Vnde aũt diſciplina eius tota deſcendat: quã ori ginem habeat explicãdũ eſt. Videbat Epicurus bonis aduerſa ſemp accidere. paupertatẽ: labores exilia: carorum amiſſiones: malos cõtra bonos eſſe: augeri potentia: honoribus affici: uidebat innocentiã mi nus tutã: ſcellera impune cõmitti. Videbat ſine dilectu morũ ſine or dine ac diſcrimine annoꝝ ſæuire mortẽ: ſed alios ad ſenectutẽ perueni re: alios infantes rapi: alios iam robuſtos interire: alios in primo adu luſcentiæ flore immaturis funeribus extingui: in bellis potius melio res & uinci & perire. Maxime aũt cõmouebat homines in primis reli gioſos grauioribus malis affici. His aũt qui aut deos omnino neglexe rũt: aut nõ pie coluerunt: uel minora ĩcomoda euenire uel nulla: ipſa ẽt ſæpe tẽpla fulminibꝫ cõflagrare: qđ lucretius quærit cũ dicit de deo Tũ fulmina mittat & ædes. Ipſe ſuas diſturbet & in diſerta recedẽs Sæuiat exercẽs telũ: qđ ſæpe nocentes. Præterit examinatq; indignos inq; merentes. Quod ſi uel exiguã ueritatis aurã colligere potuiſſet: nunq̃ diceret ædes illũ ſuas diſturbare: cũ ideo diſturbet: quia nõ ſũt ſuæ. Capitoliũ quod eſt romanæ urbis & religionis caput ſũmũ: non ſemel: ſed ſæpius fulmine ictũ conflagrauit. Homines aũt ingenioſi quid de hoc exiſtimauerint: ex dicto Ciceronis apparet: qui ait diui nitus extitiſſe illã flammã: non quæ terreſte illud domiciliũ Iouis de leret: ſed quæ ſublimius magnificentiuſq; depoſceret. Qua de re ẽt in libris cõſulatus ſui eadẽ dixitq; quæ Lucrecius. Nã pater altitonãs ſtelãti nixus olympo: Ipſe ſuas arces atq; inclita tẽpla petiuit. Et capi tolinis iniecit ſedibus ignes. Pertinaci ergo ſtulticia nõ mõ uim maie ieſtatẽq; ueri dei nõ intellexerũt: ſed ẽt impietatẽ ſui erroris auxerũt: qui templũ cæleſti iudicio ſæpe dãnatũ reſtituere cõtra fas omne cõ tenderint. Cũ hoc igit̃ cogitaret Epicurus eaꝝ reꝝ uelut iniquitate in ductus. Sic enim cauſam rationẽq; ignorãti uidebat̃: exiſtmauit nul lam eſſe prouidentiam. Quod cũ ſibi perſuaſiſſet: ſuſcæpit etiam de fendendũ: ſic in errores inextricabiles ſe ipſe incluſit. Si enim proui dentia nulla eſt: quomodo tã ordinate tã diſpoſite mundus effectus eſt. Nulla inquit diſpoſitio eſt: multa enim facta ſunt aliter q̃ fieri debuerũt: & inuenit homo diuinus: quæ reprehenderet: quæ ſingula ſi uacarũt refellere facile oſtenderẽ: nec ſapiẽtẽ hunc fuiſſe nec ſanũ. Itẽ ſi nulla prouidentia eſt: qũo animalium corpa tã prouidenter ordinata ſũt: ut ſingula queq; mẽbra mirabili ratione diſpoſita ſua

officia conſeruent? Nihil inquit in procreandis animalibus ꝓuidẽciæ
ratio molita eſt. Nam neq; oculi facti ſunt ad uidendũ: neq; aures ad
audiendum: neq; lingua ad loquẽdũ: neq; pedes ad ambulandũ: qm̃
prius hæc nata ſunt q̃ eſſet loqui: audire uidere ambulare. Itaq; non
hæc ad uſum nata ſunt: ſed uſus ex illis natus eſt. Si nulla prouiden
tia eſt: cur imbres cadunt: fruges oriunť: arbuſta frondeſcunt? Nõ
inquit ſemper animantium cauſa iſta fiunt qm̃ prouidentiæ nihil ꝑ
ſunt: ſed oĩa ſua ſponte fieri neceſſe eſt. Vnde ergo naſcunť: aut quõ
fiunt oĩa quæ geruntur? Non eſt inquit prouidentiæ opus: ſunt enim
ſemina per inane uolitantia: quibus inter ſe temere conglobatis uni
uerſa gignũtur atq; concreſcunt. Cur igitur illa non ſentimus: aut nõ
cernimus? Quia nec colorem habent inquit: nec calorẽ ullũ: nec odo
rem: ſaporis quoq; & humoris expertia ſunt: & tam minuta ut ſecari
ac diuidi nequeant. Sic eũ quia in principio falſum ſuſceperat: con
ſequendũ rerũ neceſſitas ad deliramenta perduxit. Vbi enĩ ſũt: aut un
de iſta corpuſcula? Cur illa nemo preter unũ Leucippũ ſomniauit? a
quo Democritus eruditus hereditatẽ ſtultitiæ reliquit Epicuro. Quæ
ſi ſĩt corpuſcula: & quidẽ ſolida ut dicũt? ſub oculos certe uenire poſ
ſunt. ſi eadem eſt natura omniũ: quõ res uarias efficiũt? Vario inqt
ordine ac poſitione conueniunt: ſicut litteræ: quæ cum ſint paucæ: ua
rie tam̃ collocatæ inumerabilia uerba conficiunt. At litteræ uarias for
mas habent. Ita inquit & hæc ipſa primordia: nã ſunt aſpera: ſũt ha
mata ſũt leuia. Secari ergo & diuidi pñt: ſi aliquid ineſt illis qđ emi
neat. Si autem leuia ſunt & humoris indigẽt coherere nõ poſſũt. Ha
mata igitur eſſe oportet: ut poſſint inuicẽ cõcatenari. Cum uero tã
minuta eſſe dicãtur: ut nulla ferri acie diſſici ualeant: quõ hamos aut
angulos habent? Quos quia extãt neceſſe eſt poſſe diuelli. Deinde
quo fœdere inter ſe: quia mẽtẽ cõueniunt: ut ex his aliquid cõſtituať
ſi ſenſu careant: nec coire tam diſpoſite poſſunt? Quia non põt qcq̃
rationale perficere niſi ratio. Quã multis coargui hæc uanitas poteſt
ſed properat oratio. Hic eſt ille qui genus humanũ ingenio ſupera
uit: & oẽs extinxit ſtellas: ut exortus æthereus ſol Quos equidẽ uer
ſus nũq̃ ſine riſu legere poſſum. Non enim de Socrate aut Platone
hoc ſaltim dicebat qui uelut reges habenť philoſophorũ: ſed de hoĩe
quo ſano ac uigenti nullus æger ineptius delirauit. Itaq; poeta inaniſ
ſimus leonis laudibꝫ murẽ nõ ornauit: ſed obruit & obtriuit. At idem
noſ metu liberat mortis: de qua hæc ipſius uerba ſunt expreſſa Quã
nos ſumus mors nõ eſt. Quãdo mors eſt: nos nõ ſumus Mors ergo

nihil ad nos q̃ argute nos fefellit: quaſi uera tranſacta mors timeat: qua iam ſenſus ereptus eſt: ac non ipſum mori quo ſenſus eripit. Eſt igitut rempus aliquod quo & nos iam non ſumus: & mors tamen nõ dum eſt: idq; ipſum uidetur miſerum eſſe ꝙ & mors eſſe incipit: & nos eſſe deſinimus. Nec fruſta dictum eſt: mors miſera non eſt. Aditus ad morté eſt miſer: hoc eſt morbo tabeſcete: ictũ perpeti: ferrum corpore excipere: ardere igni: dentibus beſtiaꝝ laniari. Hæc ſunt quæ timẽtur: non quia motté affetunr: ſed quia dolorem magnum. Quin ponus effice ne dolor malũ ſit: omniũ inquit maloꝝ maximum eſt. Quid ergo nõ poſſum non timere: ſi id quod morté antecedit aut efficit malũ eſt? Quid ꝙ totum illud argumantum falſum eſt: quia nõ intereunt aiæ? Vere inquir nam quod cum corpore naſcitur: cũ corpore inteteat neceſſe eſt. Iá ſupetius dixi differe hũc locũ melius: & operi ultimo reſeruare: ut hanc Epicuri perſuaſionem ſiue illa Democriti: ſiue Dicearchi fuit: argumentis & diuinis teſtimoniis tedarguã Verum ille forraſſe impunitaté uiciis ſuis ſpoſpõdit: fuit enim turpiſſimæ uoluptatis aſſettor: cuius capiendæ cauſa naſci hominem putauit. Quis cum hoc affirmari audiat: uiciis & ſceleribus abſtineat. Nã ſi periture ſunr animæ: appetamus diuitias: ut omnes ſuauitates capere poſſimus. Quæ ſi nobis deſunr: ab his q habent auferamus clã: dolo: ui. Eo magis ſi humanas res nullus deus curat: quãdocũq; ſpes impunitatis arriſerit: rapiamus: necemus: ſapiẽtis ẽ enĩ malefacere: ſi & utile ſit & tutum: qm̃ ſiquis in cælo deus eſt: nõ naſcitur cuiq̃ Aeque ſtulti eſt benefacere: quia ſicut ira nõ cõmouet: ita nec gratia tangitur. Voluptatibus igit̃ quoquomodo poſſimus ſeruiamus. Breui enim tempore nulli etimus omnino. Ergo nullum diẽ: nllũ deniq; rempotis punctũ fluere nobis ſine uoluprate patiamur: ne quia ipſi quãdoq; perituri ſumus idipſum quod uiximus peteat. Hoc ille tam̃ & ſi nõ dicit uerbo: re tamen ipſa docet. Nam cum diſputat omnia ſapienter ſua cauſa facere: ad utilitatẽ ſuam refert omnia quæ agit. Itaq; qui audit hæc flagitia: nec boni quicq̃ faciendũ putabit: quoniã benefacere ad utilitaté ſpectat alienam: nec a ſcelere abſtinẽdũ: quia maleficio præda coniuncta eſt. Archipirata qſq̃ uel latronũ ductor: ſi ſuos ad craſſandũ cohertet: quo alio ſermone uti põt: q̃ ut eadem dicat quæ dicit Epicutus deos nihil curare. Non ira nõ gratia tangi. inferorum pœnas non eſſe metuendas: ꝙ animæ poſt mortem occidant: nec ulli omnino ſunt inferri: uoluptaté eſſe maximum bonum nullam eſſe hũmanã ſocietatem: ſibi quéq; conſulere neminem eſſe

qui alterum diligat niſi ſua cauſa: mortem non eſſe metuendam forti uiro: nec ullum dolorem: quin etiam ſi torqueatur: ſi uratur: nihil ſe curare dicat. Eſt plane cur quiſq̃ putet hanc uocem uiri eſſe ſapiẽtis: quæ poſt latronibus aptiſſime cõmodari.

Cap. xviii. Quomodo Pythagorici & ſtoici contrario Epicureis errore deſipiant: ſic animarum immortalitatem ſtatuentes ut eas in uaria corpora transire mentiantur. Et uoluntariam mortem pſuaſerunt inaniter philoſophantibus.

Alii autem contraria his dixerunt: ſupereſſe animas poſt mortẽ & hi ſunt maxime Pythagorici: ac ſtoici quib9 & ſi ignoſcendũ eſt: quia uerum ſenciunt: non poſſum tamen non reprehendere eos: q nõ ſcientia: ſed caſu inciderũt in ueritatẽ: Itaq; in eo ipſo qđ recte ſentiebant aliquid errarunt. Nam cum timerent: argumentum illud quo colligitur neceſſe eſt: ut occidant animæ cum corporibus: quia cum corporibus naſcuntur. Dixerunt non naſci animas: ſed inſinuari potius in corpora: & de aliis in alia migrare corpora. Non putauerunt aliter poſſe fieri. ut ſuperſint animæ poſt corpora: niſi uideant̃ fuiſſe ante corpora. Par igit̃ ac prope ſimilis errorem partis utriuſq;: ſed hæc ĩ preterito falſa eſt: illa in futuro. Nemo enim uidit qđ eſt ueriſſimum: & naſci animas: & non occidere: quia cur id fieret: aut quæ ratio eſſet hominis neſcierunt. Multi ergo ex his: qui æternas eſſe animas ſuſpicabantur: tanq̃ in cælum migraturi eſſent: ſibiipſis manus intulerunt: ut Cleantes & Cryſippus: ut Zeno & Empedocles: qui ſe in ardentis æthnæ ſpecũ intempeſta nocte deiæcit: ut cum repente non appariuſſet abiiſſe ad deos crederet̃. Et ex romanis Cato qui fuit in omni ſua uita ſocratice uanitatis imitator. Nam Democritus in alia fuit perſuaſione: ſed tamen ſponte ſua læto caput obuius obtulit ipſe: quo nihil ſceleratius fieri poteſt. Nã ſi homicida nefarius eſt: quia hominis extinctor eſt: eidem ſceleri obſtructus eſt: qui ſe necat: quia hominem necat. Immo uero maius eſſe id facinus exiſtimandũ eſt: cuius ultimo deo ſoli ſubiacet. Nã ſicut in hãc uitã non noſtra ſponte uenimus: ita rurſus ex hoc domicilio corporis qđ tuendum nobis aſſignatũ eſt: eiuſdem iuſſu nobis recedendũ eſt: qui nos in hoc corpus induxit: tam diu habitaturos: donec iubeat emitti: & ſi uis aliqua inferat̃: æqua mente paciendum eſt: cũ extincta ĩnocentis aĩa inulta eẽ nõ poſſit: habeamuſq; iudicẽ magnũ: cui ſola uindicta

integra ſemp̄ eſt. Homicidæ igitur illi oẽs philoſophi: & ipſe romãæ ſapientiæ princeps Cato: q̄ anteq̃ ſe occideret: p̄legiſſe Platonis libꝝ dicitur: qui eſt ſcriptus de æternitate animarũ. Et ad ſummũ nefas philoſophi auctoritate cõpulſus eſt. Et hic tamẽ aliquã moriendi cauſam uidet̃ habuiſſe: odiũ ſeruitutis. Quid Ambrachiotes ille: q̄ cũ eundem librũ perlegiſſet: præcipitẽ ſe dedit: nullam aliã ob cãm: niſi ꝙ Platoni credidit? Execrabilis prorſus ac fugienda doctrina: ſi abigit hoĩes à uita. Quod ſi ſciſſet Plato atq; docuiſſet: a quo: & q̃uo: & quibus: & quæ obfacta: & quo tempore ĩmortalitas tribuat̃: nec Theobritũ impegiſſet in mortẽ uolũtariã: nec Catonem: ſed eos ad uitã & ad iuſtitiã potius erudiſſet. Nã Cato uidetur mihi cãm quæſiſſe moriendi: nõ ut tã cæſarem fugeret: q̃ ut ſtoicoꝝ decretis obtemparet quos ſectabat̃: nomẽq; ſuũ grandi aliquo facinore clarificaret. cui quid mali accidere potuerit: ſi uixerit non inuenio. C. enim Cæſar ut clæmens erat: nihil aliud efficere uolebat: etiã in ipſo belli ciuilis ardore: q̃ ut bene mereri de repub. uidet̃ duobus opinionis ciuibus Cicerone & Catone ſeruatus. Sed redeamus ad eos q̄ mortẽ ꝓ bono laudant. De uita quereris quaſi uixeris aut unq̃ tibi ratio cõſtiterit: cur omnino ſis natus. Nõne igitur tibi uerus ille & cõis omniũ pater terentianũ illud iure ĩcrepãuerit? Prius diſce quid ſit uiuere: ſi diſplicebit uita: tum iſtoc utitor: indignaris te malis eſſe ſubiectũ quaſi qcq̃ merearis boni: qui patrẽ: qui dominũ: qui regẽ tuũ neſcis: qui q̃uis clariſſimã lucẽ intuearis oculis: mente tam cæcus es: & in ꝓfundis ignorantiæ tenebris iaces. Quæ ignorãtia efficit: ut quoſdã dicere non puderet: iccirco nos eẽ natos: ut ſcelerũ pœnas lueremus: quo qd delirius dici poſſit nõ inuenio. Vbi enim uel quæ ſcelera potuimus admittere: qui omnino non fuimus? Niſi forte credemus inepto illi ſeni: qui ſe inpriori uita Euforbium fuiſſe mẽtitus eſt. Hic credo ꝙ erat ignobili gẽnere natus: familiam ſibi ex Homeri carminibus adoptauit. O miram & ſingularẽ Pythagoræ memoriã. Et o miſeram obliuionẽ noſtrũ omniũ: qui neſciamus ꝙ ante fuerimus. Sed fortaſſe uel errore aliquo uel gratia ſit effectũ: ut ille ſolus Lethæũ gurgitem non attigerit: nec obliuionis aquã guſtauerit: uidelicet ſenex uanus (ſicut ocioſæ aniculæ ſolent) fabulas tanq̃ infantibus credulis finxit. Quod ſi bene ſenſiſſet de his quibus hæc locutus eſt: ſi hoĩes eos exiſtimaſſet: nunq̃ ſibi tã petulanter mentiendi licẽtiam uẽdicaſſet: ſed deridenda hoĩs leuiſſimi uanitas. Quid Ciceroni faciemus: qui cum in principio cõſolationis ſuæ dixiſſet luendorũ ſcelerũ cã naſci hoĩes

Intrauit idipſum poſtea: quaſi obiurgans eũ qui uitam nõ eſſe ma lis pœnam putet. Recte ergo profatus e errore ac miſerabili ueritatis ignorantia ſe teneri.

Capi. xix. Quod Cicero & alii ſapientiſſimi immortalitatem ani marum ſe infideliter docent. Et ꝙ mala uel bona mors ſit ponderan da ex anteacta uita & gratia dei.

T illi qui de mortis bono diſputant: quia nihil ueri ſciunut: ſic argumẽtant̃. Si nihil eſt poſt mortem: nõ eſt malũ mors: au fert enim ſenſũ mali. Si aũt ſupſunt animæ: etiã eſt bonũ: quia ĩmor talitas ſequit̃: quã ſentẽtiã Cicero de legib; ſic explicauit. Gratule murq; nobis: qm̃ mors aut meliorẽ q̃ qui eſt in uita: aut certe nõ dete riorẽ eſt alatura statũ. Nã ſine corpore aio uigente diuina eſt uita: ſenſu carẽte nihil profecto eſt mali. Argute ut ſibi uidet̃ quaſi nihil eſſe aliud poſſit. Atq́uin utrũq; hoc falſũ eſt. Docẽt enim diuinæ lit teræ nõ extingui aĩas: ſed aut pro iuſtitia præmio affici: aut pœna ꝓ ſcelerib; ſempiterna. Nec enim fas eſt: aut eum qui ſceleratus in ui ta fœliciter fuerit effugere qđ meretur: aut eum qui ob iuſtitiã mi ſerimus fuerit ſua mercede fraudari. Quod adeo uerũ eſt: ut idem Tullius in cõſolatione non eaſdẽ ſedes incolere iuſtos atq; impios præ dicauerit. Nec enim omnibus inquit iidem illi ſapientes arbitrati ſũt eundẽ curſum in cælo patere. Nam uiciis & ſceleribus cõtaminatos de primi ĩ tenebras atq; cœno iacere docuerũt: caſtos aũt animos: puros integros: incorruptos: bonis etiam ſtudiis atq; artibus expolitos: leui quodã & facili lapſu ad deos: ideſt ad naturam ſimilẽ ſui peruolare. Quæ ſententia ſuperiori illi argumento repugnant. Illud enim ſic aſ ſumptum eſt: tanq̃ neceſſe ſit omnem hominem natum immortali tate donari. Quod igitur erit diſcrimen uirtutiſ ac ſceleris ſi nihil in tereſt: utrum ne Ariſtides ſit aliquis an Phalaris? Vtrum Cato an Ca tilina? Sed hãc repugnantiam rerũ ſententiãq; non cernit: niſi qui te net ueritatem. Si quis igitur nos roget: utrum mors ne ſit bonum an malum: reſpondebimus qualitatẽ eius ex uitæ ratione pendere. Nam ſicut uita ipſa bonum eſt: ſi cũ uirtute uiuatur: malum ſi cũ ſcelere: ita & mors ex præteritis uitæ actibus ponderanda eſt. Ita fit ut ſi uita in dei religione tranſacta ſit: mors malum non ſit quia tranſlatio eſt ad imortalitatem: ſi aliter: malum ſit neceſſe ẽ: qm̃ (ut dixi) ad æterna ſupplicia tranſmittit. Quid ergo dicemus: niſi errare illos qui aut

mortem appetunt tanq̄ bonum: aut uitam fugiunt tanq̄ malū. Niſi
ꝙ ſunt iniquiſſimi qui pauciora mala non cōpenſant bonis pluribus
Nā cū omnem uitā ꝑ exquiſitas & uarias traducāt uoluptates mori
cupiunt: ſi qd forte his amaritudinis ſuperuenit & ſic habent tanq̄ il
lis nunq̄ fuerit bene: ſi aliquando fuerit male. Damnant igit̄ uitam
omnē bonis plenā: quæ nihil aliud q̄ malis opinantur. Hinc nata eſt
inepta illa ſententia. hāc eſſe mortē. quā nos uitā putamus: illā uitā
qua nos ꝓ morte timeamus. Itē primū bonū eſſe nō naſci. ſecundū
cicius mori. Quæ ut maioris ſit auctoritatis ſileno attribuit̄. Cicero in
cōſolatione. Nō naſci inquit longe optimū. nec ī hos ſcopulos īcidere
uitæ. Proximū aūt ſi natus ſis: q̄ primū mori tāq̄ ex incendio effugere
uiolentiā fortunæ credidiſſe ſe illi uaniſſimo dicto. Exinde apparet ꝙ
adiæcit aliquid de ſuo ut ornaret. Quæro igit̄: cui eſſe optimū putet
non naſci: cū ſit nullus omnino q ſentiat. Nā ut bonū ſit aliquid aut
malū ſenſus efficit. Deinde cur omnē uitā nihil aliud eſſe q̄ ſcopulos
& incēdiū putauerit: quaſi aut in noſtra fuerit ꝑtāte ne naſceremur
aut uitā nobis fortuna tribuat nō deus: aut uiuēdi ratio qcq̄d ſimi
le incendio habere uideat̄. Nō diſſimile Platonis illud eſt: qđ aiebat
ſe gratia agere naturæ: primum ꝙ hō natus eſſet potius q̄ mutū aīal
deinde ꝙ mas potius q̄ fœmina: ꝙ græcus q̄ barbarus: poſtremo ꝙ
athenienſis nō thebanus: & ꝙ tēporib9 Socratis. Dici nō pōt quantā
mētib9 cæcitatē: quantoſq; pariat errores ignorantia ueritatis. Ego pla
ne cōtēderim nūq̄ qcq̄ dictum eſſe in rebus humanis delirius: quaſi
uero ſi aut barbarus: aut mulier: aut aſianus: deniq; natus eſſet idem
ipſe Plato nō eſſet: ac nō illud ipſū qđ natus fuiſſet. Sed Pythagoræ
uidelicet credidit: qui ut uetaret homines aīalib9 ueſci: dixit aīas de
corporib9 in alioꝝ aīaliū corpora cōmeare: qđ enā uanū & impoſſibi
le eſt. Vanū quia neceſſe nō fuit: ueteras aīas in noua corpora indu
cere: cū idē artifex qui primas aliquādo fecerat: potuerit ſēp nouas
facere. Impoſſibile quia recte rōis aīatam īmutare naturā ſtatus ſui
non pōt: quā ignis aut deorſū niti: aut in tranſuerſū fulminis mō flā
mā ſuā fundere. Exiſtimauit ergo hō ſapiēs fieri potuiſſe: ut aīa quæ
tūc erat in Platone: in aliqđ mutū aīal includeret̄: eētq; humano ſen
ſu prædita ut intelligeret ac doleret: incōgruenti ſe corpore oneratā.
Quāto ſanius faceret ſi gratias ſe agere diceret: ꝙ īgenioſus ꝙ docilis
natus eſſet: ꝙ in his opib9 ut liberaliter erudiret̄. Nā ꝙ athenis natus
eſt: qd in eo beneficii fuit? An nō plurimi extiterunt in aliis ciuitatib9
excellēti ingenio atq; doctrina uiri q meliores ſinguli q̄ oēs atheniēſes

fuerunt? Quãta hominum milia fuiſſe credamus qui & athenis nati & temporibus Socratis: indocti tamẽ ac ſtulti fuerunt? Non enim aut parietes aut locus: in quo quiſq; eſt effuſus ex utero cõciliat hõi ni ſapiẽtiã. Quid uero attinuit Socrati ſe tẽporib9 narũ gloriari? Nũ Socrates ingenia diſcẽtib9 potuit dare? Nõ uenit ĩ mẽtẽ Platoni Alci biadẽ quoq; & Criciã eiuſdẽ Socratis aſſiduos auditores fuiſſe quoꝝ alter hoſtis patriæ acerrimus fuit: alter crudeliſſimus oĩum tyrãnorũ.

Capi.xx. Quod Socrates in eo fuit cordatior cæteris: quia a ſcru tinio cæleſtium & naturalium cauſis diſputationem ſuſpẽdit: in qui bus temere conſumitur ingenium & tempus: & in multis deſipiunt: quorum ſubiiciuntur exempla.

Ideamus nunc quid in Socrate ipſo tam magnũ fuerit: ut hõ ſapiens merito gratias agere illis tẽporibus eſſe ſenatum: non inficior fuiſſe illũ paulo cordatiorem: q̃ cæteros qui naturã rerum pu tauerunt ingenio poſſe cõprehendi. In quo illos non tm̃ excordes fuiſ ſe arbitror: ſed etiam impios q in ſecreta illius cæleſtis prouiũentiæ curioſos oculos uoluerũt immittere. Romanæ & in pleriſq; urbibus ſcimus eſſe quedã ſacra quæ aſpici a uiris nefas habet̃. Abſtinent igit̃ aſpectu: quib9 illa cõtaminati nõ licet: & ſi forte uel errore uel caſu quopiã uir aſpexit: primo pœna eius: deinde iſtauratiõe ſacrificii ſce lus expiat̃. Quid his facias: qui incõceſſa ſcrutari uolũt? Nimiꝝ mul to ſceleratiores qui arcana mundi & hoc cæleſte tẽplũ ꝓphanari ĩpiis diſputationib9 querũt: q̃ q ædẽ Veſtæ: aut bonæ deæ: aut Cereris itra uerit: quæ penetralia q̃uis adire uiris non liceat: tam̃ a uiris fabritata ſunt. Hi uero nõ tm̃ ĩpietatis crimẽ effugiunt: ſed qđ eſt multo indi gnius eloquẽtiæ famã: aut ingenii gloriã cõſequntur. Quid ſi aliqd inueſtigare poſſent? Sũt enĩ tã ſtulti in aſſeuerãdo: q̃ iprobi in que rendo: cũ neq; inuenire qcq̃ poſſunt nec defendere: etiã ſi inuenerint Nã ſi uerũ uel fortuito uiderint qđ ſæpius contingit: cõmittũt ut ab aliis id ꝓ falſo refellat̃. Nõ enĩ deſcendit aliquis de cælo: qui ſentẽtiã de ſingulorũ opinionib9 ferat: quapropter nemo dubitauerit eos qui iſta cõquirant: ſtultos ineptos in ſanos eſſe. Aliquid ergo Socrates ha buit cordis humani: qui cũ intelligeret hæc nõ poſſe inueniri ab eiuſ modi quæſtionib9 ſe remouit. Vereorq; in eo ſolo: multa enim ſunt eius nõ mõ laude indigna: ſed etiã reprehenſione digniſſima: in quib9 fuit ſuoꝝ ſimill mus. Ex unum eligam quod ab omnibus ſit ꝓbarũ

celebre hoc prouerbiū Socrate habuit. Quod ſupra nos nihil ad nos Procumbamus igitur in terrā:& manus ad præclara opera nobis datas conuertamus in pedes. Nihil ad nos cælum:ad cuius contéplationem ſumus excitati:nihil deniq; lux ipſa pertineat. Certe uictus noſtri cauſa de cælo eſt: Quod ſi hoc ſenſit non eſſe de rebus cæleſtibꝫ diſputandum:ne illorum quidem rōem poterat comprehendre:quæ ſub pedibꝫ habebat. Quid ergo num errauit in uerbis? Veriſimili nō eſt:ſed nimirum id ſenſit quod locutus eſt.religioni minime ſeruiēdum:quod ſi aperte diceret:nemo pateretur. Quis enim nō ſentiat hunc mundū tam mirabili ratione perfectum:aliqua prouidētia gubernari? Quando quidem nihil eſt quod poſſit ſine ullo moderatore conſiſtere. Sic domus ab habitatore dilabitur. Nauis ſine gubernatore abit peſſum. Et corpus relictum ab aīa defluit: ne dum putemus tantam illam molem:aut conſtrui ſine artifice:aut ſtare ſine rectore tam diu potuiſſe. Quod ſi publicas illas religiōes uoluit euertere:nō improbo quin etiam laudabo: ſi ipſe quod eſt melius inuenerit: uerꝫ idem per canem & anſerem deierabat. O hominem ſcurram(ut ait Zeno Epicureus)ineptum:pditum:deſperatum:ſi cauilari uolluit religionem dementem:ſi hoc ſerio fecit:ut animal turpiſſimū pro deo haberetur. Quis iam ſuperſtitiones ægyptiorum audeat reprehēdere:quas Socrates athenis auctoritate confirmauit ſua? Illud uero nonne ſūmæ uanitatis:ꝙ ante mortem familiares ſuos rogauit:ut Aeſculapio gallū quem uouerat pro ſe ſacrarēt? Timuit uidelicet ne apud Rhadamantum receptorem reus uoti fieret ab Aeſculapio. Demētiſſimum hominem putarem:ſi morbo affectus periſſet cum uero hoc ſanus fecerit:eſt ipſe inſanus qui eum putet eſſe ſapientē. En cuius temporibus natū eſſe ſe hō ſapiens gratuletur.

Cap.xxi. Quod Plato didicerit a Socrate:quod ſi obtineret:humani generis periret ſocietas.

Ideamus tamen quid illum Socrates docuerit:qui cum totam phyſicam repudiaſſet:eo ſe contulit ut de uirtute atq; officio quæreret. Itaq; non dubito:quin auditores ſuos iuſtitiæ præceptis erudierit. Docente igitur Socrate non fugit Platonem:iuſtitiæ uim in æquitate conſiſtere. Siquidem omnes pari conditione naſcunť: ergo inqt nihil ꝑuati ac proprii habeant:ſed ut pares eſſe poſſint: quod iuſtitiæ rato deſiderat: omnia in cōe poſſideant: ferri hoc pōt q̄diu

de pecunia dici uidet: qđ ipſum q̃ impoſſibile ſit & q̃ iniuſtum: pő terā multis rōibus oſtendere. Cōcedamus tamē ut poſit fieri. Omnes enī ſapieētes erūt & pecuniā cōtemnēt. Quo ergo illū cōitas iſta perduxit? Matrimonia quoq; inquit cōia eſſe debebūt. ſ. ut ad eādē mulierē multi uiri tanq̃ canes cōfluāt: & is utiq; obtineat: q uiribus uicerit. Aut ſi ſapientes ſūt ut philoſophi: expectēt ut uicib9 tāq̃ lupanar habeāt. O mirā Platonis æquitatē. Vbi eſt igit̃ uirtus caſtitatis. Vbi fides cōiugalis? Quæ ſi tollas: oīs iuſtitia ſublata eſt. At idē dixit beatus ciuitates futuras fuiſſe: ſi aut philoſophi regnarēt: aut reges philoſopharent. Huic ergo tā iuſto tā æquo uiro regnū dares: qui aliis ſuſtuliſſet ſua: aliis cōdānaſſet aliena proſtituiſſet pudicitiā mulierū: quæ nullus unq̃ nō mō rex: ſed ne tyrānus quidē fecit. Quā uero intulit rōnem turpiſſimi huius cōſilii ſic inquit. Ciuitas cōcors erit: & mutui amoris cōſtricta uīculis: ſi oēs oium fuerīt: & mariti & patres & uxores & liberi. Quæ iſta confuſio generis humani eſt: Quomō ſerui poteſt caritas: ubi nihil eſt certū qđ amet? Quis aut uir mulierem: aut mulier uirū diliget: niſi habitauerint ſemp una: niſi deuota mēs & ſeruata inuicē fides indiuiduā fecerit caritatē? Quæ uirtus in illa ꝓmiſcua uoluptate locum nō habet? Itē ſi oēs omniū liberi ſint: quis amare liberos tanq̃ ſuos poterit: cū ſuos eſſe aut ignoret aut dubitet? Quis honorē tanq̃ patri deferet: cū unde natus ſit neſciat? Ex quo fit: ut nō tantū alienum ꝓ patre habeat: ſed etiā patrē ꝓ alieno. Quid ꝙ uxor poteſt eſſe cōis: filius uero nō poteſt? Quem concipi nō niſi ex uno neceſſe eſt. Perit ergo illi uni cōmunitas ipſa reclamente natura. Supeſt ut tantūmō cōcordiæ cauſa uxores uelint eſſe cōmunes. At nulla uehemētior diſcordiaꝝ eſt cauſa q̃ unius fœminæ a multis maribus appetitio: quod Plato ſi ratione non poterat: exempliſ certe potuit admoneri: & mutorum aīalium quæ ob hoc uel acerrime pugnent: & hominum qui ſemper ob eam rem grauiſſima īter ſe bella geſſerunt.

¶ Capi. xxii. Quod dogma Platonis non erat niſi criminis fons & fomes & uirtutum omnium exterminium.

Eſtat ut cōmunio iſta nihil aliud habet: præter adulteria & libdines: propter quas funditus euertendas: eſt uirtus uel maxime neceſſaria. Ita non inuenit cōcordiā: qua quærebat: quia non uidebat unde oriat̃. Nam iuſtitia in extrapoſitis nihil momenti

habet:nec in corpore quidē:ſed tota in hominis mēte uerſatur. Qui ergo uult homines adæquare:non matrimonia non opes ſubtrahere debet:ſed arogātiā:ſuꝑbiā timorem:ut illi potentes & elati pares eē ſe etiam mēdiciſſimis ſciant. Detracta enim diuitibus inſolentia & iniquitate:nihil intererit:utrum ne alii diuites:alii pauperes ſint: cū animi pars ſint:quod efficere nulla alia res præter religionē dei poteſt Putauit igitur ſe inueniſſe iuſtitiam:cum eam prorſus euerteret:qa non rerum fragilium:ſed mētium debet eſſe cōmunitas. Nam ſi iuſtitia uirtutum omnium eſt mater:cū illæ ſingulæ tolluntur:ipſa ſubuertitur. Tulit aūt Plato ante omnia frugalitatē:quæ utiq; nulla eſt ubi proprii nihil habeat. Tulit abſtinētiam:ſi quidē nihil fuerit quo abſtineatur alienum. Tulit temperantiā:tulit caſtitatē:quæ uirtutes in utroq; ſexu maxime ſūt. Tulit uerecundiam:pudorē & modeſtiā ſi honeſta & legitima eſſe incipiunt: quæ ſolent flagirioſa & turpia iudicari. Sic uirtutem cū uult omnibus dare:omnibus ademit. Nam rerū proprietas & uiciorum & uirtutum materiā cōtinet:cōmunitas autē nihil aliud q̄ uiciorū licentiam. Nam uiri qui multas mulieres habent nihil aliud dici poſſunt q̄ luxurioſi ac nepotes. Item mulieres quæ a multis habentur:non utiq; adulteræ:quia certum matrimonium nullū eſt:ſed proſtitutæ ac meretrices ſint neceſſe eſt. Redegit ergo humanā uitam ad ſimilitudinem nō dico mutoꝝ: ſed pecudū ac bæluarum. Nam uolucres pene omnes faciunt matrimonia: & paria iunguntur:& nidos ſuos tanq̄ geniales thoros cōcordi mente defēdūt & fœtus ſuos quia certi ſunt amāt:& ſi alienos obiæceris abigūt. At hō ſapiēs cōtra morem hominum cōtraq; naturā:ſtultiora ſibi quæ ſequeretur elegit. Et qm̄ uidebat in cæteris animalibus officia mariū fœminarumq; nō eſſe diuiſa:exiſtimauit oportere etiā mulieres militare & cōſiliis publicis intereſſe & magiſtratus gerere & imperia ſuſcipere. Itaq; his arma & equos aſſignauit:cōſequens eſt:ut lanam & telā uiris:& infantium geſtationes:nec uidit īpoſſibilia eſſe: quæ diceret ex eo:ꝙ adhuc ī orbe terræ neq; tam ſtulta neq; tam uaria ulla gens extiterit:que hoc modo uiueret

Cap. xxiii. De minoribus philoſophis:& quatenus inuicem ratione ex reꝝ cōtemptu ꝓficiant & erroris aſſertores ſint.

Vm igitur in tanta uanitate ipſi philoſophorum principes deprehendantur:quid illos minores putabimus qui nunq̄ ſibi tam ſapientes uideri ſolent:q̄ cum pecuniæ cōtēptu gloriant. Fortis

animus: ſed expecto quid faciant: & quo ille contẽptus euadat. Tra dita ſibi a parentibus patrimonia: tanq̄ malum fugiunt ac deſerunt. Et ne in tempeſtate naufragium faciant: in tranquillo ſe ultro præci pitant: non uirtute: ſed peruerſo metu fortes: ſicut illi qui cum timent ne ab hoſte iugulentur: ipſi ſe iugulant: ut mortem morte deuitent. Sic iſti unde poſſent gloriam libertatis acquirere: ſine honore ſine gra tia perdunt. Laudatur Democritus q̀ agros ſuos dereliquerit: eoſq; paſcua publica fieri paſſus ſit: probarem ſi donaſſet. Nihil autem ſapi enter fit quod ſi ab ominibus fiat: inutile eſt ac malũ: ſed hæc negli gentia tolerabilis. Quid ille qui patrimonium in numos redactum effudit in mare? Ego dubito utrum ne ſanus an demens fuerit. Abite inquit in profũdum malæ cupiditates: ego uos mergam: ne ipſemet mergar a uobis. Si tantus pecuniæ contemptus eſt? fac illum beneficium fac humanitatem: largire pauperibus. Poteſt hoc quod perditurus es multis ſuccurrere: ne fame aut ſiti aut nuditate moriantur. Imita re inſaniam ſaltem furoremq; Tuditani: ſparge populo diripienda. Potes & pecuniam effugere: & tamen bene collocare: quia ſaluum eſt quicquid pluribus profuit. Zenonis autem paria peccata quis ꝓbat. Sed omittamus id quod ẽ ab oĩbus ſemper irriſum. Illud ſatis eſt ad cohercendi furioſi hoĩs errorem: quia inter uicia & morbos miſericor diã poſuit. Adimit nobis aeffectũ: quo ratio humanæ uitæ pene oĩs continetur. Cũ enim natura hominis imbecillior ſit q̄ cæteroꝝ aĩaliũ quæ uel ad ꝑferendã uim tẽpoꝝ: uel ad incurſiões a ſuis corporibus arcendas: naturalibus munimentis prouidẽtia cæleſtis armauit. Ho mini aũt quia nihil iſtoꝝ datũ eſt: accepit ꝓ iſtis oĩbus miſerationis affectũ: qui plane uocat humanitas: qua noſmet inuicẽ tueremur. Nã ſi hõ ad cõſpectũ alterius hoĩs efferaretur: qđ facere uidemus ani mantes quaꝝ natura ſoliuaga eſt: nulla eſſet hominũ ſocietas: nulla urbiũ condẽdaꝝ uel cura uel ratio: ſic neq; uita quidẽ ſatis tuta cum cæteris aĩalibus expoſita: eſſet imbecillitas hominũ & ipſi inter ſemet ipſos beluarum more ſæuirent. Non minor in aliis dementia. Quid enim dici põt de illo qui nigrã dixit eẽ niuẽ? q̄ conſequens erat ut ẽt picẽ albã eſſe diceret. Hic eſt ille qui ſe iccirco natũ eẽ diceret: ut cælũ ac ſolẽm uideret: qui in terra nihil uidebat ſole lucentẽ. Xenophanes dicentibus mathematicis orbẽ lunæ duo de uiginti partibus maiorẽ eſſe q̄ terram: ſtultiſſime credidit: & q; huic leuitati fuit conſẽtane um: dixit intra cãcaum lunæ ſinum: eſſe aliam terram & ibi aliud genus hominum ſimili modo uiuere: quo nos in hac terra uiuimus

Habent igitur illi lunatici hoīes alterā lunam: quæ illis nocturnum lumen exhibeat: ſicut hæc exhibet nobis. Et fortaſſe hic noſter orbis alterius inferioris terrræ luna ſit fuiſſe Seneca īter ſtoicos aīt qui deliberent utrū ne ſoli quoq; ſuos populos darent: inepte. ſ. qui dubitauerit. Quid enim perderet ſi dediſſet? Sed credo calor deterrebat: ne tantam multitudinem piculo cōmitteret: ne ſi æſtu nimio piſſent ipſius culpa eueniſſe tanta calamitas diceretr.

Capi. xxiiii. De antipodibus quos ideo eſſe finxerunt: quia opinati ſunt mundum eſſe rotundum.

Vid illi qui eſſe contrarios ueſtigiis noſtris antipodas putant? Nunquid aliquid loqūtur? Aut eſt quiſq̄ tam ineptus: qui credat eſſe hoīes: quorū ueſtigia ſint ſuperiora q̄ capita? Aut ibi quæ apud nos iacent uniuerſa pendere: fruges & arbores deorſum uerſus creſcere: pluias & niues & grandines ſurſum uerſus cadere in terram Et miratr aliquis ortus penſiles inter ſeptem mira narrari: cum philoſophi & agros & maria & urbes & montes penſiles faciāt. Huius quoq; erroris aperienda nobis origo eſt. Nam ſemper eodē mō falluntur. Cum enim falſum aliquid inprincipio ſumpſerunt. ueriſimilitudine inducti: neceſſe eſt eos in ea quæ conſequuntur currere: ſic incidunt in multa ridicula: quia neceſſe eſt falſa eſſe: quæ rebus falſis cōgruunt. Cum autem primis habuerint fidem: qualia ſunt ea quæ ſecuuntur non circūſpiciunt: ſed defendunt omnimodo: cum debeant prima illa utrum ne uera ſint an falſa: ex conſequentibus iudicare. Quæ igitur illos ad antipodas ratio perduxit? Videbant ſiderum curſus in occaſum meantium: ſolem atq; lunam ī eandem partem ſemper occidere: atq; oriri ſemper ab eadem. Cum autem non pſpicerēt quæ machinatio curſus eorum temperaret: nec quomō ab ocaſu ad orientem remeant. Cælum aūt ipſum in omnes fere partes putarent eſſe deuexū: quod ſic uideri propter īmenſam latitudinē neceſſe eſt Exiſtimauerunt rotundū eſſe mundum ſicut pilam. Et ex motu ſiderū opinati ſunt cælū uolui: ſic aſtra ſolemq; cum occiderint uolubilitate ipſa mundum ad ortū referri. Itaq; æthereos orbes fabricati ſunt quaſi ad figurā mūdi: eoſq; celarūt ꝑtentuoſis quibuſdā ſimulachris quæ aſtra eē dicerent. Hāc igitr cæli rotonditatē illud ſequebatr ut terra ī medio ſinu eius eſſet incluſa: ꝗ ſi ita eſſet terrā ipſā globo ſimilē neq; enī fieri poſſet: ut nō eſſet rotundū: qđ rotundo incluſū teneretr

Si autem rotonda etiam terra eſſet: neceſſe eſſet: ut in omnes cæli partes eandem faciem gerat: ideſt montes erigat: cãpos tendat: maria conſternat. Quod ſi eſſet: etiam ſequebatur illud extremum: ut nulla ſit pars terræ quæ non ab hoĩbus: cæteriſq; animalibus incolatur. Si pendulos iſtos antipodas cæli rotonditas ad: inuenit. Quod ſi quæras ab his qui hæc portenta defendunt: quomodo nõ cadunt omnia in inferiorem illam cæli parentem. Hanc reſpondent rerum eſſe naturam ut pondera in medium ferantur: & ad mediũ conexa ſint oĩa ſicut radios uidemus in rota. Quæ aũt leuia ſunt ut nebula: fumus: ignis: a medio deferant̃ ut cælum petãt. Quid dicã de his neſcio: qui cũ ſemel aberrauerint: cõſtanter ĩn ſtultitia pſeuerãt & uanis uana defẽdũt: niſi ꝙ eos interdũ puto ioci cã philoſophari: aut prudentes & ſcios mendacia dafendẽda ſuſcipe: quaſi ut ingenia ſua in malis rebus exerceãt uel oſtẽdãt. At ego multis argumẽtis ꝓbare poſſẽ: nullo mõ fieri poſſe: ut cælũ terra ſit inferius: niſi & liber iã concludẽdus eſſet: ut adhuc aliqua reſtarent quæ magis ſin preſenti operi neceſſaria. Et qm̃ ſingulorꝝ errores pcurrere nõ eſt unius libri opus ſatis ſit pauca enaraſſe; ex quibus poſſint qualia ſint cætera intelligi.

Cap. xxv. Quot & quanta prædicenda ſunt. & alias neceſſarias gẽtiliter philoſophãtibus utiphiloſophiam nullus aſſequat̃ aut rarus.

Vnc pauca nobis de philoſophia in cõmuni dicenda ſunt: ut confirmata cauſa peroremus. Summus ille noſter Platonis immitator exiſtimauit philoſophiam nõ eſſe uulgarem. ꝙ eam nõ niſi docti homines aſſequi poſſent. Eſt inquit philoſophia paucis cõtenta iudicibus. multitudinem conſulto ipſa fugiens. Non eſt igitur ſapientia ſi ab hominum cœtu abhoret. quoniam ſapientia ſi homini data eſt ſine ullo diſcrimine oibus data eſt ut nemo ſit ꝓrſus q eã capere nõ poſſit. At illi uirtutẽ humano generi datã ſic amplexabãtur ut ſoli oĩum publico bono frui uelle uiderent̃. tã inuidi quaſi uelint deligare oculos. aut effodere cæteris ne ſolem uideãt. Nã qd eſt aliud hoĩbꝫ negare ſapiẽtiã. q̃ mẽtibꝫ eorꝫ rerꝫ ac diuinũ lumẽ auferre? Quod ſi naturã hoĩs ſapiẽtiæ capax ẽ: oportuit & opifices & ruſticos & mulieres. & oẽs deniq; humanã q formã gerũt doceri ut ſapiãt. populũq; ex omni lingua & conditione & ſexu & ætate cõflari. Maximũ itaq; argumentũ eſt philoſophiam neq; ad ſapientiam tendere neq; ipſam eſſe ſapientiã. quod myſteriũ eius barba tm̃ celebrat̃ & pallio

Senſerunt hoc a deo ſtoici: qui & ſeruis & mulierib<sup></sup> philoſophādum eſſe dixerūt. Epicurus quoq; qui rudes omniū litterā ad philoſophiā inuitat. Itē Plato qui ciuitatē de ſapientibus uoluit cōponere. Conati quidē ſūt illi facere quod ueritas exigebat: ſed non potuit ultra uerba ꝓcedi. Primū quia multis artibus opus eſt: ut ad philoſophiā poſſit accedi: diſcendæ littere iſtæ cōmunes propter uſū legendi: q̄a in tanta reꝝ uarietate: nec diſci audiendo poſſūt omnia: ne memoria cōtineri: Grāmaticis quoq; nō paꝝ operæ uel dandū eſt: ut rectā loquendi rationē ſcias. Id multos annos auferat neceſſe eſt. Nec oratori a q̄dē ignoranda ē: ut ea quæ didiceris: ꝓferri atq; eloqui poſſis. Geometria quoq; ac muſica & aſtrologia neceſſaria eſt: ꝙ hæ artes cum philoſophia habēt aliquā ſocietatē: quæ uniuerſa pdiſcere neq; fœmine poſſunt: qb<sup></sup> intra puberes annos officia mox uſib<sup></sup> domeſticis ꝓ futura diſcenda ſunt. Neq; ſerui quib<sup></sup> p eos annos uel maxime ſeruiendū eſt: quib<sup></sup> poſſunt diſcere: neq; paupes: aut opifices: aut ruſtici: quib<sup></sup> in diem uictus labore eſt quærendus. Ob eā cām Tullius ait abhorrere a multitudine philoſophiā. At enim rudes Epicurus accipiet. Quomō ergo illa quæ de pncipiis reꝝ dicunt̄ intelligent: quæ pplexa & inuoluta uix etiā politi homines aſſequnt̄? In reb<sup></sup> igit̄ obſcuritate implicitis: & in genioꝝ uarietate cōfuſis: & eloquētiū uiroꝝ exquiſito ſermone fucatis: quis imperito ac rudi locus ē? Deniq; nūq̄ ullas mulieres philoſophari docuerunt: preter unā ex omni memoria Themiſten. Neq; ſeruos pter unū Pythagorā: quem male ſeruientē redemiſſe ac docuiſſe tradunt̄. Enumerant etiā Platonē ac Diogenē qui tamen ſerui non fuerunt: ſed his ſeruitus euenerat. ſunt enim capiti Platonē quidem redimiſſe Aniceris quidā tradit̄ ſeſtertiis octo Itaq; inſecutus eſt conuiciis hūc ipſum redemptorem Seneca: ꝙ Platonē paruo exiſtimauerit furioſus ut mihi quidē uidetur qui homini fuit iratus ꝙ non multā pecuniā perdidit. ſ. aurum appendere debuit tanq̄ ꝓ mortuo Hectore: aut tantum in genere nummorum: quātū uenditor non popoſcit. Ex barbaris uero nullum preter unum Anacharſim Sytam: qui philoſophiam ne ſomniaſſet quidē: niſi & linguam & litteras ante didiciſſet.

Capi. xxvi. Quod doctrina cæleſtis ſapientiam ſola largitur: quā natura cōmunis appetit: & quærens philoſophiam non inuenit. Et q̄ efficax ſit lex dei: & eccleſiæ ſacramenta.

Vod ergo illi poſcente natura faciendum eſſe ſenſerunt: ſed
tamen neq; ipſi facere potuerunt: neq; a philoſophis fieri poſſe
uiderunt. Sola hæc efficit doctrina cæleſtis: quæ ſola ſapientia eſt.
Illi ſcilicet preſuadere cuiq̃ potuerunt: qui nihil perſuadent etiã ſibi
Aut cuiuſq̃ cupiditates oprimẽt: tẽperabũt irã: libidinẽ cohercebunt
cui ipſi & cedant uiciis & fateantur plus ualere naturã. Dei autẽ præ
cepta quia & ſimplicia & uera ſunt: quantũ ualeant in animis homi
num: quotidiana experimẽta demonſtrant. Da mihi uirum: qui ſit
iracundus: maledicus: effrenatus: pauciſſimis dei uerbis tã placidum
q̃ ouem reddam. Da cupidum: auarum: tenacem: iam tibi eum libe
ralem dabo: & pecuniam ſuam plenis manibus largientem. Da timi
dum doloris ac mortis: iam cruces & ignes: & pericula & tauꝶ contẽ
net. Da libidinoſum: adulterum: ganeonm: iã ſobrium: caſtũ: con
tinem uidebis. Da crudelẽ & ſanguinis appetentem: iam in uerã clæ
mẽtiam furor ille mutabitur. Da in iuſtũ: inſipientẽ: peccatorem: cõ
tinuo & æquus & prudens & ĩnocens erit. Vno enim lauacro malitia
omnis abolebitur: tanta diuinæ ſapientiæ uis eſt: ut in hoĩs pectus in
fuſa: matrem delictorum ſtultiam uno ſemel ĩpetu expellat. Ad qđ
efficiendũ: nõ mercede: nõ libris: nõ lucubrationibus opus eſt. Gra
tis iſta fiunt facile: cito mõ pateant aures: & pectus ſapientiam ſitiat
Nemo uereatur: nos aquam non uendimus: nec ſolem mercede
præſtamus. Dei fons uberimus atq; pleniſſimus patet cũctis: & hoc
cæleſte lumen uniuerſis oritur: quicunq; oculos habent. Num quis
hoc philoſophorum: aut unq̃ præſtitit: aut preſtare ſi uelit põt? Qui
cũ ætates ſuas in ſtudio philoſophiæ conterant: neq; aliũ queq̃ neq;
ſe ipſos ſi natura paululum obſtitit poſſunt facere meliores. Itaq; ſa
pientia eoꝶ ut plurimum efficiat: non excidit uicia: ſed abſcondit.
Pauca uero dei præcepta ſic totum hoĩem immutant: & expoſito ue
tere nouum reddunt: ut non cognoſcas eundem eſſe.

Cap. xxvii. Quod philoſophi ſæpe recte precipiũt: & iterdũ uidẽt
ueꝶ. Et quare nõ ſit eis credẽdũ in quo ſolo nitat̃ cõditio creature &
unde nec nõ aut fortune. Et qũo phĩ ſuis inuicẽ gladiis pereunt.

Vid ergo. Nihil ne illi ſimile precipiunt? Immo per multa &
ad uerũ frequenter accedunt: ſed nihil ponderis habẽt illa pre
cepta: quia ſunt hũana: & auctoritate maiori: ideſt diuina illã
carent. Nemo igitur credit: quia tam ſe hominẽ putat eſſe qui audit

q̄ ē ille qui præcipit. Præterea nihil apud eos certi eſt: nihil quod a ſcientia ueniat. Sed cum omnia cõiecturis agantur: multa etiam diuerſa & uaria proferantur: ſtultiſſimi eſt hominis præceptis eorum uelle parere: quæ utrum uera ſint an falſa dubitatur: & ideo nemo paret: quia nemo uult ad incertum laborare. Virtutē eſſe ſtoici aiunt: quæ ſola efficiat uitam beatā. Nihil poteſt uerius dici: ſed quid ſi cruciabitur aut dolore efficietur? Poterit ne quiſq̄ inter carnifices beatus eſſe? Immo uero illatus corpori dolor materia uirtutis eſt: itaq; ne in tormentis quidem miſer eſt. Epicurus multo fortius: ſapiens inquit ſemper beatus eſt: & uelut incluſus in phyalaridis tauro hanc uocē emittet: ſuaue ē & nihil curo: quis eū nõ irriſerit? Maxime q̄ homo uolutarius perſonam ſibi uiri fortis impoſuit: & quidē ſupra modū Non enim fieri poteſt: ut quiſq̄ cruciatus corporis ꝑ uoluptatibus ducat: cum ſatis ſit ad officium uirtutis implendum perferre ac ſuſtinere. Quid dicitis ſtoici? Quid tu Epicure? Beatus eſt ſapiens etiam cum torquetur: ſi propter gloriam patientia non fruatur. In tormentis enim fortaſſe morietur: ſi propter memoriam aut non ſentiet ſi occidunt animæ: aut ſi ſentiet: nihil ex ea cõſequetur. Quis ergo alius fructus eſt in uirtute? Quæ beatitudo uitæ: ut æquo animo moriantur? Bonum mihi afferris unius horæ aut fortaſſe momenti: propter quod non expediat in tota uita miſeriis & laboribus confici. Quātū autem temporis mors occupat quæ cum uenit utrum æquo animo: an iniquo eam ſubieris: iam nihil refert. Ita fit: ut nihil aliud ex uirtute captetur niſi gloria. Sed hæc aut ſuperuacua & breuis eſt: aut prauis hominum iudiciis nõ ſequeť. Nullus igitur ex uirtute fructus eſt: ubi uirtus mortalis eſt & caduca. Itaq; qui hæc locuti ſūt: umbrā quandam uirtutis uiderunt: ipſam uirtutem non uidebant. Deflexi enim fuerunt in terram: nec uultus ſuos in altum erigebant: ut eam poſſent intueri: quæ ſeſe cæli regionibus oſtentabat. Hæc cauſa ē cur præceptis eorum nullus obtemperet: quoniam aut ad uicia erudiūt: ſi uoluptatem defendunt: aut ſi uirtutem aſſerunt: neq; peccato pœnam minantur: niſi ſolius turpitudinis neq; uirtuti ullū premiū pollicentur: niſi ſolius honeſtatis & laudis: cū dicant non propter aliud: ſed propter ſeipſam expetendam eſſe uirtutem. Beatus eſt igitur ſapiens in tormentis: ſed cū torquetur pro fide: pro iuſtitia: pro deo: illa paciētia doloris beatiſſimum faciet. Et enim deus qui ſolus poteſt honorare uirtutē: cuius merces immortalitatis ſola eſt quam qui nõ appetunt: nec religionem tenent: cui eterna ſubiacet uita. Profecto

neq; uirtutis uim ſciunt: cuius præmium ignorant: neq; in cælũ ſpe ctant: quod ipſi ſe facere putant: cum res non inueſtigabiles querũt quia ratio in cælum ſpctandi nulla alia eſt: niſi aut religionem ſuſci pere: aut animam ſuam immortalem eſſe credere. Quiſquis enim aut deum colendum eſſe intelligit: aut immortalitatis ſpem ſibi pro poſitam habet: mens eius in cælo eſt. Et licet id non aſpiciat oculis: animæ tamen lumine aſpicit. Qui autem religionem non ſuſcipiunt terræni ſunt: quia religio de cælo eſt. Et qui animam putãt cũ corpo re interire: æque in terram ſpectant: quia ultra corpus quod eſt terra nihil amplius uident: quod ſit immortale. Nihil igitur prodeſt homi nem eſſe fictũ: ut recto corpore ſpectet in cælũ: niſi recta mente deũ cernat: & cogitatio eius in ſpe uitæ perpetuæ tota uerſetur.

Capi. xxviii. Quod fortuna nihil eſt quam hpiloſophi non mõ deam: ſed deum mentiuntur. Et quomõ hunc errorem dæmones immiſerint eis qui deũ neſciebant: aut contemnebant.

Vaptopter nihil aliud eſt in uita quo ratio: quo cõditio noſtra nitatur: niſi dei qui nos genuit agnitio: & religioſus ac pius cul tus. Vnde quoniam philoſophi aberrauerunt: ſapientes utiq; non fu erunt. Quæſierunt illi quidem ſapientiam: ſed quia non rite quære bant: prolapſi ſunt longius: & in maximos errores inciderunt: ut etiã cõmunem ſapientiam non tenerent. Non enim tantum religionem aſſerere uoluerunt: uerum etiam ſuſtulerunt deũ ſpecie uirtutis fal ſæ inducti conant amicos omni metu liberare: quæ religionis euerſio naturæ nomẽ inuenit. Illi enim cum aut ignorãt a quo eſſet effectus mundus: aut perſuadere uellent nihil eſſe niſi diuina mẽte perfectũ naturam eſſe dixerunt rerum omniũ matrem: quaſi dicerent omnia ſua ſponte eſſe nata: quo uerbo plane imprudẽtiã ſuam cõfitentur. Natura enim remota prouidẽtia & poteſtate diuina prorſus nihil ẽ. Quod ſi deum naturam uocant: quæ peruerſitas eſt: naturam potius ꝗ deum nominare. Si autem natura ratio eſt: uel neceſſitas uel cõdi tio naſcendi: non eſt per ſeipſam ſenſibilis: quia neceſſe eſt mentem diuinam: quæ ſua prouidentia naſcendi principium rebus omnibus præbeat. Aut ſi natura eſt cælum atq; terra. & omne quod natũ eſt. non eſt de natura: ſed dei opus. Non diſſimili errore credũt eſſe fortu nam quaſi deã quandã res humanas uanis caſibus illudẽtem: quia neſciunt unde ſibi bona & mala eueniant. Cum ac ſe compoſitos ad

lib. 3

præliandũ putant:nec ullā tamen rationē reddunt:a quo & quā ob cām:ſed tantum cũ fortuna ſe digladiari momentis omnibus gloriātur. Iā quicūq; alios cõſolati ſunt ob interitũ omiſſionéq; carorũ: fortunæ nomē acerrimis accuſationibꝫ ꝓſcinderũt:nec omnino ulla eoꝝ diſputatio de uirtute eſt:in qua nõ fortũa uexetur. Marcus Tullius iu ſua conſolatione pugnaſſe ſe ſemper cõtra fortunā loquit᷑:eāq; a ſe eſſe ſuꝑatā:cũ fortiter inimicoꝝ impetus tetudiſſet:nec tũ quidē ſe ab ea factũ:cũ domo pulſus patria caruit. Tũ aũt cũ amiſerit cariſſimam filiam:uictũ ſe a fortuna turpiter confitet᷑. Cedo inquit:& manum tollo. Quid hoc homine miſerius:qui ſic iacet īſipienter inquit ſed qui profitet᷑ ſe eſſe ſapientē? Quid ergo ſibi uult aſſumptio nominis? Quid eſt cõtemptus ille reꝝ. qui magnificis uerbis prætendit᷑ Quid diſpar cæteris habitus? Aut cur omnino præcæpta ſapientiæ dātur ſi nemo qui ſapiat adhuc inuentus eſt? Et quiſq̃ nobis inuidiam facit:quia philoſophos negamus eſſe ſapientes:cum ipſi nec ſcire ſe quicq̃:nec ſapere fateatur? Nā ſi quando ita defecerint: ut ne affigere quidem quicq̃ poſſint: quid faciunt in rebus cæteris? Tum uero ignorantiæ admonēt᷑:& quaſi furibundi exiliunt:& exclamant ſe cæcos eſſe & excordes. Anaxagoras ꝓnũtiat circunfuſa eſſe tenebris oīa Empedocles anguſtas eſſe ſenſum ſemitas queritur: tāq̃ illi ad cogitandum rheda & quadrigis opus eſſet. Democritus quaſi in puteo quodam ſic alto ut fundus ſit nullus:ueritatē iacere demerſam nimirum ſtultæ ut cætera. Non enim tanq̃ in puteo demerſa eſt ueritas: quo uel deſcendere uel etiam cadere illi licebat: ſed tanq̃ in ſummo motis excelſi uertice:uel potius in cælo quod eſt ueriſſimum. Quid enim eſt cur eā potius in imum depræſſam diceret:q̃ in ſũmũ leuatā niſi forte mēte quoq; in pedibꝫ aut in imis calcibꝫ cõſtituere malebat potius q̃ in pectore aut in capite? Adeo remotiſſimi fuerũt ab ea ueritate ut eos ne ſtatus q̄dē ſui corporis admoneret:ueritatē illis in ſummo eſſe querendā. Ex hac deſperatione cõfeſſio illa Socratis nata ē: qua ſe nihil ſcire dixit niſi hoc unũ:ꝙ nihil ſciat. Hic academiæ diſciplina manauit:ſi tamē diſciplina dici poteſt in qua ignoratio & diſcitur & docetur. Sed ne illi quidem q̃ ſcientiam ſibi aſſumpſerunt:id ipſum quod ſe ſcire putabant conſtanter defendere potuerunt. Qui quoniam ratio illis non quadrabat:per ignorantiam reꝝ diuinarum tam uarii tam incerti fuerunt:ſibiq; ſæpe contraria differentes: ut q̄d ſentirent quid uellēt ſatis ſtatuere ac diiudicare non poſſes. Quid igit᷑ pugnes aduerſus homines eos qui ſuo ſibi gladio pereunt? Quid la

bores: ut eos deſtruas: quos ſua ipſos deſtruit atq; afficit oratio? Ariſtoteles inquit Cicero ueteres philoſophos accuſans ait eos: aut glorioſiſſimos aut ſtultiſſimos fuiſſe: qui exiſtimauiſſét philoſophiã ſuis ingeniis eſſe perfectam: ſed ſe uidere ꝙ paucis ãnis magna acceſſio facta eſſet breui tempore philoſophiã plane abſolutã fore. Quod igitur fuit illud tempus? Quo in ore? Quãdo eſt? aut a quibꝫ abſoluta? Nam ꝙ ait ſtultiſſimos fuiſſe qui putauiſſent ingeniis ſuis perfectum eſſe ſapientiam: uerum eſt: ſed ne ipſe quidem ſatis prudéter qui aut a ueteribus cœptam: aut a nouis auctã: aut mox a poſterioribus perfectũ iri putauit. Nunq̃ enim poteſt inueſtigari: quod non per uiam ſuam quæritur.

Capi. xxix. Irem repetitio de fortuna & natura eius & diffinitione eius

Ed repetamus id quod omiſſimus. Fortuna ergo nihil per ſe eſt: tanq̃ nec ſic habẽdum: tanq̃ ſit in aliquo ſenſu. Si quidem fortuna eſt accidentiũ rerum ſubitus atq; inopinatus euentus. Verũ philoſophi ne aliquando non errent in re ſtulta uolunt eſſe ſapiẽtes qui fortunæ ſexum mutant: eamq; non deã ſicut uulgus: ſed deũ eẽ dicunt. Eundẽ tamẽ interdũ naturam: iterdũ fortunã uocant. Quid multa (inquit idem Cicero) efficit inopinata uobis propter obſcuritatẽ ignorationẽq; cauſarũ? Cũ igitur cauſas ignorãt ꝓpter quas fiat aliquid: etiam ipſum q faciat ignorẽt neceſſe eſt. Idẽ in opere ualde ſerio: in quo præcæpta uitæ deprompta ex philoſophia filio dabat. Magnã inquit eẽ fortunæ uim in utranq; partẽ quis neſciat? Na & cũ ꝓfecto flatu eius utimur: ad exitus peruenimus optatos. Et cũ reflauerit: affligimur. Primũ q negat ſciri poſſe quicq̃: ſi hoc dixit tanq̃ & ipſe & oẽs ſciant. Deinde qui etiã quæ clara ſunt. dubia conantur efficere hoc putauit eſſe clarũ: quod illi eſſe debuit uel maxime dubiũ nam ſapienti omnino falſum eſt. Quis inquit neſcit? Ego uero neſcio. Doceat me ſi põt quæ ſit illa uis: qui flatus iſte: & qui reflatus. Turpe igitur eſt hominem ingenioſſum id dicere: qđ ſi negas probare non poſſit. Poſtremo ꝙ is qui dicit aſſenſus eẽ retinendos: ꝙ ſtulti ſit hominis rebus incognitis temere aſſentire: licet plane uulgi & imperitorum opinionibus credidit: qui fortunam putãt eſſe: quæ tribuit hominibus bona & mala. Nam ſimulachrũ eius cũ copia & gubernaculo fingunt: tanq̃ hæc & opes tribuat: & humanaꝝ reꝝ regimen

lib. 3

obtineat: cui opinioni & Virgilius aſſenſit: qui fortunā omnipotētē uocat. Et hiſtoricus qui ait: ſed ꝑfecto fortuna in omni re dominať. Quid ergo cæteris diis loci ſupeſt? Cur non aut ipſa regnare dicit: ſi plus pōt: aut ſola colit ſi oīa: uel ſi tantū mala immittit? Aliquid cauſe ꝑferant. cur ſi dea ſit: homnibꝫ īuideat: eoſq; perditos cupiat: cum ab his religioſe colať. Cur æquior ſit malis: iniquior aūt bonis: cur inſidieť afflgit: decipiat: & exterminet? Quis illā generi hominū uexatricē cōſtituit perpetuā? Cur deniq; tam malā ſortita ſit poteſtatē: ut res cūctas ex libidine magis q̄ ex uero celebret obſcuretq;? Nec inq̄ philoſophos inquirere oportuit potiuſq̄ temere inocentē accuſare fortunā: quæ etiā ſi ſit aliqua nihil tamē afferri ab his poteſt: cū homnibus tā inimica ſit q̄ putatur. Itaq; illæ oēs orationes quibꝫ iniquitatē fortunæ lacerant: ſe ſuaſq; uirtutes contra fortunā ſupbiſſime iactant: nihil ſunt aliud q̄ deliramēta incōſiderate leuitatis. Quare non inuidat nobis quibus aperuit ueritatem deus: qui ſicut ſcimus nihil eſſe fortunā: ita ſcimus eē prauum ac ſubdolū ſpiritū: qui ſit inimicus bonis: hoſtiſq; iuſtitiæ qui cōtraria faciat q̄ deus: cuis inuidiæ cauſam in ſecundo libro explicauimus. Hic ergo inſidiať uniuerſis: ſed eos qui neſciunt deum errore impedit: ſtulticia obruit: tenebris circūfundit: ne quis poſſit ad diuini nominis peruenire notitiam: in quo uno & ſapientia continetur & uita ꝑpetua. Eos autam qui deū ſciunt: dolis & aſtutia aggreditur. ut cupiditate ac libidine irrethiat: aut peccatis hlandientibus deprauatos impallat ad mortē: uel ſi dolo nihil profecerit: ui & uiolentia deiicere conať. Iccirco enim in primordiis tranſgreſſionis nō ſtatim ad pœnā detruſus a deo eſt: ut hoīem malitia ſua exerceat ad uirtutem: quæ niſi agiteť: niſi aſſidua uexatione roboretur: nō pōt eſſe pfecta. Si quidem uirtutis eſt pferrendoꝝ maloꝝ fortis ac inuicta patientia. Ex quo fit: ut uirtus nulla ſit: ſi aduerſarius deſit. Huius itaq; peruerſæ poteſtatis cū uim ſentirent uirtuti repugnantē: nomē ignorent: fortunæ uocabulū ſibi inane finxerunt. Quod q̄ longe a ſapiētia ſit remotū: declarat Iuuenalis his uerſibus. Nullum nomen habes. ſi ſit prudentia: ſed nos Te facinus fortuna deam: cæloq; locamus. Stulticia igitur & error & cæcitas: & (ut Cicero ait) ignoratio rerum atq; cauſarū: naturæ ac fortunæ nomina induxit. Sed ut aduerſarium ſuum neſciunt: ſic nec uirtutem quidē ſciunt: cuius ſcientia ab aduerſarii notione deſcendit: quæ ſi coniūcta eſt cū ſapientia uel (ut ipſi aiunt) eadē ipſa ſapientia eſt: ignorent neceſſe eſt inquibus rebus ſita ſit. Nemo enim pōt ueris armis inſtrui

ſi hoſtē cōtra quē fuerit armādus ignorat nec aduerſariū uīcere: q in dimicādo nō hoſtē ueꝝ: ſed umbrā petit. Proſternet̃ eī qui alio intentus: uenientē uitalibus ſuis ictū: nec præuiderit ante nec cauerit.

Cap. xxx. Epilogus quo docet qūo tranſeundū ſit a uanitate philoſophoꝝ recedentibus: & ad ueram ſapientiā aſpirantibus. ſ. ad uerbū dei: in quo ſolo ueritas inuenitur: & uirtus & beatitudo: & ab eis quæ dicta ſunt: ad dicenda tranſitū facit.

Ocui q̃tum mea mediocritas tulit: lōge deuiū philoſophos iter a ueritate tenuiſſe: ſentio tamen q̃multa præterierim: qui non erat mihi ꝓpria contra philoſophos diſputatio: ſed huc neceſſario diuertendū fuit: ut oſtenderem tot & tanta ingenia in rebus falſis eſſe conſumpta: ne quis forte a prauis religionibus excluſis: ad eos ſe conferre uellet: tanq̃ certi aliquid reperturus. Vna igitur ſpes homini: una ſalus in hac doctrina quā defendimus poſita eſt. Omnis ſapientia hominis in hoc uno eſt: ut deū cognſcat & colat. Hoc noſtroꝝ dogma: hæc ſententia eſt. Quāta itaq; uoce poſſum teſtificor: proclamo denuncio. Hoc eſt illud qd̕ philoſophi oēs in tota ſua uita quæſierūt nec unq̃ tamē inueſtigare: cōprehendere: tenere uoluerunt: quia aut prauam religionem tenuerūt: aut totā penitus ſuſtulerunt. Faceſſant igitur illi oēs: qui humanā uitam non inſtruūt ſed turbāt. Quid enī docent? Aut quem inſtruunt: qui ſeipſos mundū inſtruxerūt? Quem ſanare egroti? Quem regere cæci poſſunt? Huc ergo nos omnes quibus eſt cura ſapientiæ conferamus. An expectabimus donec Socrates aliquid ſciat? An Anaxagoras lumen in tenebris inueniat? Aut Democritus ueritatem de puteo extrahat? Aut Empedocles dilatet animi ſui ſemitas? Aut Archeſilas & Carneades uideant: ſentiant: percipiāt? Ecce uox de cælo ueritatem docens: & nobis ſole ipſo clarius lumen oſtendens. Quid nobis iniqui ſumus: & ſapientiā ſuſcipere cunctamur: quam docti homines cōtritis inquirendo ætatibus ſuis: nūquam reperire potuerunt? Qui uult ſapiens ac beatus eſſe audiat dei uocem diſcat iuſtitiam: ſacramentū natiuitatis ſuæ norit: humana cōtemnat: diuina ſuſcipiat: ut ſummū illud bonum ad qd̕ natus eſt poſſit adipiſci. Diſſolutis religionibus uniuerſis: & omnibꝫ quæcunq; in earum defenſionem dici uel ſolebant uel poterant refutatis: deinde conuictis philoſophiæ diſciplinis: ad ueram religionem nobis ſapientiamq; ueniendum eſt: quoniam eſt (ut docebo) utrunq;

coniunctum: ut eam uel argumētis: uel exemplis: uel idoneis teſtibus aſſeramus. Et ſtulticiam quā nobis iſti deoꝝ cultores obiæctare non deſinunt: ut nullā penes nos: ſic totā penes ipſos eſſe doceamus. Et quāq̄ prioribus libris. cū falſas arguerim religiones: & hic cum falſam ſapientiam tollerem: ubi ueritas ſit oſtenderim: planius tamē quæ religio: & quæ ſapientia uera ſit liber proximus indicabit.

L. Cœlii Lactantii diuinarum inſtitutionum aduerſus gētes liber quartus in quo docetur quæ religio: & quæ ſapientia uera ſit.

Quomodo unius ſæculi error in omnem ſit tranſfuſus ætatem: & orbem occupauerit: & græcia poſt gloriam ſeptem ſapientium ſtudio perquirende ueritatis exarſerit: & ſtudioſi eius ſe maluerint philoſophos q̄ ſapientes appellari. C. primum.

Ogitanti mihi: & cum animo meo ſæpe reputanti priorem illum generis humani ſtatum: & mirum pariter & ingenium uideri ſolet: quod unius ſæculi ſtulticia religiones uarias ſuſcipientes: deoſq; multos eſſe credentis: in tantam ſubito ignorationem ſui uentum eſt: ut ablata ex oculis ueritate neq; religio ueri dei: neq; humanitatis ratio teneretur: hominibus uō in cælo ſummum bonum quærentibus: ſed in terra: quam ob cām profecto ſæculorū ueteꝝ mutata fœlicitas eſt. Cœperūt enim relicto parente & conſtitutore omniū deo inſenſibilia digitoꝝ ſuoꝝ figmēta uenerari: quæ prauitas quid fecerit: quid malorū attulerit: res ipſa declarat. Auerſa nāq; a ſummo bono: quod iō beatū & ſempiternū eſt: quia uideri tangi cōprehendi non poteſt: & a uirtutibus ei bono congruētibus: quæ ſunt æque immortales: ad hos corruptos & fragiles deos lapſa: & ſtudentes his rebus quibus ſolū corpus ornat: alit̄ delectatur. mortem ſibi perpetuam cum diis & cum bonis corporib; quæſierunt. quia morti corpus oē ſubiæctum eſt. Inſecuta ē igit̄ huiuſmodi religiōis iniuſtitia & impietas ſicuti fuerat neceſſe. Deſierūt enim uultus ſuos in cælum tollere. ſed deorſum mētes hominum depreſſæ terrænis ut religionib; ſic etiam bonis inhærebāt. Secutum ē diſcidiū generis humani & fraus & nefas oē. quia ſpretis ſempiternis atq; incorruptis bonis: quæ ſola debent ab homine cōcupiſci: temporalia & breuia maluerunt. maiorq; ad malum hominib; fides fuit: q̄ prauū recto quia præſentius fuerat prætulerunt. Si humanam uitam

prioribus ſæculis in clatiſſima luce uerſatam coligio & tenebræ cōpre henderunt. Et qđ huic prauitati cōgruens erat poſtq̄ ſublata ſapiētia eſt: rū demū homines ſapientū ſibi nomē uēdicare cœperūt: tū aūt nemo ſapens uocabat̄: cū omnes erāt: uterq; nomē illud publicū ali quādo q̄uis ad paucos tedactū: tū uim ſuā retineret. Poſſēt enim for taſſe pauci illi uel ingenio uel auctotitate: uel aſſiduis hortamentis li berare populū uiciis & etroribꝫ. Sed a deo ī totū ſapiētia occiderat: ut ex ipſa nominis arogantia nullū eoꝝ qui uocarent̄: apparuit fuiſſe ſa pientem. Et tam̄ priuſq̄ hæc phia quæ dicit̄ eēt inuenta: ſeptē fuiſſe trahuntur primi omniū: qui quia de tebus naturalibꝫ quærere ac diſ putare ſunt auſi: ſapientes haberi appellariq; meruerūt. O miſetum calamiroſumq; ſæculū: quo ꝑ otbem totū ſeptē ſoli fuerūt: qui homi num uocabulo cierent̄. Nemo enim pōt iure dici homo: niſi qui ſapi ens eſt. Sed ſi cæteri omnes preter ipſos ſtulti ſuerunt ne illi quidem ſapientes: quia nemo ſapiēs eſſe uere iudicio ſtultoꝝ pōt: adeo ab his abſuit ſapientia: ut ne poſtea quidē increſcente doctrina: & multis magiſq; ingeniis i idipſum ſemꝑ intentis nō potuerit ꝑſpici ueritas & cōprehendi. Nā poſt illioꝝ ſeptē ſapientū gloriā: incredibile ē quato ſtudio inquirendæ ueritatis græcia ois exarſerit. Ac primū nomen ip ſum ſapientiæ arrogans putauerit: ſed quia non ſapientes: ſed ſtudio ſos ſapientiæ uocauerunt: quo facto & illos qui temere ſapientum ſi bi nomē aſciuerant: errotis ſtultitiæq; dānauerunt: & ſe quoq; ipſos ignorātiæ: quā qdē nō diffitebāt̄. Nā ubi cūq; eoꝝ natura īgeniis eo rū quaſi manus oppoſuerat: ne rōnem poſſent aliq̄ reddere teſtifica ri ſolebant nihil ſcire ſe: nihil cernere. Vnde multo ſapientiores inue niunt̄: qui ſe aliqua ex patte uidetunt: q̄ illi qui ſapere crediderant.

Capi. ii. Quod ibi eſt quærenda ſapientia ubi gentibꝫ ē ſtulticiæ titulus. Et quare Pythagetas & Plato litteraꝝ ꝓſecutores non acceſſe runt ad iudeos.

Vare ſi neq; illi fuere ſapientes: q ſunt appelati: neq; poſtetio tes: q nō dubitauetūt inſipientiā cōfiteri: qđ ſupereſt niſi ut a libi ſit quætēda ſapientia: quare nō ē ubi queræbat̄ īuēta. Quid aūt putemus fuiſſe cauſæ: cur tot ingeniis: totq; temporibꝫ ſūmo ſtudio & labore queſita nō repetitetur: niſi q̄ eā philoſophi extra fines ſuos quæſierūt. Qui qm̄ ꝑagratis & exploratis oibus nuſq̄ ullam ſapien tiā cōprehenderunt: & alicubi eē illā neceſſe ē: apparet illic potiſſimū

eſſe quærendam ubi ſtult ciæ titulus apparet: cuius uelamento deus ne arcanū ſui diuini operis in ꝓpatulo eēt theſauꝝ ſapientiæ & ueritatis abſcondit. Vnde eqdē ſolemus mirari: ꝙ cū Pytagoras & poſtea Plato: amore indagandæ ueritatis accenſi: ad ægyptios & magnos & perſas uſq; penetraſſēt: ut eaꝝ gentiū ritus & ſacra cognoſcerēt. Suſpicabanť enim ſapiētiā in religione uerſari: & ad iudæos tantū nō acceſſerūt: penes quos tūc ſolos erāt: & quo facilius ire potuiſſent. Sed auerſos eē arbitror diuina ꝓuidētia neſcire poſſent ueritatē: qa nōdū fas erat aliengenis hoībus religionē dei ueti iuſtitiāq; cognoſcere: Statuerat enī deus appropinquante ultimo tēpore ducē magnū cælitus mittere q eā pfido īgratoq; populo ablatā externis gentibꝫ reuelaret. Qua de re i hoc libro aggrediar diſputare: ſi prius oſtendero ſapiētiā cū religione ſic coherere: ut diuelli utrūq; nō poſſit.

Cap. iii. Quod ſapienta & religio inſepabiliter cohærent: & ꝙ neceſſe ē eoſdē nō diuerſos eſſe ſecretarios ſapiētiæ & numinis ſacerdotes. Et quare cōtra naturā ſit colere plures deos. Et quare neceſſitate naturæ oportet dominū eſſe unū unicuiq; ſic & patrē unū.

Eerū igitur cultus in priore libro docui nō habuiſſe ſapientiā nō mō: quia diuinū animal hominem terrænis fragilibuſq; ſubſternit: ſed quia nihil ibi deferiť: qđ ꝓficiat ad mores excolendos uitamq; formandam: nec habet inquiſitionem aliquā ueritatis: ſed tantūmodo ritū colendi: qui non officio mētis: ſed miniſterio corporis cōſtat. Et ideo non eſt illa uera religio iudicanda: quia nullis iuſtitiæ uirtutiſq; præcæptis erudit: efficitq; meliores. Ita philoſophia quia in illis religionem: ideſt ſummam pietatem nou habet non eſt uera ſapientia. Nam ſi diuinitas quæ gubernat hūc mundum incredibili beneficentia genus humanum ſuſtentat: & quaſi paterna indulgentia fouet: uult profecto gratiam ſibi referri & honorem dari. Nec conſtare homini ratio pietatis poteſt: ſi cæleſtibus beneficiis extiterit ingratus: quod non eſt utiq; ſapientis. quoniam igitur (ut dixi) philoſophia & religio deorum diſiuncta ſunt & longe diſcreta: ſi quidem alii ſunt profeſſores ſapientiæ: per quos utiq; ad deos non aditur. Alii religionis antiſtites: per quos ſapere non diſcitur: apparet nec illam eſſe ueram ſapientiam: nec hanc religionem: iccirco nec philoſophia potuit ueritatem comprehendere: nec religio

deoꝝ ratione ſui qua caret reddere. Vbi aũt ſapientia cũ religione inſeparabili nec nexu cohæret: utrunq; eſſe uerum neceſſe eſt. Quæ iã & in colendo ſapere debemus: ideſt ſcire quid nobis: & quõ ſit colendum: & in ſapiendo colere: ideſt re & actu quod ſcierimus implere. Vbi ergo ſapientia cum religione coniungitur: ubi.ſ. ibi deus colitur unus: ubi uita & actus oĩs ad unum caput & ad unã ſummã referť. Deniq; iidẽ ſunt doctores ſapientiæ: qui & dei ſacerdotes. Nec tamẽ moueat quẽq̃ quia ſæpe factum ẽ & fieri põt: ut philoſophus aliquis deoꝝ ſuſcipiat ſacerdotiũ: quod cũ ſit: nõ tamẽ cõiungiť phĩa cũ religione: ſed etiã philoſophia inter ſacra ceſſabit: & religio quãdo philoſophia tractabitur. Illa enĩ religio mutata ẽ: nõ tantũ quia mutoꝝ eſt: ſed quia ritus eius in manu & in digitis eius. & nõ in corde aut in lingua ſicut noſtra quæ uera ẽ. Iccirco & in ſapiẽtia religio: & in religione ſapientia ẽ: ergo nõ põt ſegregari: quia ſapere nihil aliud ẽ: niſi deũ ueꝝ iuſtis ac piis cultibus honorare. Multorum aũt deorũ cultus non eſſe ſecũdũ naturam: etiã hoc argumento colligi põt & conprehendi. Omnem deũ qui ab homine coliť: neceſſe eſt inter ſolẽnes ritus & præcationes patrẽ nũcupari: non tãtũ honoris gratia ſed & rationis: ꝙ & antiquior ẽ hoĩe: ꝙ uitã ſalutẽ uictũq; præſtat ut pater. Itaq; & Iupiter a præcantibꝫ pater uocať: & Saturnus & Ianus & Liber & cæteri deinceps: quod Lucillius in deoꝝ cõſilio irridet: uti nemo ſit noſtrũ: qn aut pater optimus diuũ: aut Neptunus pater: Liber: Saturnus pater: Mars: Ianus: Quirinus pater: ſic & hoc nomen pater dicať ad unũ: qđ ſi natura nõ patiť: ut ſit unius hõis plures patres: Ex uno enĩ ꝓcreať: ergo deos etiã multos colere cõtra naturã ẽ: contraq; pietatẽ. Vnus ergo colendus ẽ: q põt uere pater nominari Idẽ etiã dominus ſit neceſſe ẽ: quare ſic põt indulgere: ita etiã cohercere. Pater ideo appellãdus ẽ: qa nobis multa & magna largiť. Dñus ideo: qa caſtigãdi & puniẽdi habet maximã ptãtẽ. Dominũ uero eũdẽ eẽ q ſit pater: etiã iuris ciuilis rõ demõſtrat. Quis enĩ poterit filios educare: niſi habeat in eos dominii ptãtẽ? nec ĩmerito paterfamilas diciť: licet tm̃ filios habeat: uidelicet nomẽ patris cõplectiť etiam ſeruos: quia familiã ſequiť: & nomẽ familiæ cõplectiť etiam filios quia pater antecedit. Vnde apparet eundem ipſum & patrem ſeruorũ & dominum filiorum. Deniq; & filius manumittitur tãq̃ ſeruus: & ſeruus liberatus: patroni nomẽ accepit tanq̃ filius. Quod ſi ꝓpterea paterfamilas nominatur: ut appareat eum duplici poteſtate præditum

quia & indulgere debet quia pater eſt: & cohercere quia dominus: ergo idem ſeruus eſt qui & filius: & idem dominus qui & pater. Sicut igitur naturæ neceſſitate non poteſt eſſe niſi unus pater: ita nec dominus niſi unus. Quid enim faciet ſeruus ſi multi domini diuerſa imparauerint? ergo cõtra rationem contraq; naturã ſunt religiones multorũ deoꝝ. Si quidẽ nec patres multi poſſunt eẽ nec domini: deos autem & patres & dominos nuncupari neceſſe eſt. Teneri ergo ueritas non põt: ubi hõ idẽ multis patribꝫ dominiſq; ſubiectis eſt. Vbi animus in multa diſperſus huc atq; illuc diuagatur. Nec habere ullã firmitatem religio poteſt: quãdo certo & ſtabili domicilio caret. Cultus ergo deoꝝ ueri eẽ nõ poſſunt: eodẽ mõ quo matrimoniũ dici nõ põt ubi mulier uiros multos habet: ſed hæc aut meretrix aut adultera noĩnabit̃. A qua enĩ pudor: caſtitas: fides abeſt: uirtute careat neceſſe eſt: ſic & religio deoꝝ impudita ẽ & inceſta: quia fide caret: quia honos ille inſtabilis & incertus caput atq; originẽ non habet.

Capi. iiii. Quod ſapientia ſpectat ad filios: religio ad ſeruos & utriuſq; fons deus unus ſolus & uerus: qui ingratum abdicat filium & fugitiuum punit ſeruum.

Vibus rebus apparet ꝙ inter ſe coniuncta ſint ſapientia & religio ſapientia ſpectat ad filios: quæ exigit amorem: religio ad ſeruos: quæ quidem exigit timorem. Nam ſicut illi patrem deligere debent & honorare: ſic hi dominum collere: & ucreri. Deus autem qui unus eſt quoniam utranq; perſonam ſuſtinet & patris & domini: & amare eum debemus: quia filii ſumus: & timere: quia ſerui. Non poteſt igitur nec religio a ſapientia ſeparari: nec ſapientia a religione ſecerni: qa idem deus ẽ: quia & intelligi debet ꝙ ẽ ſapientia: & honorari ꝙ ẽ religionis. Sed ſapiẽtia præcedit: religio ſequitur quia prius ẽ deum ſcire: conſequens colere. Itaq; in duobus nominibus una uis eſt: ꝙuis diuerſa eſſe uideantur. Alterum enim poſitum ẽ in ſenſu. alterum in actu. ſed tamen ſimilia ſunt duobus riuis uno fonte manantibus. Fons autem ſapientiæ & religionis deus ẽ. a quo hi duo riui ſi aberauerint accreſcant neceſſe ẽ. quem qui neſciunt nec ſapientes eſſe poſſunt. nec religioſi. Sic fit ut philoſophi & qui deos colunt ſimiles ſint. aut filiis abdicatis aut ſeruis fugitiuis neq; illi patrem quærunt. neq; hi dominum. & ſicut abdicati hæreditatem non aſſequntur. & fugitiui impunitatem. Ita neq; philoſophi

immortalitatem accipiunt: quæ eſt regni cæleſtis hæreditas: ideſt ſū
mum bonum: quod illi maxime querunt. neq; cultores deoꝝ pœnam
ſempiternæ mortis effugiēt: quæ aīaduerſio ueri domini aduerſus fu
gitiuos ſuæ maieſtatis ac nominis. Deum uero eſſe patrē: eundemq;
dominū utiq; ignorauerunt tam cultores deoꝝ: q̄ ipſi profeſſores ſapi
entiæ: quia aut nihil oīno colēdum putauerunt: aut religiones falſas
approbauerunt: aut etiam ſi uim ꝑtātemq; ſummi dei intellexerūt:
ut Plato: qui ait unū eſſe fabricatorē mūdi deū: & Marcus Tullius
qui fatetur hominem præclara quadā cōditiōe a ſummo deo eſſe ge
neratū: tamē & debitū tanq̄ ſummo patri non reddiderunt: qđ erat
conſequens atq; neceſſarium. Deos autē neq; patres neq; dominos eē
non poſſe: non tantum multitudo (ut ſupra oſtendi) ſed etiam ratio
declarat: qua neq; fictum eſſe ab his hominē tradit: neq; deos ipſos
antecedere originē hominis inuenitur. Si quidē fuiſſe in terra hoīes
tanq̄ Vulcanus & Liber & Appollo: & ipſe Iupiter naſcetēt apparet
Sed ne Saturno ficto hominis: neq; cælo patri eius aſſignari ſolet:
qđ ſi nullus eorū qui coluntur formaſſe a principio: atq; inſtituiſſe
hominem traditur. Nullus igit ex his pater hominis nuncupari pōt
ita ne deus quidē. Ergo fas nō eſt uenerari eos a quibꝫ nō ſit hō gene
ratus quia neq; a multis pōt generari. Vnus igit ac ſolus coli debet: q
Iouē: qui Saturnū: qui cælū ipſū terrāq; antreceſſit. Is enim neceſſe ē
hominem figurauerit: qui ante hominē cælū terrāq; ꝑfecit. Solus pa
ter uocandus ē: qui creauit: ſolus dominus nūcupādus: q regit: q ha
bet uitæ ac necis uerā ac ꝑpetuā ꝑtāē: quē q nō adorat & iſipiēs ſer
uus eſt: qui deū ſuū aufugiat: & ipius filius: q ſuū ueꝝ patrē uel ode
tit uel ignoret.

Cap. V. Quuod oracula ꝓphetaꝝ ſolicite inſpicienda ſūt: quos
diuidimus eſſe locutos reꝝ multo ante prædictaꝝ cōuicit euētus. Et
quo tēpore ꝓphetauerit Moyſes. Quot ānis Ioſue rexerit populum.
Quot præfuerint iudices: q̄ diu regnauerīt reges. Quo tēpore domi
natus Cyrus. Quod in ꝓphetis & ſapientiæ fundamētum.

Vnc quoniam docui ſapientiam & religionem non poſſe de
duci: ſupereſt ut de ipſa religione ac ſapientia diſſeramus.
Sentio quidem q̄ ſit difficilis de rebus cæleſtibus diſputatio:
ſed tamen audiendum eſt ut illuſtrata ueritas patet. Multiq; ab
errore atq; interitu liberentur: qui eam ſub uelamento ſtultiæ laten
tem aſpernātur ac reſpuūt. Sed priuſq̄ incipiā de deo & operibꝫ eius

dicere: pauca mihi de ꝓphetis ante dicenda ſunt: quoꝝ teſtimoniis nunc uti neceſſe eſt: qđ in prioribꝫ libris ne facerē temperaui. Ante omnia qui ueritatem ſtudet cōprehendere: non mō intelligendis prophetaꝝ uocibus animū debet intendere: ſed etiam tēpora per quæ quiſq; illoꝝ fuerit diligentiſſime inquirere: ut ſciat & quæ futura prædixerunt: & poſt quot annos prædicta cōpleta ſint nec difficultas in his colligendis ineſt ulla. Teſtati eīm ſunt ſub quo quiſq; rege diuini ſpiritus fuerit paſſus inſtinctū: multiq; ſcriptos libros de tēporibꝫ ediderunt: initium facientes a ꝓpheta Moyſe qui troianum bellum ſeptingētis fere annis anteceſſit. Is aūt cū per annos quadraginta populū rexiſſet: ſucceſorem habuit Ioſuen: qui ſeptē & uiginti annis tenuit principatū. Ex inde ſub iudicibus fuerūt per ānos tricentoſſeptuaginta. Tum mutato ſtatu reges habere cœperūt: qbus imperiū tenentibus per annos quadringentoſſexaginta uſq; ad Sedechiæ regnum oppugnati a rege babylonico: captiq; iudæi diuturnū ſeruitiū ptulerūt: donec ſeptuageſio poſt anno Cyrus maior captiuos iudæos terris ac ſedibus ſuis redderet: qui p id tēpus in perſas ſuſcepit imperiū: quo romæ Tarquinus ſuperbus. Quare cū oīs tēpoꝝ ſeries ex iudaicis & ex græcis romāiſq; hiſtoriis colligať etiā ſinguloꝝ ꝓphetaꝝ tempora colligi poſſunt: quoꝝ tamē ultimus Zacharias fuit: quē cōſtat ſub Dario rege ſecundo anno regni eius octauo menſe ceciniſſe: adeo antiquiores eſſe græcis ſcriptoribꝫ ꝓphetæ repetiunť. Quæ oīa eo ꝓfero ut errorē ſuū ſentiant: qui ſcripturam ſacrā coarguere nitūtur: tāq̄ nouā & recens fictā: ignorantes ex quo fonte ſanctæ religionis origo manauerit. Quod ſi quis collectis proſpectiſq; temporibus fundamenctū doctrinæ ſalubriter iæcerit: & ueritatē penitus cōprendet: & errorem cognita ueritate deponet.

Capi. vii. Quod deus creator omnium coomnipotētē genuit filium: & p eum creauit uniuerſa: teſtes ſunt Sibylla & Triſmegyſtus oracula cōſona prophetis & ſapientiſſimo Salomoni.

Eus igitur machinator conſtitutorq; rerum ſicuti in ſecundo libro diximus: anteq̄ præclarum hoc opus adoriretur: ſanctū & in corruptibilē incōprehēſibilē ſpiritū genuit: quē filiū nūcuparūt Et q̄uis alios poſtea iumerabiles per ipſum creauiſſet quos angelos dicimus: hunc tamen ſolum primogenirum diuini nominis appelatie

one dignatus eſt patria ſcilicet uirtute ac maieſtate pollentem. Eſſe aūt ſummi dei filiū: qui ſit poteſtate maxima præditus: non tantum congruentes in unum prophetarū uoces: ſed etiam Triſmegyſti prædicatio: & Sibylarum uaticinia demonſtrant. Hermes ī eo libro qui λότοσ τέλεοσ. inſcribitur his uſus eſt uerbis. ὁκύριοσ καὶ τῶν πάντων πιοητῆσ ὃν θεόν καλεῖν ὕθνομικαμεν. ἐπεί τόν δεύτερον ἐποίησε θεὸν ὁρατόν καὶ αἰσθητου δε φημί οὐ διά τό αἰσθεσθαι αὐτον. περὶ τάρ τούτου οὐκ ἔςιν πότερον αὐτοσ αἴσθοιτο ἀλλ᾽ ὅτι εἰσ αἰσθήσεισ ὑποπεμπει καί εἰσ νοῦν ὅτι οὖν τοῦτόν ἐποίησε πρῶτον καὶ μόνον καί ἕνα καλῶσ δε αὐτῷ ἐφάνη καί πληρεσ ατοσ πάντων τωυ ἀταθῶν ηγιασητε καί πάνυ ἐφίλησεν ὡσ ἴδιον τοκον. Ideſt dominus & omnium creator: quem deū uocare cēſemus: quia ſecundum fecit deum uiſibilem & ſenſibilem. Senſibileem autem non ideo quia ipſe ſentit dicitur: de hoc enim non eſt utrū ipſe ſentiat: ſed quia in ſenſus ſubmittit & mentem: qui ergo eum fecit primū & unum & ſolum: bonus ei uiſus eſt & pleniſſimis omnium bonoꝝ ſanctificauitqꝫ & amauit quaſi filium. Sibylla erithræa in carminis ſui principio: quod a ſummo deo exorſa eſt: filium dei ducem & imperatorem omniū his uerſibus prædicat. πάντοροφον κτιςήν ὅσ τλυκύ πνεῦμα ἅπαι κατεθετο καὶ ητήτορα θεον παντων εποίησε. Ideſt omnium nutritorem creatoremqꝫ: qui dulcem ſpiritum omnibus appoſuit: ac principem omnium deorum fecit. E rurſus in fine eiuſdem carminis. ἀμάντον ἔδωκε θεοσ πιςοῖσ ἀνδρσι τέραι νεῖν. Ideſt alterum dedit deus fidelibus uiris honorarem ipſū tū cognoſce deū qui dei filius ē. Et alia Sibylla præcæpir hūc oportere cognoſci αὐτον τίνωσκε θεον θεοῦ υιον ἐοντα. Videlicet ipſe dei filius: qui per Salomonem ſapientiſſimum regem diuino plenū locutus eſt: ea ſubi æcimus. Deus condidit me ī initio ſuaꝝ uiaꝝ in opera ſua ante ſecula fundauit me in principio anteq̄ terrā faceret: anteq̄ abyſſos cōſtitueret: priuſq̄ ꝓderēt fontes aquaꝝ: ante oēs colles gēuit me dñus fecit regiōes & terras inhabitabiles ſub cælo. Cū pareret celos aderā illi & cū ſecerneret ſuā ſedē: cū ſup uētos faceret ualidas nubes: & cōfirmatos poneret mētes ſub cælo: quādo fortia faciebat fūdmēta terræ erā penes illū diſponens: ergo erā cui aggaudebat: quotidie aūt iocundabar ante faciē eius: cū letaretur orbe ꝑfecto. Icciroo autē Triſmegyſtus: δημιούροτον τοῦ θεου. Ideſt crearorem dei: & Sibyllā σύμβουλcν .i. cōſiliariū appellat: q tanta ſapientia ſit inſtructus a deo patre: ut cōſilio & manibꝫ uteretur in fabricatione mundi.

Cap.vii. Quuod nomen filii & angelis aut hominibus ſit igno tum: licet nomen habeat quod ab utriſq; adoratur. Et unde dicatur Ieſus & unde Chriſtus.

Ortaſſe quæra t aliquid hoc loco: quis ſit iſte tam potens: tam deo carus: & quod nomẽ habeat: cuius prima natiuitas nõ mõ anteceſſit mundum: uerum etiam prudentia diſpoſuerit uirtute con ſtruxerit. Primum nos ſcite cõuenit nomen eius ne angelis quidẽ no tum eſſe: qui morantur in cælo: ſed ipſi ſoli ac deo patri nec ante id publicabit̃: ut ẽ ſanctis litteris traditũ ꝗ diſpenſatio dei fuerit ipleta Deinde nec enunciari poſſe hoĩs ore ſicut docet Hermes hæc dicens ἄιτιον δὲ τοῦ ταυτοῦ αἰτίου ἡ τοῦ θείου καί ἀγενητου ἀγαθοῦ βού λησισ θεὸν. προήνεγκεν οὗτο ὄνομα οὐ δύναται ἀνθρωπινω στόμ ατι λαληθῆναι. i. e cã aũt huius cauſæ diuini boni uolũtas cuius no mẽ nõ põt humano ore fari. Et pauloposſt ad filiũ. ἔστι τάρτισ ωτέκ νον ἀπόρροητοσ λόγοσ σοφίασ ὅσιοσ ὁσίου τοῦ μόνου κυρίου πᾶντων καί προονενοου ὃν εἰπεῖν ὑπὲρ ἄνθρωπον ἐστι. Eſt enim fili ſecretus quidam ſermo ſapientiæ ſanctus de ſolo dño omniũ & qui ante mente capitur: quem dicere ſupra hominẽ eſt. Sed quãuis nomen eius quod ei a prĩcipio pater ſummus impoſuit: nullus alius præter ipſum ſciat habet tamen & inter angelos aliud uocabulũ: & inter homines aliud. Ieſus quippe inter homines nominantur. Nam chriſtus non proprium nomen eſt nuncupatio poteſtatis & regni. Sed exponenda huius nominis ratio eſt ꝓpter ignorantiã errorem: q eum muta ta littera. χρηστον. ſolent dicere. Erant iudæis ante præcæ ptũ ut ſacrum conficerent ungentum: quo perungi poſſent: q hi uo cabantur ad ſacerdotium uel regnũ. Et ſicut nunc romanis ĩdumẽtũ purpuræ inſigne eſt regiæ digitatis aſſumptæ: ſic illis unctio ſacri un gentionẽ ac poteſtatem regiã cõferebat. Verum quoniã græci ueteres χριέεσθαι. dicebant ungi quod nunc. ἄλείφεσθαι. ſicut indicat ho mericus uerſus ille quo propiciabant unxerũt oleo. τον δὲ δμῳαὶ λοῦσαν καί χρισαν ἐλαιω. i. hũc autẽ famulæ lauerunt & unxerũt oleo: ob hanc rationem nos cum chriſtum nuncupamus: ideſt uictũ qui hæbraice Meſſias dicitur. Vnde ĩ quibuſdã græcis ſcripturis: quæ male de hæbraicis iterpretate ſũt. ἠλημμενοσ ἀπὸ τοῦ ἀλείφεσθαι. Ideſt ab ungendo curari. Sed tam̃ utrolibet noĩe rex ſignificat̃. Non ꝙ ille regnum hoc terrenum fuerit adeptus: cuius capiendi nondum tempus aduenit: ſed ꝙ cæleſte ac ſempiternũ eſt de quo diſſeremus

in ultimo libro nunc uero de prima eius natiuitate dicamus.

Capi. viii. Quod filius bis natus eſt: etærnaliter de patre: temporaliter de uirgine matre: ſed natiuitate inexcogitabili & ineffabili. Et quare dicatur uerbum: & in qno ab aliis angelis differat: & quare illi non dicantur uerbum dei: uel uerba. Et quare hominis ſpiritus diſſolubilis. Et quid Dauid & Salomon prophetauerint de hoc uerbo. Et ꝙ Salomon præceſſerit troianum bellum: ꝙ Ioannes euangeliſta de eodem uerbo.

N primis enim teſtificabimur illum bis eſſe natum primum in ſpiritu poſtea in carne. Vnde apud Hieremiam ita dicitur: priuſq̃ te formarem in utero noui te. Et item apud ipſum: beatus q erat anteq̃ naſceretur: quod nulli alii cõtigit præter chriſtum: qui cũ eſſet a principio filius dei regeneratus eſt denuo ſecundum carnem: quæ duplex natiuitas eius magnum intulit humanis pectoribus errorem: circunfuditq; tenebras ex his quæ uere religionis ſacramenta retinebant. Sed nos id plãe dilucideq; mõſtrabimus: ut amatores ſapiẽtiæ facilius ac diligentius inſtruantur: qui audit dei filium dici non debet tantum nefas mẽte concipere: ut ex cõnubio ac pmixtione fœminæ alicuius deum procreaſſe: quod non fecit niſi animal corporale mortiq; ſubiectum. Deus autem cum ſolus adhuc eſſet: cui permiſcere ſe potuit? aut cum eſſet tantæ poteſtatis: ut quicquid uellet efficeret: utiq; ad creandum ſcoietate alterius non indigeret? niſi forte exiſtimabimus deum ſicut Orpheus putauit: marem eſſe & fœminam ꝙ aliter generare non quiuerit: niſi haberet uim ſexus utriuſq;: quaſi aut ipſe ſecũ coiret: aut ſie coitu nõ potuerit procreare. Et Hermas i eadẽ fuit opĩõne: cũ dicit. ἀυτο πἀτορἀκαι ἀυτο μήτορα. Quod ſi ita eſſet ut a prophetis pater dicit̃ ſic eciã mat̃ diceretur. Quomodo igitur procreauit? Primum nec ſciri a quoq̃ poſſunt nec narrari opera diuĩa: ſed tñ ſãctæ litteræ docẽt: in quibus tantũ eſt illum filium dei eſſe ſermonem: itemq; cæteros ãgelos dei ſpiritus eſſe. Nã ſermo eſt ſpiritus cũ uoce aliquid ſignificante probatus. Sed tamẽ quoniã ſpiritus & ſermo diuerſis partibus ꝓferuntur: ſiquidem ſpiritus naribus: ore ſermo procedit magna inter hunc dei filium cæteroſq; angelos differentia eſt. Illi enim ex deo taciti ſpiritus exierunt: qui non ad doctrinam dei tradendam ſed ad miniſteriũ dei creabantur. Ille uero cum ſit & ipſe ſpiritus: & tamen cum uoce ac ſono ex dei opere

proceſſit: ſicut uerbum ea ratione qua uoce eius ad populum fuerat uſus: id ē ꝙ ille magiſter futurus eēt doctrinæ dei: & cæleſtis arcani ad hominem pferendi: ꝙ ipſum primo locutus ē. ut p eum ipſe ad nos loqueret̃. Et ille uocē dei ac uoluntatē nobis reuelaret. Merito ergo ſermo & uerbū dei dicitur: qui procedentē de ore ſuo: uocalem ſpiritū quē non utero ſed mente conceperat in excogitabili quadam maieſtatis ſuæ uirtute ad effigiem quæ proprio ſenſu ac ſapientia uigeat cōprehendit: & alios item ſpiritus ī angelos figurauit. Noſtri ſpiritus diſſolubiles ſūt: quia mortales ſumus: dei aūt ſpiritus & uiuut & manent & ſentiunt: quia ipſe īmortalis eſt: ſenſus & uitæ dator. Noſtræ uoces licet aure miſceantur atq; euaneſcant: tamen plerunq; manent litteris cōprehenſe: quanto magis dei uoce cōprehendendu eſt: & manere in æternum & ſenſu ac uirtute cōmutari. q̄ de deo patre tanq̄ riuus de fonte traduxerit: Quod ſiquis miratur ex deo deū platione uocis ac ſpiritus potuiſſe generari: ſi ſacras uoces pphetarū cognouerit deſiet profecto mirari Salomonē patremq; eius Dauid potentiſſimos reges fuiſſe: & eoſdē prophetas: etiā his fortaſſe ſit notū qui diuinas litteras nō attigerunt: quorū alter qui poſteris regnauit troiāæ urbis excidium centum & quattraginta ānis anteceſſit. Huius pater diuinoꝝ ſcriptor hymnorum in pſalmo trigeſimoſecōdo ſic ait Verbo dei cæli ſolidati ſunt: & ſpiritu oris eius omnis uirtus eorum Itē rurſus in pſalmo quadrageſimoquarto. Eructauit cor meū uerbū bonum: dico ego opera mea regi. Cōſtat uidelicet nulli alii opera dei eſſe nota niſi filio ſoli qui eſt uerbū dei: & quē regnare īppetuū neceſſe ē. Itē Salomō ipſū uerbū dei eē demōſtrat: cuius manibꝫ opa iſta mūdi fabricata ſūt. Ego inqt ex ore altiſſimi pdiui ante oēm creaturam: ego in cælis feci ut orireť lumē ī deficiēs: & nebula texi oēm terrā. Ego in altis habitaui: & thronus meus i colūna nubis: Ioānes quo ita tradidit. In principio erat nerbū: & uerbū erat apud deum: & deus erat uerbū: oia p ipſum fcā ſunt: & ſine ipſo factū eſt nihil:

Capi. ix. Quod melius a græcis logos: q̄ a latinis uerbū: & quid de deo ſenſerint gentiles philoſophi Zeno & Triſmegyſtus.

Ed melius græci. λοτον. dicunt q̄ nos uerbum ſine ſermonem λοτοσ. enim & ſermonem ſignificat & rationem: quia ille eſt uox & ſapientia dei: hunc ſermonem diuinum ne philoſophi quidē ignorauerūt. Si quidem Zeno reꝝ naturæ diſpoſitorem atq; opificē

uniuerſitatis. λογον prædicat quē & fatum & neceſſitatē rerū & deū & animum Iouis nuncupat ea conſuetudine: qua ſolent Iouem pro dea accipere: ſed nihil obſtat uerba: cum ſnīa congruat ueritati. Eſt enim ſpiritus dei: quē ille animum Iouis nominauit. Nam Triſmegyſtus qui ueritatē pene uniuerſā neſcio quō inueſtigauit: ueritatē maieſtātēq; uerbi ſæpe deſcripſit: ſic declarat illud ſuperius exēplū: quo fatet' eſſe ineffabilē quēdā ſpiritū ſanctūq; ſermonē cuius enarratio modū hominis excedat. Dixi de natiuitate prima breuiter ut potui Nūc de ſecunda: qm̄ cōtrouerſia eſt: in ea maxime diſſerendū eſt: ut ueritatē ſcire cupientibus lumen intelligētiæ proferamus.

Cap. x. De ſecūda natiuitate filii q̄ ꝓphetæ ante multū prædixerūt. Et quō eductus ſit iſrael ab ægypto: & quibꝫ īgratus beneficiis caput bouis in memoriā Apis dei ægyptiorū̄ figurauerit: & quis ordo publicarū fuerit poteſtatē uſq; ad domini paſſionem.

N primis igitur ſcire homines oportet ſic a principio præceſſiſſe diſpoſitionem ſummi dei: ut eſſet neceſſe appropinquante ſæculi termino dei filium deſcendere: ut cōſtitueret deo templū doceretq; iuſtitiam. Verumtamen non in uirtute angeli aut poteſtate cæleſti: ſed in figura hominis & conditione mortali & cū magiſterio functus fuiſſet: traderet' in manus impiorum mortemq; ſuſciperet: ut ea quoq; ꝑ uirtutem domita reſurgeret: & homini quē induerat: quē gerebat: & ſpem uincendæ mortis afferret: & ad præmia īmortalitatis admitteret. Hanc ergo diſpoſitionem ne quis ignoret docebimus prædicta eſſe omnia: quæ in chriſto uidemus eſſe cōpleta. Nemo aſſeuerationi noſtræ fidem accomodet: niſi oſtendero ꝓphetas ante multam temporum ſeriem prædicaſſe: fore ut aliquando filius dei naſceretur ſicut homo: & mirabilia faceret: & cultum dei ꝑ totam terram ſeminaret: & poſtremo patibulo figeretur: & tertio die reſurgeret. Que omnia cū probauero eorum temporum litteris qui deum ſuum mū mortali corpore uiuentem uiolauerūt. Quid aliud obſtabit quo minus uerā ſapientiā clarū ſit in hac religione uerſari. Nunc a principio totius ſacramenti origo narranda ē. Maiores noſtri qui erant principes hebreorū cū ſterilitate atq; inopia laborarent: trāſierunt in ægiptum rei frumtariæ gratia: ubiq; diutius cōmorantes intolerabili ſeruitutis iugo premerentur tum miſertus eorū deus eduxit eos ac liberauit de manu ægiptiorum: poſt annos tricentos triginta duce Moyſe

per quem poſtea illis lex a deo data eſt: in qua eductione oſtẽdit uirtuté ſuæ maieſtatis deus. Traiæcit enim populũ med o mari rubro præcedente angelo atq; ſcidente aquam: ut populus per ſicum gradi poſſet: quem (ut ait poeta) Curuata in montis faciẽ circonſtit unda. Qui re audita tyrãnus ægyptio℞ cum magna ſuorum manu inſecutus eſt: & mare adhuc patens temere ingreſſus: coeũtibus aquis cum exercitu delatus eſt. Hebræi uero egreſſi e ſolitudine multa mirabilia uiderunt. Nã cum ſitim paterentur: ictu uirge rupe percuſſa: ꝓſiliit fons aquæ populumq; recreauit: quo ruiſus eſurienti cæleſtis alimẽti pluuia deſcendit: quin etiam coturnices in caſtra eorum uẽtus induxit: non ut modo cæleſti ſed etiam inſtructioribus epulis ſaturarent̃. Pro his tamẽ diuinis beneficiis honorem deo non reddiderũt: ſed depulſa iã ſeruitute iã ſiti fameq; depoſita in luxuriã delapſi ad ꝓphanos ægyptio℞ ritus aios trãſtulerũt. Cũ enim Moyſes dux eorum aſcendiſſet in montẽ atq; ibidẽ quadragĩta diebꝫ moraret̃: aureũ caput bouis quẽ uocãt ipſi apim qđ eos ſigno præcederet figurarunt. Quo peccato ac ſcelere offenſus deus imoiũ & ingratũ populũ ꝓ merito pœnis grauibus afficit: & legi quã ꝑ Moiſen dederat ſubiugauit. Poſtea uero cũ in deſerta quadã pte Syriæ cõſediſſent: amiſerunt uetus nomen Hebræi. Et qm̃ princeps eo℞ exanimis Iudas erat iudæi ſunt appellati: & terra quã incoluete iudaea. Et primo quidẽ nõ dominio regnũ ſubiecti fuerũt: ſed populo ac legi ciuiles iudices praeſidebant nõ tum inanũ conſtituti ſunt: ſicut romani coſules: ſed perpetua iuriſditione ſubnixi. Tum ſublato iudicum nomine poteſtas regalis inducta eſt. Verum regimen eorum iudicibus tenentibus prauas religiones ſaepe ſuſceperãt: atq; offenſus ab his deus totiens alienigenis ſubiugabat donec rurſus pœnitẽtia populi mitigatus liberaret eos ſeruitute. ité ſub regibꝫ finitio℞ belis ob delicta uexari poſtremo capti abductiq; babylonẽ pœnas impietatis ſuae graui ſeruitio pependerunt donec Cyrus ueniret in regnũ: qui ſtatim iudaeos teſtituit edicto. Exinde thetraſchas habuerunt uſq; ad Herodem: qui fuit ſub imperio Tyberii Caeſaris: cuius anno quintodecimo: ideſt duobus geminis conſulibus: ante diem decimum calẽdelarum aprilium iudaei Chriſtum cruci affixerunt: hic rerum exitus: hic ordo in arcanis ſancta℞ litterarũ cõtinetur: ſed prius oſtendam qua de cauſa in terrã uenerit Chriſtus: ut fundamẽtũ diuinae religionis & ratio clareſcat.

Capitulum. xi. Quae fuerit cauſa incarnationis Chriſti.

Vm ſæpe iudei præceptis ſalutaribus repugnarent: atq; a diui na lege deſiſterent aberantes ab impios cultus deoꝝ: cū deus iuſtos & electos ſācto ſpiritu implebat: prophās in media plebe conſtituens: ꝑ quos peccata in grati populi uerbis minacibus ĩcreparet: & nihilominus ad pœnitentiam ſceleris agendam hortaretur: quā niſi egiſſent: atq; abiæctis uanitatibus ad deum ſuum rediſſent: forte ut teſtamentum ſuum mutaret: ideſt hæreditatem uitæ immortalis ad extemas cōuerteret natões: aliumq; ſibi populum fideliorem ex alienigenis congregaret. Illi aūt a prophetis increpati: non mō uerba eorum reſpuerunt ſed ꝙ ſibi peccata exprobrarentur offenſi eos ipſos exquiſitis cruciatibus necauerunt: quæ omnia diuine litteræ ſignata conſeruant. Dicit enim propheta Hieremias. Ad uos ſeruos meos ꝓphetas ante lucem mittebam & non obaudiebatis me: neq; intēdebatis auribus ueſtris cum diceret uobis: conuertat̃ unuſqſq; a uia ſua mala: & nequiſſimis affectionibus ueſtris: & habitabitis in terra iſta quam dedi uobis & patrib; ueſtris a ſæculo uſq; in ſæculum. Nolite ambulare poſt deos alienos ut ſeruiatis eis: & ne incitetis me in operibus manum ueſtrarum adiſperandos uos. Eſdras aūt propheta qui fuit eiuſdem Cyri temporib;: a quo iudæi ſunt reſtituti ſic loquitur. Deſciuerunt a te & abiæcerunt legem tuam poſt corpus ſuum: & ꝓphetas tuos ĩterfecerunt: qui obteſtabantur eos ut reuerterētur ad te. Item Helias ĩ libro baſilion tertio. Emulādo emulatus ſum dn̄o deo omnipotenti: quia dereliquerūt te filii iſrahel: & altaria demolierūt & quærunt aīam meam auferre a me: ꝓpter has illoꝝ impietates abdicauit eos imꝑpetuum: itaq; deſiit ꝓphetas mittere ad eos: ſed illū filium ſuum primogenitum: illum opificem rerum & conſolatorem ſuum labi iuſſit e caelo: ut religionem ſanctam dei transferret ad gētes: idem ad eos qui deum ignorabant doceretq; iuſticiam: quam ꝑfidus populus abiaecerat: qd̕ iā pridē anunciauerat ſe eē facturum. Sic Malachias indicat dicēs. Non ē mihi uoluntas circa uos dicit dominus & ſacrificium acceptum non habeo ex manibus ueſtris: qm̄ a ſolis ortu uſq; ad ocaſum clarificabitur nomen meum apud gētes. Item Dauid in pſalmo. xvi. Conſtitues me in caput gētiū: populus quē non cognoui ſeruiet mihi. Iſaias quoq; ſic loquitur. Venio colligere omnes gētes & linguas: & ueniet & uidebunt claritatē meam: & dimittam ſup eos ſignum. Et mittam ex his conſeruatos in gētes quae longe ſunt: quae non audierunt gloriam meam & nunciabunt claritatē meam in gētes. Volēs igitur deus metatorē tēpli ſui mittere

in terram noluit eum in poteſtate & claritate cæleſti mittere: ut i gra rus in deũ populus in errorem maximum induceretur: ac pœnas pro facinorib9 ſuis luerent: qui dominum ac deum ſuum nõ recæpiſſent qđ olim ꝓphete cecinerant ſic eſſe factuꝝ: Iſaias ei quem ipſi iudæi ſerra conſectũ crudeliſſime necauerunt ita dicit. Audi cælum & per cipe auribus terrã: qm̃ dominus locutus ẽ: filios genui & exaltaui ipſi aũt ſpreuerunt me. Agnouit bos poſſeſſorem ſuum: & aſinus præſipium domini ſui: iſrael aũt me nõ cognouit: & populus meus me itellexit. Hieremias quoq; ſimiliter ait. Cognouit tẽpus ſuũ turtur & hyrũdo: & ruris paſſeres cuſtodierunt tẽpora introitus ſui: populus aũt meus nõ cognouit iudicium domini. Quomõ dicitis ſapientes ſumus: & lex domini nobiſcũ ẽ? Incaſſum facta eſt metatura falſa. Scribe cõfuſi ſunt: ſapientes trepidauerunt & capti ſunt: qm̃ uerbũ domini reprobauerunt: Ergo ut cœperã dicere: cum ſtatuiſſet deus doctroẽ uirtutis mittere ad hoĩes: renaſci eũ denuo ĩ carne præcæpit & ipſi homini ſimilem fieri: cui dux & comes & magiſter eſſet futurus: ſed tamẽ qm̃ clæmens eſt & pius erga ſuos deus: ad eos ipſos eũ miſit quos oderat: ne illis in ꝑpetuum ſalutis uiã clauderet: ſed daret hiis libram facultatem ſequendi deũ: ut & præmiũ uitæ adipiſcerent̃ ſi ſecuti fuiſſent: quod plurimũ eoꝝ faciunt atq; fecerũt: ut culpa ſua in pœnam mortis incurrerent: ſi regem ſuũ repudiaſſent. Apud illos igit̃ & ex eorũ ſemĩe regenerari eũ iuſſit ne ſi fuiſſet alienigena iuſtã poſſent excuſationẽ de lege prætendere: q eũ nõ ſuſcæpiſſent ſimul ut nulla omnino gens eẽt in terra: cui ſpes immortalitatis negaret̃.

Capi. xii. De cõceptu & partu uirginis prædicto a prophetis. De paſſione reſurrectione & aſcenſione & iudicio.

Eſcendens itaq; de cælo ſpiritus ille ſpũs dei ſanctam uirginẽ cuius utero ſe inſinuaret elegit. At illa diuino ſpiritu hauſto repleta cõcepit: & ſine ullo attactu uiri repente uirginalis uterus intumuit. Quod ſi animalia quædẽ uento & aura cõcipere ſolere omnib9 notũ eſt: cur quiſq̃ mirũ putet cũ ſpiritu cui eſt facile qđ uelit grauatam eſſe uirginem dicimus? Quod ſane incredibile poſſet uideri: niſi hoc futurum ante multa ſæcula ꝓphetæ ceciniſſent Salomon ſic ait. Infirmatus eſt uterus uirginis: & accepit fœtum & grauata eſt: & facta eſt in multa miſeratione mater uirgo. Itẽ propheta Iſaias cuius uerba ſunt hæc. Propter hoc dabit deus ipſe nobis ſignũ. Ecce uirgo

cõcipiet in utero & pariet filium & uocabitur nomẽ eius Hemanuel Quid de hoc manifeſtius dici põt? Legebant iſta iudæi: qui eum negauerunt. Si quis nos hæc fingere arbitratur ab his requirat: ab his potiſſimum ſumat: ſatis firmum teſtimonium ẽ ad probãdam ueritatẽ quod ab ipſis perhibetur & inimicis. Hemãuel nuꝗ̃ uocatus eſt: ſed Ieſus qui latine dicit̃ ſaluatis ſiue ſaluator: quia cunctis gentibus ſalutifer uenit: ſed propheta declarauit hoc nomine qđ deus ad homines in carne uenturus eſſet. Hemanuel aũt ſignificat nobiſcũ deus: ſcilicet quia illo per uirginem nato confiteri hoĩes oportebat̃: deum ſecum eſſe: ideſt ĩ terra & in carne mortali. Vnde Dauid in pſalmo octuageſimoquarto. Veritas inquit de terra orta eſt: quia deus ĩ quo ueritas ẽ: terrænũ corpus accæpit: ut terrænis uiam ſalutis aperiret. Item Iſaias ipſe. Ipſi aũt non crediderunt: & exacerbauerunt ſpiritum ſanctum: & conuerſus eſt eis ad inemicitiam: & ipſe expugnauit: & recordatus eſt dierum ſæculi qui ſuſcitauit de terra paſtorem ouium. Quis aũt futurus eſſet ille paſtor declarauit alio loco dicens. Exultent cæli deſuper & nubes induant iuſticiam: aperiatur terra: & pullulet ſaluator. Ego enim dominus deus creaui eum. Saluator uero eſt (ut ſupra diximus) Ieſus. Sed alio loco idem ꝓpheta ſic prædicat. Ecce natus eſt nobis puer: & datus eſt nobis filius: cuius imperiũ ſuper humeros eius: & uocatum eſt nomen eius magni conſilii nuncius. Iccirco enim miſſus eſt a deo patre: ut uniuerſis gẽtibꝫ quæ ſub cælo ſunt: ſingularis & ueri dei ſanctum myſterium reuelaret ablatũ pfido populo: qui aduerſus deum ſæpe deliquit. Daniel quoq; ſimilia prælocutus eſt. Videbam inquit in uiſu noctis: & ecce in nubibus cæli ut filius hominis ueniens: & uſq; ad ueterum dierum peruenit. Et qui aſſiſtebant optulerunt eum: & datum ẽ ei regnum & honor & imperiũ: & omnis populus tribus et linguæ ſeruient ei & poteſtas eius æterna quæ nunꝗ̃ tranſibit: & regnum eius qđ non corrumpet. Quomodo igitur iudæi & cõfitentur & ſperant Chriſtum dei q hũc iccirco reprobauerunt: quia ex homine natus eſt? Nam cum ita ſit a deo conſtitutum: ut idem chriſtus bis ueniat ĩ terram: ſemel ut unũ deum gentibus nunciet: deinde rurſus ut regnet: quõ in ſecundum eius aduentum credunt: qui primum non crediderunt? Atq; propheta utroſq; aduentus eius paucis uerbis cõprehendit. Ecce inquit ĩ nubibus cæli ut filius hoĩs ueniens: nõ dixit ut filius dei: ſed ut filius hominis: ut oſtenderet qui carne indui haberet in terra: ut ſuſcæpta hominis figura & conditione mortali doceret homines iuſticiã. Et cum

mandatis dei functus ueritatẽ gentibus reuelaſſet: mulctaretur etiã morte: ut iferos etiam uinceret ac reſignaret. Atq; ita demũ reſurgẽs ad patrem proficiſceretur in nube ſublatus. Adiæcit enim propheta & ait. Et uſq; ad antiquum dierum peruenit: & oblatus ẽ ei. Antiquũ dierum appellauit ſummum deum: cuius ætas & origo non põt con prehendi: quia ſolus a ſæculis affuit: & erit ſemper i ſæcula. Chriſtũ aũt poſt paſſionem & reſurrectionem aſcẽſurum eſſe ad deũ patrẽ Dauid in pſalmo centeſimonono conteſtatus eſt his uerbis. Dixit dominus domino meo: ſede a dextris meis: quo aduſq; ponam inimi cos tuos ſupedaneum pedum tuorum: qui propheta cum rex eſſet: quem appellare dominum ſuum poſſet: qui ſederet ad dexteram dei niſi Chriſtum filium dei qui eſt rex regum & dominus dominorũ. Quod Iſaias apertius oſtendit dicens. Sic dicit dominus deus Chri ſto domino meo: cuius tenui dexteram obaudire: ante eum gentes & fortitudinem regum diſrumpam. Aperiam ante illum portas: & ci uitates non claudentur. Ego ante te ibo: & montes deplanabo: & fo res æreas conteram: & ſeras ferreas cõfringam. Et dabo tibi theſauros abſconditos & inuiſibiles: ut ſcias quia ego ſum dominus deus qui uoco nomen tuum deus iſrael. Deniq; ob uirtutem & fidem quã deo exhibuit interra: datũ ẽ ei regnum & honor & imperium: & omnes populi tribus linguæ ſeruient ei: & poteſtas eius æterna: quæ nunq̃ tranſibit: & regnum eius non corrumpetur. Quod quidem duobus modis intelligitur: quia & nunc habet perpetuam poteſtatem: cum oẽs gentes & oẽs linguæ nomen eius uenerantur: maieſtatem cõfiten tur: doctrinam ſequũť: uirtutem imittantur: habet imperiũ: habet honorẽ: cũ omnes tribus linguæ terræ præcæptis eius obtemperant. Et idem poſtea. Cũ rurſus aduenerit in poteſtate ac claritate: ut omnem animã iudicet: & iuſtos ad uitã reſtituat: tunc uere totius terræ regi men obtinebit. Tunc ſublato de reb<sub></sub>ꝫ humanis omni malo: aureum ſæculũ (ut poetæ uocant) ideſt iuſtum ac pacificũ tempus orietur: ſed hæc uberius in ultimo libro diſſerimus cum de ſecundo aduentu lo quemur: nunc de primo (ut cœpimus) explicemus.

Cap. xiii. **Quod** filius a patre eſt ſecũdũ deitatẽ: & ꝙ geminæ ſub ſtantiæ eſſe coniuncitur: tum ex operibus ꝓpriis: tũ ex oraculis ꝓphe tarum: & etiam Appollinis Milleſii teſtimonio. Et quare nec ad Salo monẽ nec ad aliũ q̃ ad Chriſtũ referri pñt uaticinia prophetarꝫ.

Vmmus igitur deus ac parens omnium cũ religionem ſuam transferre uoluiſſet: doctorem iuſticiæ miſit e cælo: ut nouis cultoribus nouam legem in eo uel per eũ daret: non ſicut ante fecerat ꝑ hominem: ſed tamen naſci eũ uoluit tanq̃ hominẽ: ut per oĩa ſũmo patri ſimilis exiſteret: Ipſe enim deus pater & origo & principiũ reꝝ quoniam & parentibus caret. ἀπάτορα atq; ἀήτρα. ideſt ſine patre atq; ſine matre a Triſmegyſto ueriſſime nominatur: q; ex nullo ſit ꝓcreatꝰ. Iccirco etiam filiũ bis naſci oportuit ut ipſe fieret. ἄπατρ atq; ἀμήτορ. In prima enim natiuitate ſæculi ἀμήτορ fuit: quia ſine officio matris a ſolo deo patre ꝓgeneratus eſt. In ſecunda uero carnali ἀπάτορ fuit qm̃ ſine patris officio uirginali utero ꝓcreatus: ut mediam inter deũ & hoĩem ſubſtantiam gerens: noſtrã hanc fragilem imbecileq; naturam quaſi manu ad immortalitẽ poſſet educere: factus eſt dei filius per ſperitum: & hominis per carnẽ: ideſt & deus & homo dei uirtus in eo ex operibus quæ fecit apparuit: fragilitas hominis ex paſſione quã ꝑtulit: quã cur ſuſcæpit paulopoſt docebo. Integrum & deum fuiſſe teſtatur his uerbis. Fatigara eſt ægyptus & negotiatio æthiopum & ſaba uiri alti ad te tranſgredientur: & tuierũt ſerui & poſt ambulabunt uicti compedibus: & adorabunt & te precabuntur: quoniam in te deus eſt: & non eſt alius deus præter te: tu enim deus es & neſciebamus deus iſrael ſaluator. Confuudentur & reuerebuntur omnes qui aduerſantur tibi: & cadant inconfuſionem Item prophetas Hieremias ſic ait. Hic deus noſter & non deputabitur alius abſq; illo: qui inuenit omnem uiam prudentiæ: & dedit eã Iacob puero ſuo: & iſrael dilecto ſibi: poſt hoc ĩ terris uiſus eſt: & cũ hominibus uerſatus eſt. Item Dauid in pſalmo quadrageſimoquarto Tronus tuus deus in ſæcula ſæculorum: uirga æquitatis uirga regni tui. Dilexit iuſticiam & odio habuiſti iniuſticiam propterea unxit te deus: deus tuus oleo exultationis. Quo uerbo & nomen oſtendit: ſi quidem (ut ſupra docui) ab unctione appellatus eſt chriſtus. Deniq; hominem fuiſſe eundem Hieremias docent dicens. Et hõ eſt: & quis cognouit eũ? Item Iſaias: Et mittet eis deus hominem & ſaluabit eos iudicans ſanabit eos. Sed & Moyſes in numeris ita loquitur. Orietur ſtella ex Iacob: & exurget hõ ex iſrael: Propterea Milleſius Appollo conſultus: utrum ne deus an homo fuerit: hoc modo reſpõdit græce θνητόσ ἔην κατὰ σάρκα σοφὸσ τερατώδεσιν ἔπτοισ ἀλλά ὑπό χαλδαίων κρίτων ὅπλοισ συναλωθείσ τόμφοισ καί σκολόπεσι πικρὴν ἀνέπλησε τελευτίν. Ideſt mortalis erat corpore: ſapiens

mõſtroſis operibus:ſed ſub iudicibus caldæis armis comprehenſus
clauſis & fuſtibus amatū finem compleuit. Primo quidē uerſu uerȝ
dixit:ſed argute cõſulatorē fefellit ſacramētū ueritatis penitus neſci
entē. Videtur enim negaſſe illū deū :ſed cū fatetur ſecundū carnem
fuiſſe mortalē qđ nõ ēt cõſequēs ē:ut ſecūdū ſpiritū deus fuerit qđ
nos affirmamus. Quid enī fieret neceſſe carnis facere mentionē cum
ſatis eſſet dicere fuiſſe mortalē:ſed ueritate preſſus negare non potu
it queadmodū res ſe haberet:ſicut illud qđ ait fuiſſe ſapientē. Quid
ad hoc Apollo reſpondens ſi ſapiens eſt:ergo doctrina eius ſapiētia ē
nec ulla alia: & ſapiētes qui ſequunť nec ulli alii. Cur ergo uulgo pro
ſtultis uanis & ineptis haberemur:ꝗ ſectimur magiſtrū etiā ipſorȝ
deorȝ cõfeſſione ſapientē. Nā ꝙ air portētifica illorȝ opera feciſſe:quo
maxime diuinitatis fidē meruit:aſſentire nobis iā uideť cū dicit eadē
quibꝫ nos gloriamur:ſed colligit ſe : tam̄ & ad dæmoniacas fraudes
redit. Cū enim uerū neceſſitate dixiſſet:iā deorȝ ac ſui proditor uide
batur:niſi ꝙ ab eo ueritas expreſſerat:mendatio fallente celaſſet. Ait
ergo illū feciſſe opera miranda:uerū non diuina uirtute ſed magica
Quid mirum ſi hoc Apollo ueritatē ignorantibus perſuaſit: cum iu
dæi quoqꝫ cultores ut uidebantur ſummi dei idem potuerūt:cum an
te oculos illorum quotidie fierent miracula:nec tamen tantarum uir
tutum contemplatione impelli potuerunt:ut deum crederent:quem
uidebant propter Dauid:quem inter cæteros prophetas uel maxime
legunt in pſalmo uigeſimo ſic eos damnat. Redde illis retributionem
eorum:quoniam nõ intellexerunt in operibus domini. Ex huius ipſi
us domo Chriſtum generatā iri ſecundum carnem:& ipſe Dauid &
alii anunciauerunt. Apud Iſaiam ita ſcriptum eſt. Et erit in die illa
radix Ieſſe:& qui exurget principari in nationes : in eum gentes ſpe
rabunt:& erit requies eorum in honore. Et alio loco. Exeit uirga de
radice Ieſſe:& flos de radice eius deſcendet:& requieſcet ſuper eum
ſpiritus dei:ſpiritus ſapientiæ & intellectus : ſpiritus conſilii & forti
tudinis:ſpiritus pietatis:& implebit illum ſpiritus timoris dei: Ieſſe
autem fuit pater Dauid : ex cuius radice aſſcenſurum eſſe florem
prælocutus eſt:eum ſcilcet de quo Sibylla dicit. ἀνθήσει δὲ ἄνθος
καθαρόν. Ideſt floreſcet autem flos purus. Item in Baſilion libro ſe
cundo : propheta Nathan miſſus eſt ad Dauid uolentem deo tem
plum fabricare : & fuit uerbum ad Nathan dicens. Vade & dic ſer
uo meo Dauid. Hæc dicit dominus omnipotens. Non tu ædifica
bis mihi domū ad inhabitandum :ſed cum impleti fuerint dies tui &

dormieri cum patribus tuis; ſuſcitabo tuum ſemen poſt te: & para bo ſemen eius. hic ædificabit mihi in nomine meo: & erigam thronū eius uſq; in ſæculum. Et ego ero ei in patrem & ipſe erit mihi in filiū & fidem cōſequetur domus eiuſq; in ſæculū. Sed hæc ut iudæi non intelligerent illa fuit cauſa: ꝙ Salomon filius Dauid deo templū ædificauit: & ciuitarem quā de ſuo nomine Hieroſolymā nuncupauit. Itaq; ad ipſum quæ a propheta dicta ſunt retulerunt. Salomonē aūt ab ipſo patre ſuo imperii regimē accæpit. Prophetæ uero de eo loquebantur: qui tamen naſceretur poſtq̄ Dauid cū patribus ſuis requieuiſſet. Præterea Salomonis imperium ꝑpetuū non fuit. Annis enim quadraginta regnauit: deinde ꝙ nunq̄ filius dei dictus ſit: ſed filius Dauid: & domus quam ædificauit: non fidem conſecuta eſt: ſicut eccleſia quæ eſt uerum templū dei: quod non in parietibus eſt: ſed in corde hominum ac fide qui credunt in eū ac uocantur fideles. Illud uero Salomonium templum quia manu factum eſt: manu cecidit. Deniq; pater eius in pſalmo centeſimouigſimoſeptimo de operibus filii ſui prophetauit hoc modo. Si domius non ædificauerit domum: ſine cauſa laborant qui ædificant eam. Si dominus non cuſtodierit ciuitatem. ſine cauſa uigilant qui cuſtodiunt eā.

Capi. xiiii. De æterno chriſti ſacerdotio qđ ꝓphetæ ſicut & cætera prædixerunt: ſic exprimentes Ieſum Chriſtum ut oracula nec ad filiū Naue: nec ad filiū Ioſedech ualeant retorqueri. Et de uiis quas docuit Chriſtus qui nunq̄ ſuū honorem quæſiuit: ſed patris.

Vibus ex rebus apparet prophetas omnes denunciaſſe de Chriſto fore aliquando: ut ex genere Dauid corporaliter natus conſtitueret æternum templum deo quod appellatur eccleſia: & uniuerſas gentes ad religonem ueram dei cōuocaret. Hæc domus fidelis hoc immortale templum: in quo ſiquis non ſacrificauerit: immortalitatis præmium non habebit. Cuius templi & magni & æterni quoniam Chriſtus fabricator fuit: idem neceſſe ē habebar in eo ſacerdotium ſempiternum: nec poteſt niſi per eum qui conſtituir templum ad aditum templi: & ad cōſpectum dei perueniri. Dauid in pſalmo centeſimonono id ipſum docet dicens. Ante luciferū genui te Iurauit dominus & nō penitebit eū: tu es ſacerdos i æternum ſecundū ordinem melchiſedech. Item in Baſileon libro primo Et ſuſcitabo mihi ſacerdotē fidelē: q oia quæ ſunt i corde meo faciat

Et ædificabo ei domum fidelem: & tranſibit in conſpetu meo omni
bus diebus. Qui autem futurus eſſet cui deus æternum ſacerdotium
pollicebatur. Zacharias etiam nomine poſito apertiſſime docuit: ſic
enim dixit. Et oſtendit mihi dominus deus Ieſum ſacerdotē magnū
ſtantem ante faciem angeli domini: & diabolus ſtabat ad dexteram
ipſius ut aduerſaretur ei. Et dixit dominus ad diabolum imperet do
minus in te qui elegit hyeruſalem: & ecce titio eiaectus ab igne: &
Ieſus erat indutus ueſtimentis ſordidis: & ſtabat ante faciem angeli:
& reſpondit & dixit ad circūſtantes ante faciem eius. Ferte ueſtimēta
ſordida ab eo & induite eum tunica talari & imponite cydarim mū
dam ſuper caput ipſius. Et cooperuerunt eum ueſtimento: & impo
ſuerunt cydarim mundam ſuper caput ipſius. Et angelus domini
teſtificabatur ad eum dicens: Haec dicit dñus omnipotens: ſi in uiis
meis ambulaueris: & praecaepta mea ſeruaueris: tu iudicabis domū
meam: & dabo tibi qui conuertentur in medio horum circonſtan
tium. Audi itaq; Ieſu ſacerdos magne. Quis non igitur captos men
tibus tum fuiſſe iudaeos arbitretur qui cum haec legerent & audirēt
nefandas manus de ſuo intulerunt? At quin ab eo tempore quo
Zacharias fuit uſq; ad annum quintumdecimum Tiberii caeſaris
quo Chriſtus crucifixus eſt: āni quingenti numerantur: ſiquidem
Darii & Alexādri adoleuit aetate: qui fuerunt non multo poſtquam
Tarquinus ſuperbus exactus eſt. Sed illi rurſus eodem modo falſi
decaeptiſq; ſunt: putantes haec de Ieſu eſſe dicta filio Naue: qui ſuc
ceſſor fuit Moyſi: aut de ſacerdote Ieſu filio Ioſedech: in quos nihil
congruit eorum quae pœta narrauit. Non enim ſordidati illi unq̄ fu
erunt cum alter eorum princeps potentiſſimus fuerit: alter ſacerdos
aut perpeſſi ſunt aliquid aduerſi: ut tanq̄ titio eiaectus ex igne puta
ret᷑: aut aliquando in conſpectu angelorum ſteterunt: aut propheta
de praeteritis loquebat᷑ potius q̄ de futuris. Locutus eſt igit᷑ de Ieſu fi
lio dei: ut oſtenderet eum primo ī humanitate & carne eſſe uentuꝝ.
Haec enim eſt ueſtis ſordida: ut pararet templum deo: & ſicut titio
igni cōbureret᷑: ideſt ab hominibus cruciamēta perfert: & ad ultimū
extingueret᷑. Titionē enim uulgo appellant extractum foco torrem
ſemi uſtum extinctum. Quomodo autem & cum quibus mandatis
a deo mitteretur in terrā: declarauit ſpiritus dei per prophetā docēs
ſutuꝝ: ut cū uolūtate ſūmi patris fideliter & cōſtanter impleſſet: ac
ciperet iudicium atq; imperium ſempiternum. Si in uiis meis inquit
ambulaueris: & prae caepta mea ſeruaueris: tu iudicabis domū meā

Quæ fuerint ueri dei: & quæ præcæpta eius: nec ambiguū nec obſcurum eſt. Deus enim cū uideret maliciam & falſorum deorum cultus p orbem terræ inualuiſſe: ut iam nomē eius ex hominum memoria fuiſſe pene ſublatum. Siquidem iudæi quoq; quibus ſolis arcanum dei creditum fuerat: relicto deo uiuo ad colenda figmēta irrhetiti dæmonum fraudibus aberraſſent: nec increpiti p prophetas reuerti ad deum uellent: filium ſuum principem angelorꝝ legauit ad homines ut eos conuerteret ab impiis & uanis cultibus ad cognoſcendū & colendū uerum deum. Item ut eorum mentes a ſtulticia ad ſapientiam ab iniquitate ad iuſticiæ opera traduceret. Hæ ſunt uiæ dei in quibus ambulare eū præcæpit: hæc præcæpta quæ ſeruanda mandauit: ille uero exhibuit deo fidē. Docuit enim ꝙ unus deus ſit: cūq; ſolū coli oportere: nec ille unq̄ ſe deū eē dixit quia nō ſeruaſſet fidē: ſi miſſus ut deos tolleret & unum aſſeret: & īduceret alios uel aliū præter unū Hoc erat non de uno deo facere præconium nec eius qui miſerat: ſed ſuum proprium negocium gerere: ac ſe ab eo quem illuſtraturus uenerat ſeparare: propterea quia tam fidelis extitit: quia ſibi nihil ꝑſus aſſumpſit: ut mandata mittentis impleret: & ſacerdotis perpetui dignitatem: & regis ſummi honorem: & iudicis poteſtatem: & dei nomen accepit.

Capi. xv. De baptiſmo Chriſti & miraculis quæ geſſit in carne ante paſſionem: quæ non modo a prohetis prænunciata ſunt ſed etiā uaticinio Sibyllarum: ſicut Cicero & Varro teſtantur: ſed oracula ante Chriſti aduentum non potuerunt intelligi.

Voniam de ſecunda natiuitate diximus: qua ſe hominibus in carne monſtrauit. ueniamus ad illa opera miranda: quæ cū eſſint cæleſtis uirtutis indicia: magnum iudæi putauerūt. Cū primum adoleſcere cœpit: tinctus eſt a Ioanne propheta in iordane flumine: ut lauachro ſpūali peccata nō ſua quæ utiq; non habebat: ſed carnis quam gerebat aboleret: ut quemadmodum iudæos ſuſcæpta circuncisione: ſic etiam gentes baptiſmo. ideſt purifici roris perfuſione ſaluaret: tunc uox de cælo audita eſt. Filius meus es tu ego hodie genui te. Quæ uox apud Dauit prædicta inuenitur. Et deſcendet ſuper eū ſpūs dei formatus in ſpē colūbæ candidæ. Ex inde maximas uirtutes cœpit opari: nō preſtigiis magicis quae nihil ueri ac ſolidi oſtētāt ſed ui ac ptāte caeleſti quae & iāpridē prophetis nunciātibꝫ canebāt Quae opera tam multa ſunt ut unus liber ad implendam oīa nō ſit

Enumerabo igitur illa breuiter & generatim ſine ulla perſonarum ac locorum deſignatione: ut ad exponendam paſſionis eius crucisq; rati onem paſſim peruenire: quo iamdudū feſtinat oratio. Virtutes eius fuerunt quas Apollo portētificas appellauit: ꝙ quacūq; iter faciebat ægros ac debiles & omni morborum genere laborantes uno uerbo: unoq; momenro reddebat incolumes a deo ut membris oībus capti recæptis repente uiribus roborati ipſi lectulos ſuos reportarēt: in qui bus fuerant paulo ante delati. Claudis uero ac pedum uicio aflictis: non modo gradiendi ſed etiam curendi dabat facultatem. Tum quo rum cæca lumina in altiſſimis tenebris erant: eorum oculos in præſti num reſtituebat aſpectum. Mutorum quoq; linguas in eloquiū ſer monemq; ſoluebat. Itē ſurdoꝝ patefactis auribus inſinuabat audirū pollutos ac aſperos maculis repugnabat. Et hæc oīa non manibꝫ aut alqua medela: ſed ꝟbo ac iuſſiōe faciebat. ſicut etiā Sibylla prædixe rat. πάντα λοτω πραττων πάσαντε ὐόὀον θεραπεὐων. Ideſt oīa uerbo agens: omnem infirmitatem curans. Nec utiq; mirum ꝙ uer bo faciebat mirabilia: cum ipſe eſſet dei uerbum cæleſti uirtute ſub nixum. Nec ſatis fuit ꝙ uires imbecilibus redderet: ꝙ debilibus inte gritatem: ꝙ ægris & languentibus ſanitatem niſi etiam mortuos ſu ſcitaret: uelut e ſomno ſolutos ad uitamq; reuocaret. Quæ uidentes tunc iudæi dæmoniaca potentia fieri arguebant: cum omnia ſit futu ra ut facta ſunt: arcanæ illoꝝ litteræ cōtinerent. Legebant quippe tū alioꝝ ꝓphetaꝝ: tū Iſaiæ uerba dicentis. Cōfortamini manus reſolu tæ & genua debilia cōſolamini. Qui eſtis puſili animi nolite timere: nolite metuere: dominus noſter iudiciū retribuet: ipſe ueniet & ſal uos faciet nos. Tūc aperientur oculi cæcoꝝ: & aures ſurdoꝝ audient. Tunc ſaliet claudus ſicut ceruus: & plana erit lingua mutoꝝ: quia rupta eſt in deſerto aqua: & riuus in terra ſiteniti. Sed & Sibylla ea dē cecinit his uerſibus. νεκαρῶν δ᾽ἐἄνάσςασισ εςαι. κάι χωλῶν δρομοσ ωκύσ. και κοφοσ ἀκόυσει και τῦφλοί βλέψοῦσι λαλήσο ὑσίν οὐλαλέοντεσ. Ideſt mortuoꝝ aūt ſurrectio erit: & claudorū curſus uelox ſurdus audiet: cæci uidebūt: loquētᷣ nō loquētes. Ob has uirtures & opa diuīa cū magna illū multitodo ſeqret uel debiliū uel ægrotoꝝ: uel eoꝝ q curādos ſuos offerre cupiebāt aſcēdit ī mōtē quē dā deſertū ut ibi adoraret: ubi cū triduo moraretᷣ: ac fame populus la boraret: uocauit diſcipulos quærens quāto ſecum cibos geſtarent. At illi quinq; panes & duos piſces in pera ſe habere dixerunt. Affer ri ea iuſſit ac multitudinem per quinquagenos diſtributā diſcumbere

Sti ãt qui neſciũt quid uel q̃uõ ſit colẽdũ cæci & ĩptudẽtes ĩcõtrariũ cadũt. Adorãt itaq; hoſtes ſuos latrões & ĩterfectores ſuos uictimis placãt: & aĩas ſuas cũ thure ipſo cremãdas aris de teſtabilibus ĩponũt: Iraſcũt᷑ ẽt miſeri ꝙ nõ ſimiles alii pereãt: ĩcr̄dibilĩ mẽtiũ cæcitate. Quid ei uideãt: qui ſelẽ nõ uidẽt? Quaſi uero ſi dii eẽnt ĩdigerẽt hnium auxilio aduerſus cõtẽptores ſuos: quid ergo nobis iraſcũt᷑: ſi illi nihil poſſũt: niſi ꝙ ipſi deos ſuos deſtruũt: de quoꝝ ptãte diffidũt: magis irriligioſi: q̄ qui oĩo nõ colũt? Cicero i ſuis legibus cũ caſte ad ſacrificia precipet accedere: pietatẽ iqnit adhibito: opes amoueto. O qui ſecus faxit: deus ipſe uindex erit. Recte hoc quidẽ. Neq; ei fas eſt deſpare de deo: quẽ iõ colas qui ptãtem puras. Nã q̃uõ uindicare colẽtis iiuriã ſe poteſt: q ſuã nõ põt? Libet igi᷑ ex his querere cui potiſſimũ preſtare ſe putẽt cogẽdo iuitos ad ſacrificiũ. Is ne quoſ gogunt? At nõ eſt beneficiũ quod ĩgeritur recuſãti: ſed cõſulẽdũ eſt ẽt uolẽtibus quando quod bonũ ſit neſciũt. Cur ergo tam crudeliter uexant: debilitant. cruciant: ſi ſæluos eſſe uolunt? Aut unde pietaſ tã impia: ut eos miſeris modis aut perdant aut inutiles faciant: quibus uelint eſſe conſultum? An uero diis preſtant? An non eſt ſacrificium quod exprimatur ab inuito. Niſi enim ſpõte atq; ex animo fiat: exe cratio ẽ cũ hoĩes ꝓſcriptõe iiuriis carcere tormẽtis adacti faciunt. Si

dii ſunt iſti qui ſic colũtur: aut propter hoc ſolum colendi non ſunt
ꝙ ſic coli uolũt digni. ſ. deſtatione homium: quibuſ cũ lachrymiſ cũ
gemitu: cũ ſanguine de membris oĩbus fluẽte libatur. At nos contra
nõ expetimus ut deũ noſtrũ qui eſt oĩum creator uelint nolit colat:
aliquis iuitus: nec ſi nõ coluerit iraſcimur: cõfidimus eni maieſtati e
ius: qui tã cõtẽptum ſui poſſit ulciſci: q̃ ſeruoꝝ ſuoꝝ labores & iniu
rias: & ideo cũ tã nefãda ꝑpetimur: ne uerbo quidẽ reluctamur: ſed
deo remittimus ultiõm: nõ ut hi faciũt: qui defenſores ſe eẽ deorum
ſuoꝝ uideri uolũt. & ſæuiũt efferrate aduerſus nõ colẽtes. Ex quo in
telligi datᷣ quã nõ ſit bonũ deos colere: qm̃ bono potius adducendi
hoĩes ad bonũ fuerãt non malo: ſed qr illud malũ eſt: ẽt officiũ eius
bono caret. At ei puniendi ſũt qui deſtruũt religiones. Nũ peius nos
deſtruimus q̃ natio Aegyptioꝝ qui turpiſſimas beſtiaꝝ ac pecudũ fi
guras colũt Quædã ẽt pudenda dictu taq̃ deos adorabãt: Nũ peius
tã iidẽ ipſi qui cũ deos ſe colere dicant: tamẽ eos publice turpiterq;
deridẽt: de quibus ẽt ꝑ mimos agi cũ riſu & uoluptate ,patiũtᷣ Qua
lis hæc religio aut quanta maieſtas putãda eſt: quæ adoratur i tẽpliſ
illuditᷣ i theatris & qui hæc fecerint nõ pœnas uiolati numinis pẽdũt
ſed honorati ẽt laudatiq; d ſcendũt. Nũ peius nos deſtruimus q̃ q
dam Philoſophi qui oĩo nullos deos eſſe aiunt: ſed oĩa ſponte eſſe na
ta: oĩa fortuitu fieri quæ gerũtᷣ Nũ peius q̃ Epicurei: qui eſſe quidẽ
deos: ſed curare quicq̃ negant: neq; iraſci eos neq; gratia commoueri
Quibus dictis utiq; perſuadent celẽdos oĩo non eſſe: ſi quidem non
colẽtes reſpiciunt: neq; nõ colentibus iraſcuntur. Preterea cũ contra
metus diſſerũt nihil aliud efficere conãtur: q̃ ut nemo deos tieat: &
hæc tam̃ ab hoĩbus & audiũtur libenter & diſſerunt ipune.

## Capitulum. xxii. Quare maligni ſpiritus inſtigent cultores ſu os in perſecutionem fidelium. Et quare uera religio uideatur inanis

On ergo ideo aduerſus nos inſaniunt: qr dii non coluntur a
nobis: a multis eni non coluntur: ſed qr ueritas penes nos eſt:
quæ ut eſt ueriſſime dictũ odium parit. Quid igitᷣ exiſtimabimus:
niſi neſcire illos qui patiuntur Pergitur ergo cæco & irrationabili fu
rore: quem nos uidemus illi neſciunt. Non enim ipſi homines per
ſequuntur: qui cauſam cur iraſcantur innocentibus non habent:
ſed illi ſpiritus contaminati ac perditi: quibus ueritas & nota eſt
& inuiſa: inſinuant ſe mentibus eorum. & inſtigant neſcios

neſcios ĩ furoré. Hi eĩ q̃diu pax eſt in populo dei fugitãt iuſtos & pauent. Et cũ corpora hominũ occupãt: aĩaſq; diu uexant: adiurant̃ ab his: & noĩe ueri dei fugantur: Quo audito tremũt & exclamãt & uiri uerbetariq; ſe teſtant̃. Et interrogati qui ſint: quãdo uenerit quomõ in hominem irripſerint cõfitentur: Sic extorti & excruciati uirtute diuini nominis exulãt propter hec uerba & minas ſanctos & iuſtos uiros ſemper oderũt: & qui per ſe nocere his nihil poſſũt: publicis eos odiis perſequũtur: quos ſibi graues ſentiunt exercentq; ſæuitiã: quã uiolẽtiſſime poſſunt: ut aut eoꝝ fidem minuant p doloré: aut ſi id efficere nõ quierint: auferant oĩo de terra ne ſint qui poſſint eorũ neq; ciam cohercere. Non me fugit quid reſponderi ecõtrario poſſit. Cur ergo deus ille ſingularis: ille magnus: quem rerũ Potẽtem: quem dominum oĩum confiteris hæc fieri patitur: nec cultores ſuos aut uidicat aut tuetur Cur deniq; qui eum nõ collunt opulẽti & potentes & beati ſunt & honoribus regnoq; potiuntur eoſq; ipſos ditioni ſuæ ac poteſtati ſubiectos habent Reddenda & huius rõ eſt rei. ne quid rẽanet erroris. Nam in primis hæc cã eſt cur exiſtimetur religio dei uiui nõ habere ꝙ iudicantur hoĩes ſpe terrenorum ac præſentiũ bonorũ quæ ad curã mentis nullo modo pertinẽt: quibus qr carere iuſtos uident & affluere ĩiuſtos & deũ cultum ĩnanem arbitrant̃: in quo incẽ illa nõ cernũt & deorũ ritus exiſtimãt ueros: quoniam culturos eoꝝ & diuitiis: & honoribus & regnis fruantur. Verũ hi qui ſunt in iſta exiſtimatiõe nõ pſpiciũt alterius uĩ rationéq; hominis quæ tota nõ in corpore ſed in mente eſt. Nihil enĩ uidẽt ãplius q̃ uidetur corpus ſ. q; qr uidetur oculis manuq; tractabile eſt: imbecillũ fragile mortale eſt cuĩ ſunt illa oia bona quæ cupiditati ac miraculo ſunt opes honores imperia. qm̃ corpori afferunt: uoluptas: & ideo tam caduca ſunt: q̃ corpus ipſum. Animus uero in quo ſolo eſt homo: quoniam ſubiectus oculis non eſt: nec bona eius inſpici poſſunt: quæ ĩ ſola uirtute ſunt poſita: & ideo tam ſtabilis & conſtans & perpetuus ſit neceſſe eſt: ſicuti ipſa uirtus in qua eſt animi bonum.

Capitulum. xxiii: Quare deus electos ſuos tradita ĩpiis poteſtate uexari patitur.

Ongum eſt uniuerſas uirtutum ſpecies promere: ut de ſingulis doceam q̃ neceſſe ſit ſapientem ac iuſtum uirum longe ab illis bonis abborere: qui qr frũuntur iniuſti: deorum cultus ueri &

efficaces eē creduntur: quod ad præſentē ꝑtinet qōnem ſatis ē ſi ex
una uirtute id probemus quod intendimus. Nēpe magna & preci
pua uirtus eſt patiētia: quā pariter & uulgi publice uoces: & philo
ſophi & oratores ſūmis laudibus cōcelebrāt. Quod ſi negari nō pōt
qui; ſūma ſit uirtus: neceſſe ē iuſtū & ſapiētē uiꝝ i poteſtate eē hōis
iiuſti ut capiat patiētiā. Patiētia ē ei maloꝝ q̄ aut ferenᷓ aut accidūt
cū æquanimitate ꝑlatio. Ergo iuſtus ac ſapiens quia uirtutē capit: ha
bet in ſe patientiā: qua carebit oīo: ſi nihil patietur aduerſi. Cōtra: q
in rebus proſpeſeris agit ipatiens eſt & uirtute maxima caret ipatien
tē dico quia nihil patiť. Innocentiā quoq; ſeruare nō poteſt: quæ &
ipſa iuſto & ſapienti uiro ꝓpria eſt uirtus: ſed & nocet ſæpe & cūcu
piſcit aliena: & rapit quæ cupierit ꝑ iiuriā: quia uirtutis expers uicio
peccatoq; ſubiectus eſt: & fragilitatis oblitus aīo inſolenter elato tu
met. Inde iniuſti ac deū neſcientes: & diuitiis & potencia & honori
bus florent. Hæc ei cūcta iiuſticiæ præmia ſūt: quia & ꝑpetua eſſe
nō poſſūt. & ꝑ cupiditatē uiolētiāq; quæruntur. Iuſtus uero ac ſapi
ens quia illa omnia humana ſunt ut (eſt Lælio dictum) ſua bona di
iudicat: nec alienum quicq̄ concupiſcit: ne quem contra ius humani
tatis lædat omnino: nec ullam potentiam honoremue deſiderat: ne ei
cui faciat iniuriam. Scit enim cūctos ab eodem deo & ab eodem cō
ditore generatos iure fraternitatis eſſe coniunctos: ſed & ſuo conten
tus & paruo quia fragilitatis ſuæ memor non amplius quærit: quā
unde uitam ſuſtentet: & ex eo ipſo quod habuerit: impartitur etiam
non habenti quia pius eſt: pietas etiam ſumma uirtus eſt: & accidit
ex eo uoluptates caducas uicioſaſq; contemnit: quarū cauſa opes ap
petuntur: quoniam continens eſt ac libidinum uictor: & nihil tumo
ris atq; inſolētiæ gerens: non extollit ſe altius: nec erigit iſuꝑerbū ca
put: ſed placidus & concors & planus & comunis eſt. quia conditio
nem ſuam nouit. Cū ergo iniuriam nulli faciat: nec aliena rapiat: nec
ſua quoq; ſi auferanᷓ defendat cū ſciat etiam illatam iniuriā mode
rate ferre: quia uirtute præditus eſt: neceſſe eſt iuſtum hoīem ſubie
ctum eſſe iniuſto: & cōtumeliis ab inſipienti effici ſapientem: ut &
ille peccet quia iniuſtus eſt: & hic in ſe uirtutem habeat quia iuſtus
eſt. Si quis āt uolet ſcire plenius cur malos & iniuſtos deus potentes
beatos & diuites fieri ſinat: pios cōtra humiles miſeros inopes eē pa
tiatur: ſumat eum Senecæ librum cui titulus eſt. Quare bonis uiris
multa mala accidant: cum ſit ꝓuidentia? In quo ille multa non pla
ne imperitia ſæculari: ſed ſapienter ac pene diuinitus elocutus eſt

deus inquit hoíes pro liberis hẽt: ſed corruptos & uicioſos & luxurio
ſe & delicate patit̃ uiuere: quia nõ putat emendatiõe ſua dignos. Bo
nos ãt quos diligit caſtigat ſepius & aſſiduis laboribus ad uſũ uirtu
tis exercet: nec eos caducis ac mortalibus bonis corrũpi ac deprauą
ri ſinit: Vnde nemini debet mirum uideri ſi pro noſtris ſepæ delictis
caſtigamur a deo: imo uero cũ uexamur ac premimur: tũ maxie gra
tias agimus indulgentiſſimo patri: q corruptelã noſtrã non patitur
longius ꝓcedere: ſed plagis ac uerbetibus emendat: Ex quo intelligi
mus nos eſſe deo curæ: qm̃ cũ pecamus iraſcitur. Nam cũ poſſet. po
pulo ſuo & opes & regna largiri ſicut dederat ante iudeis: quorum
nos ſucceſſores ac poſteri ſumus: iccirco etiam uoluit ſub aliena di
tione atq; iperio degere: ne rerũ ꝓſperaꝝ fœlicitate corruptus i luxu
riam laberetur. ac dei præcepta cõtẽneret: ſicut illi maiores noſtri qui
ſæpe terrænis ac fragilibus his bonis eneruati aberrauerũt a diſcipli
na legis uinculaq; ruperũt: ꝓuidit ergo quatenus cultoribus ſuis pre
ſtaret quietẽ ſi mandara ſeruaſſent: & ramẽ eos emandarent: ſi pre
ceptis nõ obtẽperaſſent. Itaq; ne tã corruperent otio q̃ patres eorum
licẽtia præmi eos ab his uoluit in quoꝝ manibus eos collocauit: ut &
labẽtes cõfirmet & corruptos ad fortitudinẽ repararet & fidos expia
tur ac rentet. Quomodo enim põt iperator militum ſuoꝝ probare
uirtutẽ niſi habuerit hoſtem? Et illi tamẽ aduerſarius ſurgit inuito:
quia mortalis eſt & uinci põt: deo autem quia repugnari nõ poteſt:
ipſe aduerſarios nomini ſuo excitat: non qui contra ipſum deum pu
gnent. ſed contra militis eius: ut deuotionem ac fidem ſuorum uel
ꝓber uel corroboret donec præſſuræ uerberibus defluentem corrigat
diſciplinam: Eſt & alia cauſa cur aduerſus nos perſecutiones fieri ſi
nat: ut dei populus augearur. Nec ẽ difficile monſtrare cur aut quo
modo illud fiat. Primum fugantur a deorum cultoribus plurimi o
dio crudelitatis: cui etiam talia ſacrificia non horreant deinde placet
quibuſdam uirtus ac fides ipſa: nõnulli ſuſpicantur deorum cultũ
nõ ſine cauſa malum putari tam multis hominibus: ut emori mali:
q̃ id facere qđ alii faciunt ut uiuant. Aliqui cupiunt ſcire quidnã ſi
illud bonum quod ad mortem uſq; defeuditur: quod omnibus quit
in hac uita iucũda & cara ſunt præfertur a quo nec bonoꝝ nec luciæ
amiſſio nec dolor corpis nec uiſcerũ cruciamẽta deterrent: ualẽt hec
plurimũ: ſed ille maxime cauſæ noſtrorum numerũ ſemp auxerũt.
Audit circũſtans populus inter ipſa tormẽta dicentes non ſacrifica
re ſe lapidibus humana manu factis: ſed deo uiuo qui ſit in cælo.

Multi hoc uerꝝ eſſe intelligũt:& in pectus admittũt. Deinde ut fieri ſolet in rebus incertis:dũ inter ſe iuicẽ querũt queſit huiꝯ pſeuerantie cã multa que ad religionẽ pertinẽt diuulgata:ac p rumorẽ uiciſſi aucupata diſcũtur:que quia bona ſũt placeant neceſſe eſt:Pretereaĩ ultio ſecuta ſicut ſemp accidit.ad credendũ uehementer ĩpellit. Ne hec quidẽ leuis cã ẽ:ꝙ ĩmũdi demonũ ſpiritus accepta licetia multorũ ſe tenporibus ĩmergunt quibus poſtea reiectis:oẽs qui reſanati fuerint adhereãt religioni cuius potentiã ſenſerunt. Hec tot cẽ ĩ unũ collate magnã deo multitudinẽ mirabiliter acquirũt.

Cap. xxiiii. Quod bonorũ tortores torquebuntur:& malas beſtias de terra aufert deus.

Vicquid ergo aduerſũ nos mali principes moliũtur fieri ipſe pmitit:& tam̃ iiuſtiſſi pſecutores quibus dei nom̃ contumelie ac ludibrio fuit:nõ ſe putẽt ĩpune laturos:quia indignationis aduerſus nos eius quaſi miniſtri fuerũt. Punientur ei iudicio dei:qui accepta ptãte ſupra humanũ modũ fuerint abuſo:& inſultauerit ẽt deo ſupbius: eiuſqꝫ nomẽ eternũ ueſtigiis ſuis ſubiecerit ĩpie nefarieqꝫ calcãdũ. Propterea uindicaturꝝ ſe eos ſeleriter polliciter:& extermiaturũ beſtias malas de terra. Sed idẽ quãuis populi ſui uexationes & hic in preſenti ſoleat uindicare:tam̃ iubet nos expectare patienter illum cæleſtis iudicii diẽ:quo ipſe per ſuis quẽqꝫ meritis aut honoret aut puniet. Quapp nõ ſperent ſacrilege aĩe cõtẽptos & multos fore quos ſic opterunt. Veniet rabioſis ac uoracibus lupis merces ſua: q iuſtus & ſimplices aĩas nullis facinoribus admiſſis excruciauerunt. Nos tm̃modo laboremus ut ab hoĩbus nihil aliud ĩnobis niſi ſola iuſticia puniat̃:Demus opam totis uiribus ut mereamur a deo ſimul & ultionem paſſionis & premium.

L. Cœlii Lactãtii Firmiani diuinarꝝ inſtitutionũ aduerſus gentes Liber ſextus:de uero cultu ad Conſtantinũ ĩperatorem:

Quod ĩnocentia ueriſſimus dei cultus eſt:quã carnalis homo corpori deditus neſcit: Cap:i.

Vod erat offm̃ ſuſcæpti muneris diuino ſpiritu iſtruente:ac ſuffragante ipſa ueritate cõpleuimus. Cuius aſſerendæ atqꝫ illuſtrãdæ cã mihi & ſcientiã & fidẽ ipſe dominus noſter ĩpoſuit:ſine quo nec ſciri quicq̃ poteſt nec explicari. Venio nũc ad ipſum quod ẽ ſũmum operis huius & maximũ:ut doceam quo ritu quoue ſacrificio

deum coli oporteat. Id ei ē hoīs offm̄: in eoq; ſolo ſūma reꝝ & oīs beatæ uitæ rō conſiſtit: quādoquidē ꝓpterea facti & inſpirati ab eo ſūmus: non ut cælū uideremus & ſolē quod Anaxagoras putauit: ut artificē ſolis & cæli deum pura & integra mēte coleremus: q̄uis āt precedentibus libris pro ingenii mediocritate defenderī: ueritatē tam̄ ex ritu quoq; ipſo elucere uel maxime pōt: Nihil ei ſancta & ſingularis illa maieſtas aliud ab hoīe deſiderat: q̄ ſola īnocentiam: quā ſi quis optulerit deo pie-ſatis religioſeq; litauit: Hoīes āt neglecta iuſticia cū ſint oībus flagitiis ac ſceleribus inquinati: religioſos ſe putāt ſi tēpla ac aras hoſtiaꝝ ſanguine cruentauerint: ſi focos adorauerint: ac ueteris uini perfuſione madefecerīt. Quinēt ſacris dapes apparant & exquiſitas epulas: quaſi aliquid inde libaturi offerūt. Quicquid aſpectu eaꝝ: qcqd ope: aut odore pcioſū ē: & hec gratia diis ſuis ñ ex aliq̄ diuinitatis rōe quā neſciūt ſed ex ſuis cupiditatib; iudicāt nec ītelligūt terrēis opib; deū ñ idigete Nihil eī ſapiūt niſi terrā: bōaq; & mala ſolius corpīs ſēſu & uoluptate ꝑpēdūt: Huius arbitrio ut religionē pōderant: ſic totius uitæ ſuæ acta diſponunt. Et qm̄ ſe ſemel a cæli contēplatiōe auertunt: ſenſūq; illum cæleſtem corpori mancipauerunt. Libidinibus fræna permittūt tāq̄ ſecum ablaturi uoluptatē: quā momentis oībus capere feſtināt: cū aīmus miniſterio corpis nō corpus miniſterio aī uti debeat. Idem maximū bonum iudicant opes. quas ſi bonis artibus aſſequi nō poſſunt: malis aſſequūtur: fraudant: rapiunt: ſpoliant: inſidiant: abiurant. Nihil deniq; moderati aut pēſi habent: dūmodo auro corruſcent: argento: gēmis: ueſtibus fulgeant: auidiſſimo uentri opes ingerant: ſtipati familiarū gregibus per domitum populū ſemp incedāt: ſic adicti & ſeruientes uoluptatibus uim uigorēq; extingunt: & cum uiuere ſe maxime putant: ad mortē concitatiſſime properant. Nā (ſicut in ſecūdo libro docuimus) cæli ratio in animo: terræ autem in corpore eſt: quia bona negligunt animi: corporis appetunt. in tenebris ac morte uerſantur: quæ ſunt terræ atq; corporis quia uita & lumen de cælo eſt: cuius quoniam expertes ſūt corpori ſeruiendo longe abſunt ab intellectu rerum diuinarum. Eadem miſeros ubiq; cecitas premit: ſicut qui ſit uerus deus: ita qui ſit uerus cultor ignorant.

Cap: ii. Quod deus nec eſurit nec ſitit nec in tenebris eſt: ut ei oporteat hoſtias immolari: aut una offerri uel lumina. Et quare hec offerantur diis gentium quæ fidem rectā & ueram innocentiā offerre

neſciunt: in quibus cõſiſtit dei cultus. Et ꝙ ĩtra õnia que ad cultum dei pertinent preſtantiſſimũ eſt: hoĩes ad ueritatem & iuſticiã erudire. Et quare nolit ab elementis incipere.

Actant igitur opimas ac pingues hoſtias deo quaſi eſurienti: profundũt uina tãq̃ ſitienti: accẽdũt lumina uelut in tenebris agenti. Quod ſi ſuſpicari aut percipere animo poſſent quæ ſint bona illa cæleſtia: quorum magitudinem terreno adhuc corpore obuoluti ſenſu capere non poſſumus: iam ſe cum his offitiis inanibus ſtultiſſimos eſſe cognoſcant: uel ſi cæleſte lumen qđ dicimus ſolem contẽplari uelint: iam ſentiant q̃ non indigeat lucernis eorum deus: qui ipſe in uſum hominis tam claram: tam candidam lucem dedit. Et tamẽ cum in tam paruo circulo: qui proprer longinquitatem non amplius q̃ humani capitis uidetur habere menſuram: tãrum ſi fulgoris ut eũ mortalium luminum acies non queat contueri: Et ſi pauliſper intenderis hebetatos oculos caligo ac tenebre conſequãtur. Quid tandem luminis quid clariratis apud ipſum deum penes quem nulla nos ẽ eſſe arbitremur: qui hãc ipſam lucem ſic moderatus ẽ ut neq; nimio fulgore: neq; calore uehementi noceret aimannbus: tantũq; iſtarum rerum dedit ei quantum mortalia corpora pati poſſunt: aut frugum maturitas poſtularet. Num igitur mentis ſuæ corpus putandus eſt: q auctori & datori lũinis cãdelaꝝ ac ceraꝝ lumẽ offerr ꝓ mũere. Aliud uero ille a nobis exigit lumen: & quidem non fumidum: ſed (ut ait poeta) liquidum atq; clarum menris. ſ. pp quod a poetis fõtes nũcupantur: quod exhiberi non poreſt: niſi qui deum agnouerit: Illoꝝ autem dii quia terreni ſunt egent luminibus ne in tenebris ſint. quorum cultores quia cæleſte nihil ſapiunt: etiam religiones quibus deleuiũt ad terram reuocant. In ea lumine opus eſt: quia ratio eius & natura tenebroſa eſt. Itaq; dus non cæleſtem ſenſum ſed humanum potius atribuunt. Ideoq; illis neceſſaria & grata credunt eſſe: quẽ nobis quibus aut eſurientibus opus eſt cibo: aut ſicientibus potu: aut ueſte algẽtibus: aut cũ ſol deceſſerit lũine ut uidere poſſumus. Nullis igitur ex rebus tam probari & intelligi poteſt deos ipſos cum aliquando uixerint mortuos eſſe q̃ ex ipſo riru qui ẽ totus terra. Quid enim cæleſtis in ſe boni poteſt habere pecudum ſãguis effuſus: quo aras inquinant: niſi forte deos exiſtimant eo ueſci quod homines aſpernantur attingere. Et quiſquis illis hanc ſanguinẽ preſtiterit: q̃uis

ille graſſator adulter ueneficus paricida ſit: beatus ac fœlix erit. Hūc diligunt hunc tuentur: huic oīa quæ optauerit preſtant. Merito ergo Perſius huiuſcemodi ſuperſtitiones ſuo more deridet. Qua tu inqt mercede deorum emeris auriculis pulmone & lactibus unctis? Sentiebat uidelicet non carne opus eſſe ad placandam celæſtem maieſtatem: ſed mente ſancta & iuſto aīo & pectore (ut ipſe ait) quod naturali ſit honeſtate generoſum. Hec eſt religio cæleſtis non quæ conſtat ex rebus corruptis: ſed quæ uirtutibus animi: qui oritur e cælo. Hic uerus cultus eſt: in quo mēs colentis ſeipſam deo īmaculatam uictimā ſiſtit. Id autē ipſum quomodo cōſequendum quō præſtandum ſit docebit huius libri diſputatio. Nihil enim tam præclarum hominiq; cōueniens poteſt eſſe: q̄ erudire homīes ad iuſticiā. Apud Ciceronem Catulus in hortenſio philoſophiam oībus præferēs malle ſe dicit uel unum paruū de officio libellum: q̄ longā orationem ꝓ ſedicioſo homine Cornelio. Que ſententia non utiq; Catuli qui fortaſſe illud non dixit: ſed Ciceronis eſt putanda: qui ſcripſit (credo) ut libellos quos de officiis erat ſcripturus cōmendaret: in quibus ipſe nihil eſſe reſtatur in omni philoſophia melius & fructuoſius: q̄ præcepta uitæ dare. Quod ſi hoc illi faciunt quibus non ē ueritas cognita quantomagis nos facere debemus: quia deo eruditi & illuminati poſſumus uera præcipere nec tamē ſic docebimus: ut quaſi pria uirtutis elementa tradamus quod ē infinitū: ſed tāq̄ docendum ſuſcæperimus eum qui apud illos iam perfectus uideatur. Manentibus ei præceptis eorum quæ ſolent ad probitatem recte dare ignota illis ſuꝑſtruemus ad perficiendam conſummandamq; iuſticiam quam nō tenent. Ea uero quæ poſſunt cum illis eſſe cōmunia prætermitam: ne quid ab his uideat mutuari quorum errores coarguere atq; aperire decreuerim

Capitulum .iii. De duabus uiis quarum altera uirtutum altera uiciorum eſt quæ in littera pythagorica figurantur: & fidelius tractant᷑ chriſtianis q̄ a philoſophis. Et de duobus ducibus uiaꝝ.

Væ ſūt uiæ per quas humanam uitā progredi neceſſe eſt ſcilicet una quæ in cælum ferat altera quæ ad inferos deprimat: quas & poetæ in carminibus: & philoſophi in diſputationibus ſuis induxerunt. Et quidem philoſophi alteram uirtutem eſſe uoluerunt alteram uicioꝝ: eamq; qua ſit aſſignata uirtutibus primo aditu eſſe

arduam & confragoſam: in quā ſi quis difficultate ſuperata in ſum
mū eius euaſerit habere eum decætero planum iter: amœnumq; cā
pum: & omnes labores capere fructus uberes atq; iucundos. Quos
autem primi aditus difficultas deterruerit: eos in eam uiciorum uiā
abi atq; deflectere. quæ primo in greſſu ſit quaſi amœna multoq; tri
ſtior. deinde cum in eam paulo ulterius proceſſerit amœnitatis eius
ſpem repente ſubduci: exoriri autem uiam præcipitem. Nunc ſaxis
aſperam: nunc obductum ſentibus nunc gurgitibus interciſam uel
torrentibus rapidam: ut laborare herere labi cadere ſit neceſſe. Que
omnia eo proferuntur: ut appareat in uirtutibus capiēdis labores eē
maximos in præceptis autem maximos fructus & ſolidas atq; incor
ruptas uoluptates. Vicia uero quibuſdam deliniamentis naturalib;
illicere animos hominum: & inanium iucunditatum ſpecie captos:
ad acerbas amaritudines miſeriaſq; perducere. Sapiens prorſus di
ſputatio: ſi uirtutum ipſarum formas atq; terminos ſcirent: non enī
didicerant uel quæ ſint: uel quid eas mercedis adeo maneat: qđ nos
his duobus libris docebimus. Hi uero quia ignorabant: aut dubita
bant animas hominum immortales eſſe: & uirtutes & uicia terrenis
honoribus aut pœnis eſtimauerūt. Omnis ergo hæc de duabus uiis
diſputatio ad frugalitatem ac luxuriam ſpectat. Dicunt enim huma
næ uitæ curſum: Y: litteræ eſſe ſimilem. ꝙ unuſquiſq; homīum cum
ꝑtimum adoleſcentiæ limen attigerit: & in eum locum uenerit: ubi ſe
uia findit in ambas. Hæreat nutabundus: ac neſciat in quam ſe ꝑ
tem potius inclinet: Si ducem nactus fuerit: qui a dirrigat ad melio
ra titubantem: hoc eſt ſi aut phīam didicerit: aut eloquentiam: aut
aliquid honeſte artis. quo euadat ad bonam frugem: quod fieri ſine
labore maximo non poteſt. Honeſtam ac copioſam uitam diſputāt
peracturum: Si uero doctorem frugulitas non inuenerit. ad ſiniſtrā
uiam quæ melioris ſpeciem mentiatur incedere: ideſt deſidiæ luxu
riæ inertiæq; ſe tradere. quæ ſuauia quidem uidentur ad tempus ue
ra bona ignoranti. Poſt autem amiſſo omni dignitate ac re familiari
in omnibus miſeriis ignominiaq; uicturū. Ad corpus ergo & ad hāc
uitam quam in terra ducimus: fines earum uiarum retulerunt poe
tæ fortaſſe melius: qui binum hoc apud inferos eſſe uoluerunt: ſed ī
eo falluntur quia eas uias mortuis ꝓpoſuerunt. Vtriq; ergo uere: ſed
tamē utriq; nō recte: quia oportuit uias ipſas ad uitam: fines earum
ad mortem referri. Nos igitᷣ melius & uerius: quia duas iſtas uias ce
li & inferiorum eſſe dicimus: quia iuſtis in mortalitas: iniuſtis pœna

eterna ꝓpoſita eſt. Quomõ ãt uie iſte uel in celum tollant uel ad inferna precipitẽt explicabo: & a pena quę ſint uirtutes: quas philoſophi neſcierũt. tũ ẽt que ſit earũ premia ſimul ẽt que ſint uicia queue eoꝝ ſupplicia monſtrabo. Nã fortaſſe aliquis expectet ut ſeparatĩ de uiciis ac uirtutibus dicã cũ de bono ac malo diſſerentibus nobis e quod eſt cõtrariũ poſſit intelli. Siue eni uirtutes inferas uicia ſi te decent: ſiue uicia eximas uirtutes ultro ſubebũt ſic bonorũ ac malorũ conſtituta natura ẽ ut ſe inuicẽ ſẽper oppugnẽt: ſẽper expellãt ita fit ut neq; uicia retrahi ſine uirtutibus poſſint: nec uirtutes iſeri ſine detractatione uicioꝝ. His igit̃ uias longe aliter iducimus: q̃ a philoſophis induci ſolẽt. Primũ ꝙ utiq; propoſitũ eſſe dicimus ducẽ utrũq; ĩmortalem: ſed alterum honoratũ qui uirtutibus ac bonis ſit prædictus. Alterum dãnatum qui uiciis ac malis: illi ãt in deteriorem tãtum uiã ducẽ ponũt neq; unũ neq; ꝑpetuũ. Si quidem quẽlibet doctorem bone artis inducunt: quia deſidia reuocet homines & frugi eſſe doceat: ſed neq; ingredi faciunt in eam uiam: niſi pueros & adoleſcentes: uidelicet ꝙ artes diſcantur in his ætatibus: Nos autem õniſ ſexus & generis & ætatis in hoc cæleſte iter inducimus: quia deus q eius uiæ dux eſt: ĩmortalitatem nulli homini nato negat. Forma quoq; uiarum ipſarum non ita eſt ut illi putauerunt: Quid enim opus eſt. Y. littera in rebus contrariis atq; diuerſis? Sed altera illa melior conuerſa eſt ad ſolis ortum: altera illa deterior ad occaſum: qm̃ qui ueritatem ac iuſticiam ſequitur: is accæpto immortalitatis præmio perẽni luce potietur: qui autem ab illo malo duce illectus prætulerit uicia uirtutibus: mendatium ueritati neceſſe eſt ad occaſum & tenebras deferatur. Deſcribam igitur utranq;: & earum proprietates habituſq; monſtrabo.

Cap. iiii. De uia uirtutis quæ in elyſios cãpos deducere dicitur & uicioꝝ quæ ad impia tartara ducit: & ducibus utriuſq;.

Na eſt igitur uirtutis ac bonoꝝ uia: quæ fert nos in elyſeos cãpos ut poetæ loquũtũr ſed ad ipſam mũdi arcem hac leua maloꝝ exercet pœnas: & ad ipia tartara mittit. Eſt ei criminatoris illius qui prauis religionibus inſtitutis auertit homines ab itinere cæleſti. & in uiã perditionis inducit: cuius uiæ ſpecies & figura ſic eſt cõpoſita ĩ aſpectu: ut plana & patẽs oĩ genere florũ atq; fructuũ delectabilis eſſe uideatur. In ea enim poſuit deus oĩ quæ pro bonis habentur

interram: opulentiã dico: honorem. quietẽ: uoluptatẽ. illecebras oẽs ſed cũ his pariter iniuſticiã: crudelitatẽ: ſuperbiã: perfidiã: libidinẽ: cupiditatẽ: diſcordiã: ignorantiã mendaciũ: ſtultitiã: cæteraq; uicia. Exitus ãt huius uiæ talis eſt: Cũ uentum fuerit ad extremũ unde iã regredi nõ licet cũ oi ſua. pulchritudine tã ſubito præciditur. ut non ante quis frandẽ proſpicere poſſit: q̃ præcipitatus in altitudinem ꝓfundam cadat. Quiſquis ei preſentiũ bonoꝝ ſpecie captus: & ĩ his cõſequendis ac fruẽdis occupatus nõ preuiderit: ea que poſt mortẽ ſecutã ſũt; ſeq; a deo auerterit: is uero ad ĩferos deiectus eternã dãnabit̃ pœnam. Via ergo illa celeſtis difficilis & cliuoſa ꝓpoſita ẽ: uel ſpinis horrẽtibus aſpera: uel ſaxis extãtibus ĩpedita ut cũ ſũmo labore ac pediũ ritu cũq; magna cadendi ſolicitudine ſit cuiq; gradiendum in hac poſuit iuſticiã: tẽperantiã: patientiã fidẽ: caſtitatẽ: abſtinẽtiã: cõcordiã: ſcientiã. ueritatem: ſapientiam: ceteraſq; uirtutes: ſed ſimul cũ his paupertatẽ: ignominiã: laborem: dolorẽ: amaritudines omẽs: Quiſquis eĩ ſpem ſuam porrexerit longius & meliora maluerit: carebit his terre bonis: ut expeditus ac leuis difficultatẽ uie ſupet. Nec enĩ poteſt qui ſe apparatu regio circũdederit aut diuitiis onerauerit: anguſtias illas uel ingredi uel tenere. Vnde intelligitur iccirco malis & iniuſtis facilius prouenire que cupiant quia prona & decliuis eſt eorum uia: bonis autem que optent difficile procedere: quia difficili & arduo itinere gradiuntur. Iuſtus ergo quoniam durum aſperumq; iter ingreſſuſ eſt contemptui: deriſui odio ſit neceſſe eſt. Omnes enim quos cupiditas aut uoluptas precipites trahit inuident ei qui uirtutem capere potuit: & iniqne ferunt id habere aliquem quod ipſi non habent. Erit itaq; pauper humilis ignobilis: ſubiectus iniurie: & tamen omnia que amara ſunt perferens. Et ſi patientiam iugem ad ſummum illum gradum finemq; perduxerit dabitur ei corona uirtutis: & a deo pro laboribus quos in uita propter iuſticiam pertulit: immortalitate donabitur. He ſunt uie quas deus humane uite aſſignauit: in quibus ſingulis & bona oſtendit & mala: ſed ordine prepoſtero atq; conuerſo. In una enim monſtrauit temporalia prius mala cum eternis bonis qui eſt ordo melior: in altera temporalia prius bona cum eternis malis qui eſt ordo deterior ut quicunq; preſentiam mala cum iuſticia delegerit: maiora & certiora bona cõſequatur q̃ fuerunt illa que ſpreuit. Quiſquis ãt preſentia bona prepoſuerit iuſticie in maiora & longiora incidet mala: q̃ fuerunt illa que fugit. Hec enim

uita tēporalis eſt quia breuis eſt: & icc irco & bona eius & mala bre uia ſint neceſſe eſt. Illa uero ſpūalis quæ huic terrenæ cōtraria ē quia ſēpiterna ē iccirco & bona eius & mala ſēpiterna ſūt. Ita fit ut & bo nis breuibus mala eterna: & malis breuibus bōa æterna ſuccedāt. Ita q; cū ſimul prepoſita ſit hōi bona & mala cōſiderare unūquēq; ſecū decet quāto ſatius ſit ꝑ ꝑpetuis bonis mala breuia pēſare q̄ pro breui bus & caducis bonis mala ꝑpetua ſuſtinere. Nā ſicut ī hoc ſæculo cū eſt ꝓpoſitū cū hoſte certam̄ prius laborādū ē ut ſis poſtmodū ī ocio eſuriendū ſitiendū Aeſtus frigora ꝑferenda hūi qeſcēdū uigilādū: ꝑ iclitandū eſt ut ſaluis pignoribus: & domo & re familiari: & oīb; pa cis ac uictoriæ bonis perfrui poſſis. Sinā t preſens ociū malueris q̄ la borē. malū tibi maximū facias neceſſe eſt. Præoccupabit eī aduerſari us nō reſiſtentē uaſtabunť agri deripieť domus: īn predam uxor ac li beri uenient: ipſe interficere ac capere. Que oīa ne accedant preſens cōmodum deferendū ē: ut maius lōgiuſq; pariať. Sic in oī hac uita quia nobis aduerſariū deus reſeruauit: ut poſſemus capere uirtutem omittēda eſt preſens uoluptas ne hoſtis opprimat: uigilandū ſtatio nes agendæ militares expeditiōes obeundæ: fūdēdus ad ultimū cru or: Oīa deniq; amara & grauia patienter ferenda: eo quidē promp tius quo nobis imperator noſter deus præmia pro laboribus æterna conſtituit. Et cum in hac terrena militia tantum homines laboris ex hauriant: ut ea ſibi pariant: quæ poſſunt eodem modo perire quo ꝑ ta ſunt certe nobis nullus labor eſt recuſandus: quo id acquiritur quod nullo modo poſſit amitti. Voluit enim deus qui homnines ad hanc maliciam genuit. expeditos in acie ſtare: & intentis a criter animis ad unius uel inuiſibilibis hoſtis inſidias: uel aper tos impetus uigilare. qui nos (ſicut periti & exercitati duces ſolēt) uariis artibus captat: pro cuiuſq; natura & moribus ſeuiens: Aliis enim cupiditatem inſaciabilem immittit: ut opibus ſuis tāq̄ compe dibus illigatos: a uia ueritatis excutiat. Alios inflammat ire ſtimu lis: ut ad nocendum potius intentos: a dei contemplatiōe detorque at. Alios immoderatis libidinibus immergit: ut uoluptati & corpo ri ſeruientes: ad uirtutem reſpicere non poſſint. Aliis uero inſpirat ī uidiam: ut ſuis ipſis tormentis occupati: nihil aliud cogitent: niſi eo rum quo oderint fœlicitatem. Alios inflammat ambitiōibus. Hi ſūt qui ad gerendos magiſtratus oēnem uite ſue operam curāq; cōuertunt ut faſtos ſignent: & ānis nomen imponāt. Quorūdā cupiditas tēdit altius nō ut ꝓuintias tꝑali gladio regāt: ſed ut īfīta & ꝑpetua ꝑtāte

dõinos ſe dicit uelint uniuerſi generis humani. Quos ãt pios uiderit inanibus implicat religionibus: ut ĩpios faciat. His uero qui ſapientiam quærunt: philoſophiam in oculos impingit ſpecie lucis exercet: ne quis cõprehẽdat aut teneat ueritatem. Sic hoĩb; obſtruxit aditus oẽs & obſepſit oẽs uias publicis latas erroribus: Quos ut diſcutere poſſemus: ipſũq; auctorẽ maloꝝ uincere illuminauit nos deus: & armauit uera cæleſtiq; uirtute: de qua mihi nunc diſſerendum eſt.

Cap: v. De falſa diffinitione philoſophiæ: quã auctore Lucilio poſuerũt philoſophi: & uera differentia ſcientiæ & uirtutis.

Ed priuſq̃ ſingulas uirtutes exponere incipiã: determinanda eſt ipſa uirtus quã philoſophi nõ recte diffinierunt quid eſſet aut in ceteris quibus rebus quid operis quid habeat officii. Nomen itaq; ſolũ retinuerũt: uĩ uero & effectum & rõem perdiderunt: Quicũq; ãt in diffinitione uirtutis ſolent dicere: paucis uerſibus colligit & enarrat Lucilius: quos malo equidem ponere dum mltorum ſententias refello ſim longior q̃ neceſſe eſt: Virtus albine eſt ipretium perſoluere ueꝝ. Quis inuerſamur: quis uiuimus rebus adeſſe. Virtus eſt homini ſcire id quod queq; habet res: Virtus ſcire hõini rectum: utile: quid ſit honeſtũ. Quæ bona quæ mala. Item quid inutile: turpe: inhoneſtum. Virtus querende rei finẽ ſcire modũq;. Virtus diuitiis præmiũ perſoluere poſſe. Virtus id dare: quod re ipſa debetur honori: Hoſtem eſſe atq; inicum hoĩum morũq; bonoꝝ. Contra defenſorem hoĩum morũq; bonorum. Hos magnificare: his bene uelle: his uiuere amicum: Cõmoda præterea patriæ ſibi pria putare: Deinde parentum tertia iam poſtremaq; noſtra. Ab his diffinitionibus quas poeta breuiter cõprehendit Marcus Tulius traxit officia uiuendi. Panetium ſtoicum ſecutus: eaq; tribus uoluminibus incluſit. Hæc autem q̃ falſa ſint mox uidebimus: ut appareat quãtũ ĩ nos dignatio diuina cõtulerit: quæ nobis aperuit ueritatem: Virtutẽ eſſe dixit: ſcire quid ſit bonũ & malum: quid turpe: quid honeſtũ: quid utile: quid minus breuiuſq; facere potuit: ſi tantum bonum ac malum diceret quia nihil poteſt eſſe utile uel honeſtum: quod nõ idem bonum ſit. Nihil inutile ac turpe: quod non idẽ malũ ſit. Quod & philoſophis uidet: & idẽ Cicero ĩ tertio ſupradicti operis libro oſtendit. Verum ſcientia nõ poteſt eſſe uirtus quia nõ eſt ĩtus ĩ nobis: ſed ad eos extrinſecus uenit: Quod ãt trãſire ab altero ad alteꝝ põt uirtus nõ ẽ q̃a uirtus ſua cuiq; ẽ. Sciẽtia igitur alieni beneficii eſt quia

poſita eſt in audiendo. Virtus tota noſtra eſt: quia poſita ē in uolū tate faciendi bonū. Sicut ergo in itinere celebrādo nihil prodeſt. uiā noſſe: niſi conatus ac uires ſuppectant ambulandi: ita uero ſciētia nihil prodeſt: ſi uirtus ꝓpria deficiat. Nā ferre ēt hi qui peccāt: & ſi nō perfecte tam̄ quid ſit bonū & malū ſentiunt. Et quotiens aliquid ī probe faciunt: peccare ſe ſciūt. & iō celare n tunt̄ ſed cū eos boni & mali natura non fallat: cupiditate mala uincunt: ut peccēt: quia deeſt illis uirtus: ideſt cupiditas recta & honeſtas faciendi. Ex hoc igit̄ apparet aliud eſſe ſciētiā boni maliq; aliud uirtutē. quia pōt eſſe ſciētia ſine uirtute: ſicut in plurimis philoſophoꝝ fuit. In quo qm̄ recte ad culpam pertinet non feciſſe que ſcieris: recte uolūtas praua & uicioſus animus quem excuſare ignoratio non poteſt punietur. Ergo ſicut uirtus non eſt bonum ac malū ſcire ita uirtus eſt bonum facere malum non facere. Et tam̄ ſcientia ſic cū uirtute coniūcta eſt: ut ſciētia precedat uirtutem: uirtus ſubſequatur ſcientiam: quia nihil ꝓdē cognitio: niſi & actio ſubſequatur. Horatius ergo paulo melius diffiniuit. Virtus eſt uicium fugere & ſapientia prima: ſed inepte: quia eam contrario terminauit: ut ſi diceret bonum eſt quod malū non ē Cur ei quid ſit uirtus neſcio: ne uicium quidem ſit ſcio. Vtrūq; igit̄ indiget diffinitione: quia natura rei talis eſt: ut utrūq; aut intelligi aut non intelligi ſit neceſſe. Verum nos faciamus qđ ille debuit. Virtus eſt iram cohibere: cupiditatem cōpeſcere: libidinem refrenare. i. ei uicium fugere: Nam fere oia que fiunt iniuſta atq; īprobe: ab his oriuntur effectibus: Si enim cōmotionis huius que ira dicitur īpetus retundatur: omnes hominum cōtentiones male ſopientur: nemo inſid abitur: nemo proſiliet ad nocendū. Item ſi cupiditas temperetur: nemo terra mariq; graſſabitur: nemo exercitum ducet: ut rapiat & uaſtet aliena. Item ſi ardor libidinum cōprimatur: oīs etas & ſexus retinebit ſuā ſanctitatem. Nemo quicquā pudendum aut patietur aut faciet. ergo uniuerſa ſcelera & flagitia his commotionibus uirtute ſedatis ex hominum uita moribuſq; tollentur. Que ſedatio cōmotionum & affectuum hanc habet rationem: ut omnia recta faciamus. Omne igitur uirtutis officium eſt non peccare: quo profecto fungi non poteſt: qui deum neſcit quoniam ignoratio eius a quo bona oriuntur imprudentem impingat in uicia neceſſe eſt. Itaq; ut breuius & ſignificantius utriuſq; rei ſumma officia determinem ſcientia eſt deum noſſe: uirtus colere: in illo ſapientia: in hoc iuſticia continetur.

Cap.vi: Quod philoſophi neſcierunt quid eſſet bonū aut malū quia fōtē bōi lucidū neſciebāt: nec intellexerūt qs debeat rerꝫ & operū finis eē: & qūo cōſtet Luciliū falſo diffiniuiſſe uirtutis officia.

Ixi quod erat primū ſcientiā boni nō eſſe uirtutem deide quid ſit uirtus & in quo ſit: ſequitur ut id quoq; ipſū quid ſit bonū & malū neſciſſe philoſophos: breuiter oſtendā: quia pene declaratū eſt libro tertio cum de ſūno bono diſputarem. Qui aūt quid eſſet ſūmum bonum neſcirent: & in ceteris bonis mali ſuæ quæ ſūma nnn ſunt: errauerint neceſſe eſt: quod non poteſt uero iudicio examinare qui fōtē ipſū nō tenet unde illa deſcendūt. Fons autē bonorꝫ deus ē: malorum uero ille. ſ. diuini nominis ſemper inimicus. de quo ſæpe diximus. Ab his duobus principiis bona malaq; oriūť. Que ueniunt a deo hanc habent rōnem: ut īmortalitatem parent quod eſt ſūmū bonum: Que autem ab illo altero: id habent officium: ut a cæleſtibꝫ auocatum terrænisq; demerſum ad pœnam interficiant ſempiternā quod eſt ſūmum malum. Non igitur dubium eſt quin ōnes illi qd eſſet bonum & malum ignorauerint: qui nec deum nec aduerſariū eius ſcierint. Itaq; finem bonorꝫ ad corpus & ad hāc uitam breuem retulerunt: quam. ſ. ſoli & occidere neceſſe eſt: non ſunt progreſſi ulterius: ſed oīa eorum præcepta & oīa quæ inducunt bona terræ inhærent & humi iacent: qm̄ ſimul cū corpore quod eſt terra moriuntur pertinet eī non ad uitam homini cōparendam: ſed ad querendas uel agendas opes: honores: gloriam potentiam quæ ſunt uniuerſa mortalia tam. ſ. q̄ ille qui ut ea ſibi contingerent laborauit. Hinc eſt illud. Virtus quærendæ rei finem ſcire modūq;. Præcipiunt enī quibus modis & quibus artibus res familiaris querenda ſit: quia uident male queri ſolere. Sed huiuſmodi uirtus non eſt propoſita ſapienti. Nec enim eſt uirtus opes querere: quarum neq; inuentio neq; poſſeſſio ī noſtra poteſtate eſt. Itaq; & quæſtu & optentu faciliores ſunt malis q̄ bonis. Non poteſt ergo uirtus eſſe in his rebus quærēdis in quarꝫ cōtēptu uis acrō uirtutis apparet: nec ad ea ipſa trāſſugiet: quæ magno ac excelſo animo calcare ac proterrere geſtit: neq; fas eſt animā celeſtibus intentam bonis: ut hæc fragilia ſibi comparet ab immortalibus ſuis operibus auocari: ſed potiſſimum in his rebus comparandis uirtutis ratio conſiſtit: quas nobis nec homo ullus nec mors ipſa poteſt auferre cum hæc ita ſe habeant: illud quod ſequiť uerum eſt. Virtus diuitiis precium perſoluere poſſe. Qui uerſus idē

fere ſignificat qđ primi duo: ſed neq; ipſe neq; quiſq̃ philoſophorũ ſcire potuit: preciũ ipſũ uel quale uel quod ſit. Idẽ ei poete & illi oẽſ quos ſecutus eſt putauerũt recte opibus uti: hoc eſt frugi eſſe nõ inſtruere cõuiuia ſũptuoſe: nec largiri temere: nõ effundere uires ſuꝑ uacuas aut turpes rẽ familiaem. Dicet aliquis fortaſſe. Quid tu? Negasne hanc eſſe ueritatẽ? Nõ equidẽ nego: cõtraria ei uideor ꝓbare ſi negem: ſed ueram nego: quia nõ ſit illa cæleſtis ſed tota terrena ẽ quãdo quidẽ nihil efficit niſi quod remaneat in terra. Quid ſit ãt recte opibus uti: & quis ſit ex diuitiis fructus petendus declarabo apertius: cũ de pietatis officio loqui cæpero. Iã cætera quæ ſequũtur nullo modo uera ſũt. Nã ĩprobis inimicitias indicere aut bonorũ defenſionem ſuſcipere: põt cũ malis eſſe cõe. Quidam ei ꝓbitate ficta uiam ſibi ad potẽtiã muniũt: faciũtq; multa quæ bõni ſolẽt: eo quidẽ prõptius: ꝙ falendi gratia faciunt. Vtinãq; tam facile eſſet preſtare: q̃ facile eſt ſimulare bonitatẽ. Sed hi nõ eſſe cœperint ꝓpoſiti ac uoti ſui cõpotes: & ſũmũ potentiæ gradũ cœperint: tũ uero ſimulatiõe depoſita mores ſuos deregunt: capiũt: oĩa uiolãt & uexãt: eoſq; ipſos bonos quoꝝ cã ſuſcæperant inſequũt: & gradus ꝑ quos aſcenderũt ãputant: ne quis illos contra ipſos poſſit ĩmitari. Verũtam̃ putemus hoc offm̃ nõ niſi boni eſſe: ut bonos defendãt: at id ſuſcipere facile eſt: ĩplere difficile: quia cũ te certamini cõgreſſioniq; cõmiſſeris: in arbitrio dei nõ tuo poſita uictoria eſt. Et plerũq; ĩprobi & numero & cõſpiratione ſunt potentiores q̃ boni ut ad eos ſuperandos non tam uirtus ſit: q̃ fœlicitas neceſſaria. An aliquis ignorat ꝙ aliquotiẽs melior iuſtiorq; ꝑs uicta ſit? Hic ſẽp dõatõeſ acerbæ ĩ ciues extiterũt. Plena eſt exemplis omnis hiſtoria ſed nos contenti erimus uno. Claudius enim pompeius bonorum uoluit eſſe defenſor: ſiquidem pro republica pro ſenatu: pro libertate arma ſuſcæpit. Idem tamen uictus cum ipſa libertate occiditur: & a ſpadonibus ægyptiis detruncatus inſepultus abiectus eſt. Non eſt igitur uirtus aut hoſtem malorum: aut defenſorem bonorum eſſe: quia uirtus in certis caſibus non poteſt eſſe ſubiæcta. Commoda præterea patrie prima putare: ſublata hominum concordia nulla eſt omnino quæ ſunt enim patriæ commoda: niſi alterius ciuitatis aut gentis incommoda? Ideſt fines propagare alios uiolenter ereptos: augere imperium uectigalia facere meliora. Quæ omnia non utiq; uirtutes: ſed uirtutum ſunt euerſiones. Imprimis enim tollitur humanæ ſocietatis coniunctio: tollitur innocentia: tollitur: alieni: abſtinentia: tollitur: denq;

deniq; ipſa iuſticia: quæ diſcidium generis humani ferre non poteſt: & ubicunq; arma fulſerunt: hinc eam fugari & exterminari neceſſe eſt. Verum eſt Ciceroniſ illud. Qui autem ciuium rationem dicunt habendam. externorum negant: dirimunt hi cõmunem generis hũane ſocietatẽ: qua ſublata beneficentia: liberalitas. bonitas: iuſticia fũditus tollitur. Nam quõ poteſt iuſtus eſſe qui nocet: qui odit: q ſpõliat: qui occidit? Quę oĩa faciunt: qui patrie prodeſſe nituntur.. Id ei prodeſſe quid ſit ignorant: qui nihil putant utile nihil cõmodum niſi quod teneri manu poteſt: quod ſolum teneri non poteſt: quia eripi poteſt. Hæc itaq; ut ipſi appellant bõa quiſquis patriæ acquiſierit hoc eſt qui euerſis ciuitatibus: gentibuſq; deletis ærarium pecunia referſerit: agros cœperit: ciues ſuos locupletiores fecerit: hic laudib; fertur in cælum: hec putatur ſũma & perfecta eẽ uirtus. Qui error nõ modo populi & imperitorum ſed etiam philoſophorũ eſt: qui precepta quoq; dant ad iuſticiam: ne ſtalticiæ ac maliciæ diſciplineq; auctoritas deſit. Itaq; cũ de officiis ad rem militarem pertinentibus diſputent: neq; ad iuſticiam neq; ad ueram uirtutem commodatur illa omnis oratio: ſed ad hanc uitam. moremq; ciuilem: quam non eſſe iuſticiam & res indicat: & ipſe Cicero teſtatus eſt. Sed nos inquit ueri iuris germanæq; iuſticie ſolidam & expreſſam effigiem nullam tenemus. Vmbra & imaginibus utimur: eaſq; ipſas unnã ſequeremur feruntur ei ab optimis naturæ ac ueritatis exemplis: Vmbra eſt igit̃ & imago iuſticiæ: quam illi iuſticiam putauerunt. Quid ſapientiã? Nõne idem cõfitentur in philoſophis eſſe nullã? Aut cum Fabricius inquit aut Atiſtides iuſtus nominetur: aut ab illis fortitudinis aut ab hoc iuſticie tãq̃ a ſapienti petitur exemplum? Nemo ei horum ſic ut ſapientem uolumus intelligi: nec hi qui ſapientes habiti & nominati. Marcus Cato & Cicero Lelius ſapientes fuerunt. Nec illi quidẽ ſeptem: ſed ex mediorũ officiorum frequentia ſimilitudinem quandam. gerebant ſpeciemq; ſapientum. Si ergo & philoſophis ipſorum confeſſione adẽpta ſapientia eſt: & his qui iuſti habiti ſunt. adẽpta iuſticia eſt. Omnes igitur ille uirtutis deſcriptione falſe ſint neceſſe eſt: quia que ſit ueta uirtus ſcire non poteſt: niſi iuſtus ac ſapiens. Iuſtus autem ac ſapiens nemo eſt: niſi quem dominus præceptis cæleſtibus erudiuit:

Cap. vii. Quod in uia erroris eſt ſpecies ſapientie & uirtutis. Et ꝙ uia ueritatis & ſapientie eſt ſimplex & anguſta & ardua & deum habet ducem.

Am illi omnes qui p alioꝝ cõfeſſã ſtulticiã ſapientes existimã tur: ſpecie uirtutis inducti: umbras & imagines apprehendũt nihil ueꝝ. Quod ea fit rõne: qm̃ uia illa ut mẽdax: quæ fert ad occa ſum: multos tramites habet: pp ſtudioꝝ & diſiplinaꝝ ueritatẽ: quæ ſũt in uita hoĩum diſſimiles atq; diuerſe. Nã ſicut illa uia ſapientiæ hẽt aliquid ſimile ſtulticiæ: quod libro præcedente monſtrauimus: ita hæc cum ſit tota ſtulticiæ: habet aliquid ſimile ſapientiæ: qđ ar ripiant hi qui ſtulticiam publicam intelligunt: & ut habet uicia ma nifeſta: ſic habet aliquid quod ſimile eſſe uideatur uirtuti: ut habet apertum ſcelum: ſic imaginem quandam ſpeciemq; iuſticiæ. Quo modo enim præcurſor eius uiæ: cuius uis & poteſtas omnis in fallen do eſt: uniuerſos in fraudem poſſet inducere: niſi ueriſſilia homini bus oſtentaret: Deus enim ut immortale illud arcanum eius in aper to eſſet: poſuit in uia ſua: quæ homines pro malis & turpibus aſper narentur: ut auerſi a ſapientia & ueritate: quam ſine duce ullo requi rebant: in idipſum inciderent: quod uitare ac fugere cupiebant. Ita q; illam perditionis ac mortis uiam multiplicem oſtendit: uel quod multa ſit genera uitæ: uel ꝙ dii multi q colũtur: Huius dux præuari cator ac ſub dolus: ut uideat eſſe diſcrimẽ aliquod falſi & ueri mali ac boni. Alia ducit luxurioſos alia ea qui frugi appellãtur: alia imperi tos: alia doctos: alia iertes. alia ſtrẽnuos alia ſtultos: alia philoſophos Et eos quidẽ nõ uno tramite. Illos eĩ qui aut uoluptates aut diuitias nõ refugiunt: ab hac publica & celebri uia modice ſegregat. Eos au tem qui aut uirtutem ſequi uolunt: aut contẽptum rerum cõfitẽtur p confragoſa quædã præcipitia trahit. Sed tamen illa omnia itinera quæ ſpeciem bonꝝ oſtentãt non ſunt aliæ uiæ: ſed diuerticula & ſe mite: quæ uidentur quidẽ ab illa cõi dextro uerſum ſeperari: ad ean dem tamẽ & ad unum oẽs exitum ſub ipſo fine referuntur. Ibi enĩ dux ille coniungit oẽs ubi opus fuerat bonos a malis: fortes ab iner tibus: ſapiens a ſtultis ſeperari: in deorũ: ſ. cultu: in quo ille uniuer ſos quia ſine ullo diſcrimine ſtulti fuerunt: uno mucrone iugulat & præcipitat in mortẽ. Hæc autem uia quæ eſt ueritatis: & ſapientie & uirtutis & iuſticiæ: quoꝝ oĩũ fõs unus eſt: una uis: una ſedes: & ſim plex eſt: quod paribus aĩs ſummaq; concordia unum ſequamur: & colamus deum: & anguſta: quoniam paucioribus uirtus data eſt & ardua: qm̃ ad bonum: quod ſummum & ſublime eſt: niſi cum ſum ma difficultate & labore non poteſt perueniri.

Cap.viii. Quare a philoſophis ueritas inueniri nõ poterat. nec ab his qui terrenis dediti ſunt: ſed ab electis inuenieur per legẽ dei: cui poteſt Ciceronis diffinitio adptari.

Aec eſt uia quã philoſophi quærunt: ſed ideo non inuenerunt quia in terra potius ubi apparere nõ põt quærunt: erant ergo uelut in mari magno: nec quo ferant̃ itelligũt: quia nec uiam cernũt: nec ducẽ ſequũtur ullum. Eadem nãq; rõne hanc uitæ uiam quæri oportet: qua in alto iter nauibus quæritur: quæ niſi aliquod cæli lumen obſeruent: incertis curſibus uagantur. Quiſquis ãt rectũ iter uitæ tenere nititur: nõ terram debet aſpicere ſed cælum: & (ut apertius loquar) nõ hoĩem ſequi debet ſed deum: non his tereſtibus ſimulacris: ſed deo ſeruire cæleſti: non ad corpus referri oĩa ſed ad mẽtẽ: non huic uitæ dare operam: ſed æterne. Itaq; ſi oculos in cælũ ſẽp intendas: & ſolẽ qua oritur obſerues: eũq; habes uitæ quaſi nauigii ducem ſua ſponte in uiam pedes dirigentur: & illud cæleſte lumen quod ſanis mentibus multo clarius ſole eſt: q̃ hic quẽ in carne mortali uidemus: ſic reget: ſic gubernabit: ut ad ſũmũ ſapiẽtiæ uirtutiſq; portum ſine ullo errore perducat. Suſcipienda igitur dei lex que nos ad iter dirigat: illa ſancta illa cæleſtis: quã Mar. Tul. in libro de rep. tertio pene de diuina uoce depixit. cuius ego (ne plura dicerem) uerba ſubiæci. Eſt quidẽ uera lex recta rõ naturæ congruens: diffuſa in oẽs: conſtans ſempiterna quæ uocet ad offm iubẽdo: uetãdo: a fraude deterreat: quæ tamẽ neq; probos fruſtra iubet aut uetat: nec ĩprobos iubendo: aut uetando mouet. Huic legi nec propagari fas eſt neq; derogari. ex hac aliquid licet: neq; tota abrogari poteſt: nec uero a nt per ſe natũ aut per populũ ſolui hac lege poſſumus. Neq; ẽ quærendus explanator aut interpres eius alius. Nec erit alia lex romæ: alia thenis: alia nunc: alia poſt hec: ſed & oẽs gentes: & oĩ tpre una lex & ſempiterna & ĩmutabilis cũtinebit. Vnuſq; erit cõis quaſi magiſter & ĩperator oĩum deus: ille legis huius iuẽtor: diſceptor: ſator: cui qui nõ parebit: ipſe ſe fugiet: ac naturã hoĩs aſpernatur: hoc ipſo luet maxĩas pœnas: ẽt ſi cetera ſupplicia quæ putãtur effugerit. Quis ſacramentũ dei ſciens: tã ſignificant̃ enarrare legem dei poſſet: q̃ illam hõ longe a ueritatis noticia remotus expreſſit: Ego uero eos qui uera ĩprudentes loquũtur: ſic habendos puto tãq̃ diuino ſpũ aliquo inſtructi Quod ſi ut legis ſancte uim rõemq; peruidit: ita illud quoq; ſciſſet aut explicaſſet: in quibus præceptis lex ipſa cõſiſteret: non philoſophi fũctus eſſet officio ſed prophetæ: quod quia facere ille nõ

poterat nobis faciendum eſt: quibus ipſa lex tradita eſt ab illo uno magiſtro & imperatore oīum deo.

Capitu.ix. Quod caput religionis & uia ueritatis eſt deū fideliter noſcere & fideliter colere. Et quare diuerſæ leges ſint a gentibus inſtitutæ. Et quis ſenſū integritate uigeat quam gratia largitus potiusq̄ natura.

Vius legis caput eſt primū ipſum deū noſce: ſoli obtēperare ſolum colere. Non poteſt enim rōem hominis optinere qui parentem animæ ſuæ deum neſcit: quod eſt ſūmum nefas. Quæ ignoratio facit ut diis alienis ſeruiat: quo nihil ſceleratius cōmitti poteſt. Hinc iam pro cliuis eſt ad malitiam gradus: per ignorantiā ueri ac ſīgularis boni quia deus quē noſſe refugit: fons eſt ipſe bonitatis: uel ſi iuſticiam ſequi uolet dei: diuini tamē iuris ignarus: gētis ſuæ leges tā q̄ uerum ius amplectitur: quas nō utiq; iuſticia ſed utilitas repperit Cur ei per oēs populos diuerſa & uaria iura ſunt cōdita: niſi q̄ unaqueq; gēs id ſibi ſanxit: qd' putauit reb; ſuis utile. Quantū autē a iuſticia recedat utilitas: populus ipſe Rōanus docet q per fœciales bella indicendo: & legitime iniurias faciendo: ſempq; aliena cupiēdo atq; rapiendo. poſſeſſionē ſibi totius orbis cōparauit. Verum hi ſe iuſtos putant: ſi cōtra leges ſuas nihil faciant: qud' ēt timori aſcribi poteſt ſi preſentiū pœnarum metu ſceleribus abſtineant: Sed cōcedamus ſane: ut id natura uel ut ait phūs ſua ſponte faciāt: quod legibus facere coguntur. Nū iccirco iuſti erunt: qui parent inſtitutis hominū: qui & ipſi aut errare aut iniuſti eſſe potuerunt. Sicut illi duodecī tabularū cōditores: qui publicæ utilitati pro cōditione tēporum ſeruierunt. Aliud eſt igitur ciuile ius quod pro moribus ubiq; uariat' aliud eſt uera iuſticia. quā uniformē ac ſimplicē ꝓpoſuit oībus deus: quē qui ignorat: & ipſam iuſticia ignoret neceſſe eſt. Sed putemus fieri poſſe: ut aliquis naturali & ingenito bono ueras uirtutes capiat: qualē fuiſſe Thimonē: Athenis accepimus: qui & egentibus ſtipē dedit: & pauperes inuitauit' & nudos induit: tamē cū illud unum quod ē maximū deeſt agnitio dei: iam illa bona omnia ſuperuacua ſunt & inania: ut fruſtra in his aſſequendis laborauerit. Omnis.n. iuſticia eius ſimilis eſt humano corpori caput: non habenti in quo tāet ſi mēbra oīa & locis ſuis cōſtent. & figura & habitudine: tamen qm̄ deeſt id quod eſt oīum principale: & uita & omni ſenſu caret: Itaq; mēbra illa formā tārūmodo mēbrorum habent: tam. ſ. q̄ caput ſine

habet quod eſt ſūmum: ſed fruſtra qm̄ uirtutibus tāq̄ mēbris eget. Itaq; ut ſit uiuum ac ſenſibile corpus: & agnitio dei neceſſaria ē quaſi caput: & uirtutes omnes quaſi corpus: ita fiet homo perfectus ac uiuus: ſed tamen ſūma omnis in capite eſt: Quod q̄uis conſtare nō poſſit ſine omnibus: ſine quibuſdam tamen poteſt. Et erit quidem aīal uiciosum debile: ſed tamen uiuet ſicut & is qui deum nouit: & in aliqua re peccat dat. n. peccatis ueniam deus: Itaq; ſine mēbris aliquibus uiui poteſt: ſine capite nullo modo. Hæc res efficit: ut phi ēt ſi natura boni ſunt tamē nihil ſciant: nihil ſapiant. Omnis doctrina & uirtus eorum ſine capite eſt: quia deum neſciūt: qui ē uirtutis ac doctrine caput: quē qui non agnoſcit. licet uideat cæcus eſt: licet audiat ſurdus: licet loquatur elinguis eſt. Cū uero conditorem rerū parentēq; cognouerit tūc & uidebit & audiet & loquetur. Habere enī caput cœpit: in quo ſunt ſenſus omnes collocati: hoc eſt oculi: auris: & lingua. Nam profeto his uidet qui ueritatem in qua deus eſt: uel deum in quo ueritas eſt: oculis cordis aſpexerit. Is audit qui diuinas uoces ac precepta uitalia pectori ſuo affigit. Is loquitur qui celeſtia diſſerens: uirtutem ac maieſtatē dei ſingularis enarrat Quare nō eſt dubium quin īpius ſit quiſqs deum non agnouerit: ōneſq; uirtutes eius quas habere aut tenere ſe putat: in illa mortifera uia reperiūtur que eſt tota tenebrarū. Quapp nihil eſt q̄ aliquis ſibi gratuletur: ſi has inanes uirtutes adeptus eſt quia nō tm̄ miſer qui bonis preſentibus careat: ſed etiam ſtultus ſit neceſſe eſt: qui labores in uita ſua maximos ſuſcipiat in caſū. Nam dēpta ſpe īmortalitatis: quā deus pollicetur in ſua religione uerſantibus cuius aſſequēde gratia uirtus appetēda eſt: & quicquid maloꝝ acciderit perferendū eſt. Maxima erit ꝑfecto uanitas obſequi uelle uirtutibus que fruſtra hoīni calamitates afferūt & labores. Nam ſi uirtus eſt: egeſtatem exiliū: dolorē mortēq;: quæ timent a ceteris pati fortiter ac ſubire quid tandem bōi in ſe habet? Cur eam phi pp ſeipſam ducant expetendā? Nimiꝝ ſupuacuis & inanibus pœnis delectantur: qb; licet agere tranquille. Si enim mortales ſunt aīe: ſi uirtus diſſoluto corpore nihil futura eſt: quid fugimus attributa nobis bona: quaſi aut ingrati aut indigni q̄ diuinis muneribus perfruamur? Que bona ut hēamus ſcelerate ipie q; uiuendū eſt: quia uirtutē ideſt iuſticiam paupertas ſequitur. Sanus igitur non eſt: qui nulla ſpe maiori propoſita: his bonis quibus cæteri utuntur in uita: labores & cruciatus & miſerias anteponat. Si autem uirtus (ut ab his rectiſſime dicitur) capeſſenda eſt: quia cōſtet

ad eam naſci hoiem ſubeſſe debet ſpes aliqua maior: quæ malorum & laborum quos perferre uirtutis eſt: magnū efferat præclarūq; ſolatium. Nec aliter uirtus cum per ſe dura ſit haberi pro bono poteſt quāſi acerbitatem ſuā maximo bono penſet. Aeque nō aliter his bonis præſentibus abſtinendū eſt: q̄ ſi ſint aliqua maiora pp quæ tanti ſit & uoluptates omittere & mala ōnia ſuſtinere. Ea uero nulla ſūt bona alia: ut in tertio docui: niſi perpetuæ uitæ. Hanc autem præſtare quis poteſt niſi deus: qui uirtutem ipſa ꝓpoſuit. Ergo in dei agnitione & cultu rerum ſūma uerſatur: in hoc eſt ſpes omnis & ſalus hominis: hic eſt ſapientiæ gradus primus ut ſciamus quis ſit nobis uerus pater: eumq; ſolum pietate debita proſequamur: huic pareamus: huic deuotiſſime ſeruiamus: in eo promerendo actus omnis & cura & opera collocetur.

Cap: x. Quod religio deo: miſericordia homini debetur. Et quas cauſas edificandi ciuitates: & conueniendi ſocialiter: & inuentionis uerborum falſo cōmenti ſunt.

d Ixi quid debeatur deo: dicam nunc quid homini tribuendum ſit: quāq̄ idipſum quod homini tribueris: deo tribuitur: quia homo dei ſimulachrum eſt: ſed tamen primum offm̄ iuſticiæ eſt cōiungi cū deo: ſecundū cū homine: ſed illud primū religio dicit: hoc ſecundū miſericordia uel humanitatis nomīatur. Que uirtus ꝓpria eſt iuſtoꝝ & cultorum dei: q ea ſola: uitæ comunis in ſe continet rationē. Deus. n. qui cæteris aīalibus ſapientia non dedit: naturalibus ea munimētis ab incurſu & periculo tutiora generauit. Hominē uero nudū fragilēq; formauit: ut eum ſapiētia potius inſtrueret: dedit præter cætera hunc pietatis affectū: ut homo hoiem tueatur. diligat foueat: contraq; omnia pericula & accipiat: & præſtet auxilium. Sūmū igitur inter ſe hominū uīculum eſt humanitas: quod qui diſrupit: nefarius & pricida exiſtimandus eſt. Nam ſi ab uno homine quē deus fixit omnis orimur: certe cōſanguinei ſumus: & ideo maximū ſcelus putandū eſt odiſſe hominē uel nocentē Propterea deus præcepit inimicitīas per nos nunq̄ faciendas: ſemper eſſe tollēdas. ſ. ut eos qui ſint nobis inimici: neceſſitudinis admonitos mitigemus. Item ſi ab uno deo inſpirati ſumus oēs & animati: quid aliud q̄ fratras ſumus. Et quidem cōiunctioreſq; animis: q̄q corporibus. Itaq; non errat Lucretius cum dicit deniq; cæleſti ſumuſ oēs ſemine oriūdi

Oibus ille idem patet eſt. Ergo pro beluis imanibus ſunt habendi: q hominibus nocent: qui cõtra ius humanitatis: & fas oẽ ſpoliant: cruciant: occidunt: exterminant. Ob hanc neceſſitudinem germanitatis docet nos deus mala nũq̃ facere: bonum ãt ſemper. Id autem ipſum bene facere quid ſit: idem ipſe præſcribit. Præſtare auxilium depreſſis & laborantibus: ĩpartiri uictum non habentibus. Deus. n. qm̃ pius eſt: aĩal nos uoluit eſſe ſociale. Itaq; in aliis hoĩbus noſipſos cogitare debemus. Non meremur i periculo liberati: ſi nõ ſuccurrimus. nõ meremur auxilio: ſi negamus. Ad hanc ptem philoſophorum nulla præcepta ſunt: quippe qui falſe uirtutis ſpecie capti: miſericordiã de hoĩe ſuſtulerunt & dum uolunt ſanare uicia auxerunt. Et cũ iidẽ plerũq; fateantur: ſocietatis humanæ cõmunionem eſſe retinendam ab ea plane ſeipſos inhumanæ uirtutis ſuæ rigore diſſociant. Cõuincendus ergo etiam hi error illorũ eſt: qui nihil cuiq̃ impertiendum putant. Vrbis condendæ originem atq; cauſam nõ unam intulerũt: ſed alii eos homines qui ſint ex terra primitus nati: cum per ſiluas & cãpos erraticam degerent uitam: nec ullo inter ſe ſermonis: aut iuris uĩculo cohererent: ſed frondes & herbam pro cubilibus ſpeluncas & ãtra pro domibus haberent: beſtiis & fortioribus aĩalibus prædæ fuiſſe cõmemorant. Tum eos qui aut lãniati effugerant: aut laniari proximos uiderant: admonitos periculi ſui: ad alios homines decurriſſe: præſidium ĩploraſſe: & primo nutibus uoluntatem ſuam ſignificaſſe. Deinde ſermonis initia tentaſſe: ac ſingulis quibuſq; rebus nomina imprimendo: paulatim loquendi perfeciſſe rationem. Cum autem nec multitudinem ipſam uiderent contra beſtias eſſe tutam: oppida etiam cœpiſſe munire: ut uel quietem noctis tutam ſibi facerẽt uel ut incurſiones atq; impetus beſtiarum non pugnando: ſed obiectis aggeribus arcerent. O ingenia hominibus indigna: quæ has ineptias protulerunt: miſeros atq; miſerabiles: qui ſtulticiam ſuam litteris memoriæq; mandauerunt. Qui cum uiderẽt mutis quoq; animalibus ingenitam eſſe rationem: uel conueniendi: uel inuicem appetẽdi: uel periculi fugiendi: uel mali cauendi: uel cubicula ſibi & latibula parandi: homines autem ipſos exiſtimauerint non niſi exẽplis admoneri: ac diſcere potuiſſe quid metuere ſibi: quid cauere: quid facere deberent: aut nunq̃ conuenturos inter ſe fuiſſe nec loquẽdi rõnem reperturos: niſi eos beſtiæ comediſſent. Hæc aliis delira uiſa ſũt ut fuerunt: dixeruntq; non ferarũ laniatus cauſam fuiſſe coeundi: ſed ipſam potius humanitatem. Itaq; inter ſe congregatos: q natura

hominũ ſolitudinẽ fugiens:& cõionis ac ſocietates appetens eſſet nõ magna inter eos diſceptatio eſt:ſiquidem cauſæ diſpares ſunt:tes ea dẽ eſt. Potuit utrũq; igitur:quia non repugnat:ſed tam̃ utrũq; nullo modo uerũ eſt:quia nõ per oẽm terrã nati ſunt hoĩes eterra: tãq̃ ex draconis alicuius dentibus pſeminati:ut poete ferunt: ſed unus hõ a deo fictus eſt:ab eoq; uno ois ter ra humano genere cõpleta eſt:ea dẽ.ſ:rõne qua rurſus poſt diluuiũ quod certe negare nõ poſſũt. Nulla igitur in principio facta eſt eiuſmodi congregatio:nec unq̃ fuiſſe hoĩes in terra qui pp infantiã nõ loquerent̃:intelligit cui rõ nõ deeſt Fingamus tam̃ illa uera eſſe:que ocioſi & inepti hoĩes ſenes fabulantur:ut eos potiſſimũ ſenſibus & ſuis rõnibꝫ refellamus. Si hac de cã ſunt hoĩs congregati:ut mutuis auxiliis ĩbecillitatẽ ſuã ruerent̃. Succurrendũ eſt igitur hõi:qui egeat auxilio. Cũ.n:præſidii cauſa hoies ſocietatẽ cũ hõibus inierint & ſanxerint:fœdus illud a principio ſui ortus inter hoies initũ aut uiolare aut nõ conſeruare:ſũm ũ nefas putandũ eſt. Nam qui ſe a preſtando auxilio remouet:etiã ab accipiẽdo ſe remoueat neceſſe eſt:quia nullius ope indigere ſe putat:qui alteri ſuã denegat. Huic uero qui ſe ipſe diſſociat:ac ſe cemit a corpore:non ritu hõis:ſed ferarũ more uiuendũ eſt. Quod ſi fieri non poteſt retinendũ eſt igitur oi modo uinculũ ſocietatis humane quia hõ ſine hoĩe nullo modo poteſt uiuere. Retentio autẽ ſocietatis ẽ cõitas ideſt auxiliũ preſtare ut poſſimus accipere. Sin uero ut illi alii diſputant:humanitatis ipſius cauſa facta eſt hoĩum congregatio. Homo certe hominẽ debet agnoſcere. Quod ſi fecerunt illi rudes:& ad huc feri homines:& fecerunt nondũ conſtituta loquendi ratione: quid putemus hominibus epolitis ſermone rerum omniumq; commercio inter ſe copulatis eſſe faciendum:qui aſſueti hominibus ſolicitueinẽ ferre non poſſunt.

Capitu.xi. In quos ptecipue ſit humanitas exercenda: & in quibus liberalitatibus imaginariis pereant opera: & quæ impenſa preſtantis.

c Onſeruanda eſt igitur humanitas:ſi homines recte uelimus dici. Id autem ipſum conſeruare humanitatem:quid aliud ẽ q̃ diligere hominem quia homo ſit:& id quod nos ſumus. Diſcodia igitur atq; diſſenſio non eſt ſecundum hominis rationem. Verũq; ẽ illud Ciceronis quod air hominem naturæ obedientem homini nocere non poſſe. Ergo ſi nocere homini contra naturã eſt: prodeſſe igiť

homini ſecundũ naturã ſit neceſſe eſt. Quod qui nõ facit hõis ſe ap pellatiõe deſpoliat: quia humanitatis offm̃ eſt neceſſitati hominis ac periculo ſubuenire. Quero igitur ab his qui flecti ac miſereri nõ pu tant eſſe ſapientes: ſi homo ab aliqua beſtia cõprehenſus auxiliũ ſi bi armati hõiis iploret utrũ ne ſuccurrendũ putet: an minime? Nõ ſũt tam iprudentes ut negent fieri oportere: quod flagitat: quod expoſcit humanitas. Item ſi aliquis circũueniatur igni: ruina opprimatur: mer gatur mari: flumine rapiatur: nũ putent hominis ẽẽ nõ auxiliari? Nõ ſunt ipſi homines ſi putẽt. Nemo eni poteſt eiuſmodi periculis non eſſe ſubiectus immo uero & hominis & fortis uiri eſſe dicent ſeruare periturũ: Si ergo in eiuſmodi caſibus qui periculum uitæ homini af ferunt: ſuccurrere humanitatis eſſe concedũt. Quid cauſe eſt ſi hõ eſueriat: ſitiat: algeat: ſuccurrẽdũ eſſe non putent? Que cum ſint paria natura cum illis caſibus fortuitis: & uãm eandẽq; humanitatẽ deſiderent: tam̃ illa diſcerunt: quia non re ipſa uera ſed utilitate pre ſenti oĩa metiuntur. Illos. n. quos periculo ſurripiunt: ſperãt ſibi gra tiam relaturos. Egentes ãt: quia non ſperant perire arbitrantur: quic quid eiuſmodi hominibus ipertiant: Hin eſt illa Plauti de teſtanda ſententia: Male meretur qui mendico dat quod edat: nã & illud dat perit: & illi producit uitam ad miſeriam. Ateni poeta forraſſe ꝓ per ſona locutus eſt. Qui Marcus Tulius in ſuis officialibus libris nõne hoc idem perſuadet non eſſe oĩo largiẽdũ? Sic. n. dixit: Largitio quæ ex re familiari fontem ipſũ begninitatis exhaurit: ita benignitas beni gnitate tollitur. Qua cũ in plures uſus ſis eo minus ĩ multos uti poſ ſis. Et idem paulopoſt: Quid autem eſt ſtultius q̃ quod libenter faci as curare: ut id diutius facere non poſſis: uidelicet profeſſor ſapien tæi refrenat homines ab humanitate: monetq; ut rem familiarem di ligenter cuſtodiant: malintq; arcam q̃ iuſticiam conſeruare. Quod cum intelligeret in humanum eſſe ac nefarium mox alio capite qua ſi actus pœniteutia ſic ait. Nonnũq̃ tamen eſt largiendum: nec hoc benignitatis genus oĩo repudiandum. & ſepe idoneis hominibus egẽ tibus de re familiari impartiendum. Quid eſt idoneis? Nempe his q̃ reſtituere ac referre gratiam poſſint. Si nunc Cicero uiueret: excla marem profecto. Hic hic Marce Tulli ab erraſti a uera iuſticia: eam q; uno uerbo ſuſtuliſti cum pietatis & humanitatis officia utilitate mẽtitus es. Non. n. idoneis hominibus largiendum eſt ſed quantum poteſt non idoneis: id. n. iuſte: id pie: id humane fit: quod ſine ſpe recipiendi feceris. Hec eſt uera illa & germana iuſticia: cuius ſolidã

& expreſſam effigiẽ nullam tenete uos diciris. Ipſe pluribus locis cla mas mercenariã nõ eſſe uirtutẽ fatetiſq; in libris legum tuaꝝ liberali tatem gratuitam eſſe his uerbis. Nec eſt dubium quin is qui liberalis begninuſq; eẽ dicitur offm̃ non fructum ſequatur. Cur ergo idoneis potius largitis: niſi ut poſtea mercedẽ recipias? Te ergo auctore ac preceptore iuſtitiæ quiſquis idoneus nõ erit: nuditate: ſiti fame cõfi cietur. Nec hoies copioſi & uſq; ad delicias abũdantes ſubueniat ul timeæ neceſſitati ſi uirtus mercedẽ nõ exigit ſi pp ſe(ut dicitis expe tẽnda eſt. Ergo iuſticiã principem matremq; uirtutẽ ſuo præcio nõ tuo cõmodo eſtima: ei potiſſimũ tribue a quo nihil ſperes. Quid p ſonas eligis? quid mẽbra inſpicis? pro hoie tibi habẽdus eſt quiſquis precatur: ideoq; te hoiem putet. Abiice umbras illas imagineſq; iuſti tiæ: atq; ipſam ueram & expreſſam tene. largire cæcis: debilibus clau dis: deſtitutis: quibus niſi largiare moriendũ eſt. Inutiles ſũt hoibus ſed utiles deo: qui eos retinet in uita: qui ſpiritu donat q luce dignat̃ foue quantũ in te eſt & animas hominum: ne extinguatur humani tate ſuſtenta: Qui ſuccurrere perituro poteſt: ſi non ſuccurrerit occi dit. Verum iſti quia neq; naturam retinẽt: neq; proemiũ in eo: quď ſit: ſciunt dum perdere timent perdũt: & in id quod maxime cauent incidunt: ut quicquid largiuntur: aut pereat oio: aut ad tempus bre uiſſimũ pſſit: Nam qui exiguam ſtipem miſeris negant: qui cõſer uare humanitatem ſine damno ſuo nolunt: patrimonia ſue affũdũt aut petitura fragilia ſibi comparent: aut certe ſuis maximis dam nis nihil conſequantur. Quid enim dicendũ eſt de his qui populari leuitate ducti: uel magnis urbibus ſuffecturas opes exhibendis mu neribus ipendunt: niſi eos demẽtes ac furioſos qui preſtent id popu lo: quod & ipſi perdant: & nemo eoꝝ quibus præſtatur accipiat? Ita q; ut eſt oĩs uoluptas caduca & breuis oculoꝝ maxime & auriũ: aut obliuiſcantur homines: & alterius dãna pro ingratis habent: aut etiã offendũt̃: ſi non eſt libidini uulgi ſatiſfactum: ut ẽt homines ſtultiſ ſimi malum ſibi malo cõparauerint: aut ſi a deo placuerint: nihil am plius q̃ inanem fauorem paucorũq; dieꝝ fabulas aſſequũtur: ſicut quotidie leuiſſimorum hominum patrimonia in reſ ſupetuacuas prodiguntur. Non ergo illi ſapientius qui utiliora & diuturniora ciui bus ſuis exhibent munera: his. ſ. qui publicis operibus extructis: me moriã nomini ſuo querunt. Ne iſti quidem recte bona ſua in terrã ſepeliunt: quia nec memoria quicq̃ mortuis confert: nec opera eoꝝ ſempiterna ſunt: ſi quidem aut uno tremore terræ diſſipãtur: & cor

truunt: aut fortuito cõſumunt incendio: aut hoſtili aliquo ĩpetu di ruũtur aut certe uetuſtate ipſa diſſoluta labunt. Nihil eſt ei(ut ait orator)opere & manu factum quod nõ cõficiat: & cõſumat uetuſtas Ar hæc iuſticia & leuitas floreſcit quotidie magis Illi ergo meliuſ qui tribulibus ſuis: aut clientibus largiunt: aliqd.n. præſtant hõibus & ꝓſunt: ſed nõ eſt illa uera & iuſta largitio. Beneficientia ei nulla ẽ ubicũq; neceſſitas nõ eſt: perit ergo quicquid gratia cã mbuit nõ indigẽtibus: aut cũ fœnore reddit: & beneficentia nõ erit. Quod ẽt ſi gratũ eſt his quibus datur: iuſtũ tam̃ nõ eſt: quia ſi nõ fiat nihil mali ſequitur. Vnũ igitur certum & uerũ liberalitatis offm̃ eſt egentes atq; utiles alere.

Cap. xii. A quo ſit ſperanda & expetenda: & quæ: & quãta ſit ueræ liberalitatis merces. Et q̃ innanis: & nulla falſæ: & qui ſunt gradus humanitatis.

h Aec eſt illa perfecta iuſtitia: quæ cuſtodit humanã( de qua phi loquũtur)ſocietatem. Hic diuitiarum maximus & uenſſimus fructus eſt: non uti opibus ad propriam unius uoluptatẽ: ſed ad multorum ſalutem: non ad preſentem ſuum fructum: ſed ad iuſtitiam: quæ ſola non interit. Tenendum eſt igitur oĩo ut ab officio miſericordiæ: ſpes recipiendi abſit oĩo. Huius enim operis & officii merces a deo expetenda eſt ſolo. nam ſi ab homine expetes: iam nõ humanitas erit illa: ſed beneficii fœneratio. Nec poteſt uideri bene meruiſſe qui quod fecit nõ alteri: ſed ſibi præſtat & tam̃ eodẽ redit: ut quod alteri quiſq; preſtiterit: nihil ab eo cõmodi ſpectãs: uere ſibi præſtet: quia mercedẽ capiet a deo. Idẽ deus precepit ut ſi q̃ do cœnã pauimus eos in cõuictũ adhibeamus: qui reuocare non poſſint: & uicem reddere ut omnis actus uitæ noſtræ nõ careat miſericordie munere. Nec tam̃ quiſq̃ interdictam ſibi putet aut cõmunionẽ cũ aĩcis aut claritatẽ cũ ꝓximis: ſed: notũ nobis deus fecit ꝙ ſit uerũ & iuſtum opus ita nos oportet cum proximis uiuere: dũmodo ſciamus illud ad hominẽ hoc ad deum ptinere. Præcipua igitur uirtus ẽ hoſpitalitas quod phi quoq; aiunt ſed eam detorquent a uera iuſtitia: & ad commodum rapiunt. Recte inquit Cicero a Theophraſtro eſt laudata hoſpitalitas. Eſt.n. ut mihi quidem uidetur ualde decoꝝ patere domos hominum illuſtrum hoſpitibus illuſtribus. Eodem modo rurſus errauit: quo tamen cum idoneis eſſe liceret

lagiendum. Non.n.iuſti & ſapientis uiri domus illuſtrib; debet patere: ſed humilibus & abiectis nã illuſtres illi ac potẽtes nulla re poſſunt indigere: quos opulentia ſua & munit & honorat. Nihil autem a uiro iuſto faciendũ eſt niſi quod ſit beneficiũ. Beneficiũ ãt ſi referť interit atq; finitur: Nec.n.poſſumus id habere integrũ cuius preciũ nobis perſolutum eſt. In his itaq; beneficiis iuſticie rõ uerſatur: quæ ſalua & in corrupta permanſerint. Permanent autem non aliter q̃ ſi preſtentur his hoĩbus qui prodeſſe nullo modo poſſũt. At ille inrecipiendis illuſtribus nihil ſpectauit aliud niſi utilitatẽ: nec diſſimulauit hõ ingenioſus quid ex eo cõmodi ſperaret. Ait.n.qd faciat potẽtem apud exteros futurum per gratiã principũ; quos ſibi hoſpitii & amicitiæ iure conſtrinxerit. O q̃.multis argumẽtis Ciceronis incõſtãtia ſi id agerem redargui poſſet: nec tã noſtris q̃ ſuis uerbis refelleret. Idem quippe ait: ut quiſq; maxime ad ſuũ cõmodũ referat quecũq; agit: ita minime eſſe uiꝝ bonũ. Idem ẽt negat ſimplicis & aperti hoĩs eſſe: ãbire: ſimulare aliquid: & prætendere aliud agere uideri: cũ aliud agat: præſtare ſe alteri: fingere quod ſibi præſtet: ſed malitioſi potius & aſtuti: & fallacis: & ſubdoli. Quomõ ergo defenderit quo minus ambitioſa illa hoſpitalitas malicia eſſet. Tu mihi per oẽs portas circũcurſes: ut aduenientes populoꝝ atq; urbiũ pricipes: domũ tuã inuites: ut per eos apud ciues eorum potentiam conſequare: uel iſq; quæ re iuſtum & humanum: & hoſpitalem uideri cum ſtudeas utilitati tuæ. Verum hoc ille non potius incaute. Quid eni minus in Ciceronem conuenit. Sed ignorantia ueri iuris prudens ac ſciens in hos ſe aliquos induxit. Quod ut ei poſſit ignoſci teſtificatus eſt: non ad ueram iuſticiam quam non teneat præcepta ſe dare: ſed ad ũbram imaginemq; iuſticiæ. Ignoſcendum eſt igitur ũbratico & imaginario præceptori nec ab eo ueritas exigenda eſt: qui ſe ne ſcire fateatur. captiuorum redepno magnum atq; preclarum iuſticiæ munus eſt quod idem ipſe Tullius approbauit. Atq; hec benignitas inquit etiam reipublicæ eſt utilis: redimi a ſeruiture captos: locupletari tenuiores. Hanc ego conſuetudinem benignitatis largitiõi munerum longe antepono. Hec eſt grauium hominũ atq; magnorũ. Proprium igitur iuſtorum opus eſt: alere pauperes: ac redimere captiuos cum apud iniuſtos ſi qui hec faciant graues & magni appellẽtur His enim maxime laudis eſt benefacere quos nemo ſperauit eſſe facturos: nam qui bonum facit uel conſanguineo uel proximo: uel amico: aut nullam: uel certe non magnam laudem meretur quia facere debet. Sitq; impius ac de teſtabilis: niſi fecerit id quod ab eo

& natura ipſa:& noceſſitudo exigit:& ſi facit non tam gloriæ aſſe
quende q̃ repreheuſionis uitande cā facit. Qui āt facit alieō & igno
to:is uere dignus eſt laude: qm̃ ut faceret ſola ductus eſt humanita
te. Ibi ergo iuſticia eſt: ubi ad benefaciendū neceſſitas uinculū nullū
eſt. Hoc igitur benignitaris offm̃ non anteponere quidem largitioni
munerū debuit quod eſt cōpantis & e duobus bonis id quod ſit me
lius eligentis. Illa uero largitio hominū patrimonia ſua in mari abii
tientiū inanis & leuis & ab oī iuſticia remotiſſima eſt. Itaq; ne dici q
dem munera oportet in quibus nēo accipit: niſi qui accipere nō me
retur. Non minus magnū iuſticiæ opus eſt: pupillos & uiduas & de
ſtitutos:& auxilio indigentes: tueri atq; defendere: quod a deo uni
uerſis diuina illa lex preſcribit: quādoquidē boni quiq; iudices ad
offm̃ ſuum iudicant pertinere: ut eos humanitate naturali foueant:
ac iiſdem prodeſſe nitantur. Verum hæc opera quippe noſtra ſunt:
qui legem uerba ipſius dei precipientis accipimus. Nā illi ſentiūt na
tura eſſe iuſtum tueri eos qui tutela carent: ſed cur itꝰ ſi non proſpi
ciunt. Deus enī cuius perperua clemētia eſt: iccirco uiduas pupilloſ
q; defendi ac tueri iubet: ne quis reſpectu ac miſeratione pignorum
ſuoꝝ retardetꝰ quo minus mortē ꝓ iuſticia fideq; ſuſcipiat: ſed incū
ctenter ac fortiter ſubeat: cū ſciat ſe caros ſuos deo reliquere: nec his
unq̃ præſidiū defuturꝝ. Aegros quoq; quibus defuerint qui aſſiſtāt:
curādos fouēdoſq; ſuſcipe ſūme humanitatis & magne operatiōis ē
Quod qui fecerit hic uiuā hoſtiā deo acquiret: & qd̓ alteri dederit
ad tēpus ipſe a deo accipiet in æternū. Vltimū illud & maximū pie
tatis offm̃ eſt peregrinoꝝ & paupeꝝ ſepultura. quod ilū uirtutis iuſ
ticiæq; doctores prorſus nō attigerunt. Nec eī poterāt id uidere qui
utilitate oīa offā ſua metiebantꝰ. In cæteris eī quæ ſupradicta ſūt: q̃
uis uerū limitē nō tenuerint: tam̃ qm̃ cōmodi aliquid in his deprehē
runt quaſi odore quodam ueritatis retenti proprius aberrarūt. Hoc
autem quia nihil uideri in eo cōmodi poterant reliquerunt. Quin ēt
non defuerunt qui ſuperuacaneam facerent ſepulturam: nihilq; di
cerent eſſe mali: iacere inhumatum: atq; abiectum: quorū impiam
ſapientiam tam omne humanum genus reſpuit q̃ diuine uoces que
id fieri iubent. Verum illi non audent dicere id non eſſe faciendum:
ſed ſi forte non fiat nihil eſſe incōmodi. Itaq; in ea re non tam preci
pientium q̃ conſolantium utuntur officio: ut ſi forte id ſapienti eue
nerit: ne ſe ob hoc miſerum putet. Nos autem non quid ſapienti de
ferēdum ſit dicimus. ſed quid facere ipſe debeat: itaq; nō querimus

nunc utrū ne tota ſepeliendi rō ſit utilis nec ne: licet hæc ēt ſi ſit inanis: ut illi exiſtimant: tamē facienda eſt: uel ob hoc ſolū: quod apud homines bene & humane fieri uidetur. Animus.n.quæritur: & propoſitum ponderatur. Non.n.patiemur figuram & figmentū dei feris ac uolucribus in prædam iacere: ſed reddamus id terræ unde ortum eſt. Et quãuis in homine ignoto neceſſariorum ſepulturam nulli negandam munus implebimus in quorum locum quia deſūt ſuccedet humanitas. & ubicūq; homo deſiderabitur: ibi exigi officium noſtrum putabimus. In quo autem magis iuſticiæ ratio conſiſtit q̃ in eo: ut quod præſtamus noſtris per affectum: præſtemus alienis p̄ humanitatem: quæ eſt multo certior iuſtiorq; cum non iam homini præſtatur qui nihil ſentit. ſed deo ſoli cui cariſſimum ſacrificium eſt opus iuſtum. Dicet aliquis fortaſſe ſi hæc omnia fecero nihil habebo Quid enim ſi magnus hominum numerus egebit: algebit: capietur morietur: ut hæc facientem uel uno die patrimonio exui ſit neceſſe? perdam ne rem familiarem meo aut meorum labore quæſitam: ut iam ipſe mihi aliena miſericordia uiuēdum ſit? Quid ut tam puſillo animo paupertatem times: quam etiam noſtri philoſophi laudant nihilq; hac tutius: nihilq; hac tranquillius eſſe teſtantur? Hoc quod times ſolicitudinum portus eſt. An ignoras quot periculis: quot caſibus cum his malis opibus ſubiaceas? Quæ tecum bene agent: ſi ſine tuo cruore tranſierint: tu uero præda onuſtus incedis: & ſpolia geris: quæ irritent animos: etiam tuorum: Quid ergo dubitas bene collocare id quod tibi forſitan eripiet: aut unum latrocinium aut exiſtens repente proſcriptio: aut hoſtilis aliqua direptio?

Quid uerere fluxum ac fragile bonum facere ſempiternum: aut theſauros tuos cuſtodi deo credere: ubi non furem prædonemq; timeas: non rubiginem: non tyrannum? Qui apud deum diues eſt pauper eſſe nunq̃ poterit. Si iuſticiam tanti putas ſequare abiectas oneribus: quæ te premunt. Libera teipſum compedib; & chathenis: ut expeditus ad deum curras. Magni & excelſi animi eſt deſpicere & calcare mortalia Sed ſi hanc uirtutem non capis: ut diuitias tuas in aram dei conferas: ut fragilibus tibi compares firmiora. Liberabo te metu. Omnia iſta præcepta non ſoli tibi dantur: ſed omni populo: qui mente coniūctus eſt: & cohæret ſicut unus homo. Si ſolus magnis operibus non ſufficis: pro uirili parte operare iuſticiam: ſic tamen ut quantum diuitiis inter cæteros tãtum opere præcellas. Neq; nunc ſuaderi tibi putes: ut rem familiarem tuam

minuas.uel exaurias:ſed quæ in ſuperuacua fueras impenſurus:ad meliora conuertas. Vnde beſtias emis:hinc captos redime.ũde feras paſcis hinc pauperes ale.unde hoĩes ad gladium comparas:hinc innocentes mortuos ſepeli. Quid prodeſt perditæ nequitiæ beſtiarios facere locupletes:& inſtruere ad flagitia? Transfer ad magnũ ſacrificium male peritura ut pro his ueris muneribus habeas a deo munus eternum. Magna eſt miſericordiæ merces:cui deus pollicetur peccata ſe omnia remiſſurum. Si audieris ĩquit preces ſupplicis tui: & audiam ego tuas:ſi miſertus laborãtium fueris:& ego in tuo labore miſerebor: Si autem non reſpexeris nec adiuueris:& ego animũ tuum contra te geram:tuiſq; te legibus iudicabo.

Cap.xiiii.De premio & ꝙ in neceſſitate & precibus pauperũ quiſq; teneatur a deo:& tribus gradibus uirtutis.

q Votiens igitur rogaris.tẽtari te a deo crede:an ſis dignus exaudiri. Circũſpice conſcientiã tuam:& quantũ potes medere uulneribus:nec tamẽ quia peccata largitione tollunt̃:dari tibi licentiã peccandi putes. Abolent̃.n.ſi deo largiare.quia peccaueras:Nã ſi fiducia largiandi pecces:non abolent̃. Deus eĩ purgari hoĩes a peccatis maxime cupit:ĩoq; agi pœnitẽtiã iubet. Agere autem pœnitetiã nihil aliud eſt:q̃ profiteri & affirmare ſe ulterius nõ peccaturũ. Ignoſcitur itaq; his q ad peccatũ ignoranter iprudentet.ĩcauteq; labũt̃:ueniã nõ habet qui ſciens peccat. Nec tamẽ ſi aliquis purificatus fuerit ab omne labe peccati temperandum ſibi ab opere largitionis exiſtimet:q a non habeat peccata quæ deleat immo uero tum magis iuſticiam debet operari:cum factus eſt iuſtus:ut quod ante in medelam uulnerum fecerat:poſtmodum faciat in gloriã laudẽq; uirtutis. Eo accidit ꝙ nemo eſſe ſine delicto poteſt:q̃diu induméto carnis ornatus eſt. Cuius infirmitas triplici mõ ſubiacet dominio peccati: factis: dictis cogitationibus:Per hos gradus ad ſũmum culmẽ iuſticiã procedit. Primus eſt uirtutis gradus malis operibus abſtinere: ſecundus etiã malis uerbis tertius etiam cogitatione rerũ malarum. Qui primum gradum aſcendit ſatis iuſtus eſt:qui ſecũdum iam perfecte uirtutis ſiquidem neq; facts neq; ſermone delinquat. Qui tertium:iſ uere ſimilitudinem dei aſſecutus uidetur. Eſt.n. pene ſupra humanũ modum:ne in cogitatione quidem admittere:quod ſit uel facto malum uel improbum dictu:Itaq; etiam iuſti homines qui freuare ſe poſſuut ab omni opere iniuſto nõnunq̃ tamen ipſa fragilitate uincunt̃. ſeruare.

ut uel in ira malum dicant. uel in aſpectu rerum delectabilium tacita cogitatione concupiſcant. Quod ſi mortalis conditio non patitur hominem eſſe ab omni macula purum: debent ergo largitõe perpetua peccata carnis aboleri: unum eſt eni ſapiẽtis & iuſti & uitalis uiri opus: diuitias ſuas in ſola iuſticia collocare qua profecto q eget licet ille Crœſum aut Craſſum diuitiis ſuperet: hic pauper: hic nudus: hic mendicus putandus eſt. Danda igitur opera eſt: ut idũ to iuſtitiæ pietatiſq; uelemur: quo nos nemo exuat: quod nobis ſempitemũ præbet ornatum. Nam ſi deorum cultores ſimulachra inſenſibilia excolunt: & quicquid precioſi habent in ea conferunt: quibus nec uti poſſunt: nec gratias agere ꝙ acceperint: quanto iuſtius eſt & uerius uiuentia dei ſimulachra excolere ut promereare inuenire uiuentem. Quod ſicut uſui habent: quicquid acceperint & gratias agunt ita deus: in cuius cõſpectu bonum feceris: & probabit & mercedem pietatis exoluet.

## Cap. xiiii. Quod philoſophi uera caruerunt humanitate: qui cũ Stoicis eam inter morbos animæ poſuerunt.

ſI ergo in homine præclarum & excellens eſt bonum miſericordia: idq; diuinis teſtimoniis & bonorum malorumq; conſenſu optimum iudicatur: apparet philoſophos longe abfuiſſe ab humão bono: q neq; præcepætũt eiuſmodi quicq̃ neq; fecerunt: ſed uirtutem: quæ propemodum in homine eſt ſingularis: pro uicio ſemper habuerunt. Libet hic interponere unum de philoſophia locũ ut illorum plenius coarguamus errores: qui miſericordiam: cupiditatem metum: morbos animi appellant. Conantur illi quidem uirtutes a uiciis diſtinguere: quod eſt ſane facillimum. Quis. n. nõ poſſet liberalem a prodigo ſeperare ut illi faciunt: aut purum a ſordido aut quietum ab inerti: aut cautum a timido: ꝙ hæc quæ ſunt bona fines ſuos habeant. quos ſi exceſſerint in uicia labuntur: ita ut conſtantia niſi pro ueritate ſit ſuſcepta fit improdentia. Item fortitudo ſi nulla neceſſitate cogente: aut non pro cauſa honeſta certum periculum ſubierit in temeritatem conuertitur. Liberalitas quoq; ſi alios inſectetur potius q̃ inſectantibus reſiſtat: cõtumatia eſt. Seueritas etiã niſi ſe intra congruentes nocentium pœnas coarceat fit ſceua crudelitas. Itaq; dicunt eos qui mali uideantur nõ ſua ſpõte peccare nec mala potius eligẽ: ſed bonoꝝ ſpecie lapſus icidẽ i mala dũ bonoꝝ ac

malorum diſcrimẽ ignorant. Hæc quidem falſa non ſũt: ſed ad corpus cũcta referuntur. Mã parcum alias purũ eſſe aut conſtantẽ: aut cautũ aut quietum: aut fortem: aut ſeuer℞: uirtutes ſunt quidẽ: ſed huius tẽperantiæ uitæ. Nos autem qui hanc uitam contẽnimus alias nobis uirtutes ꝓpoſitas habemus· de quibus phĩ ne ſuſpicari quidẽ ulla rõne potuerunt. Itaq; & uirtutes quaſdã pro uiciis: & uicia quedam ꝓ uirtutibus habuerunt. Nam Stoici affectus omẽs quo℞ ĩpulſu aĩmus cũmouetur: ex homine tollũt cupiditatẽ atq; læticiã: metũ & mœſticiã. quorũ duo priora ex bonis ſunt: aut futuris: aut præſentibus: poſteriora ex mali. Eodem mõ hæc quatuor morbis ut dixi) uocant: nõ tam natura inſito: q̃ praua opinione ſuſceptos. Et iccirco cenſent eos extirpari poſſe radicitus: ſi bonorũ malorũq; opinio falſa tollatur. Si: n. nigil cenſeat ſapiens bonũ nihilq; malum: nec cupiditare ardeſcet: nec læticia geſtetier. nec metu terrebit̃: nec egritudĩe contrahetur Mox uidebimus an efficiant quod uelint: an quid efficiant interim ꝓpoſitum arrogans ac pene furioſum: qui ſe putẽt mederi & enin poſſe contra uim rõemq; naturæ.

Cap. xv. Quomodo Peripathetici uincãt Stoicos: & doceant affectuũ naturaliũ ſtimulos euelli non poſſe: ſed mitigari. Et ꝙ ea quæ brutis aĩalibus data ſunt: ſingulo homini inſita ſũt uniuerſa. Et qũo Stoici mentis affectiones diffiniant:

h Aec enim naturalia eſſe nõ uoluntaria: oĩum uiuentium ratio demonſtrat. quæ hiſdẽ omnibus quatitur affectibus. Peripathetici ergo rectius: qui hæc omnia detrahi poſſe negant: quia nobiſ cũ ſimul nata ſũt: & conãt̃ oſtendere: q̃ prouidenter: & q̃ neceſſarie deus ſiue natura ſic enim dicũt his nos armauit affectibus quos tam̃ quia plerũq; uicioſi fiunt: ſi nimii ſint: poſſe ab hoĩe adhibito mõ ſalubriter temperari: ut tm̃ homini quantũ naturæ ſatis eſt: relinquatur. Nõ inſipiciẽs diſputatio: ſed ut dixi oĩa nõ ad hanc uitã referẽt̃ toici ergo furioſi qui ea non temperant: ſed abſcindunt: a rebuſq; a natura inſitis caſtrare hominem quodammodo uolont. Quod tale eſt: quale ſi uelint aut metum detrahere ceruis: aut uenenum anguibus: aut iram feris: aut placiditatem pecudibus. Nam quæ ſingula mutis animalibus data ſunt: ea uero uniuerſa homini ſimul. Quod ſi ut medici dicunt lætitiæ affectus in ſplene: ẽ iræ in felle: libidinis in iecore timoris in corde: facilius eſt interficere

aial ipſum:q̃ ex corpore aliquid euellere:quod eſt aiatis naturā uel le mutate. Sed hoĩes prudentes nō intelligūt:cum uicia ex hoĩe tollunt:etiam uirtutem ſe tollere:cui ſoli locū faciunt: Nam ſi uirtus ē in medio iræ ĩpetu:ſeipſū cohibete & reprimere:quđ negare nō poſſunt. Caret ergo uirtute quiſquis ira caret. Si uirtus eſt libidiné corporis cōtinere:uirtute careat neceſſe eſt. qui libidinem quam tépere non hét. Si uirtus eſt cupiditaté ab alieni appetitione refrenare: nullā certe uirtuté poteſt habere:qui caret eo:ad quod cohibendum uirtutis uſus adhibetur: Vbi ergo uicia no ſūt:nec uirtuti locus eſt quidé:ſicut nec uictoriæ qdé:aduerſarius ubi nullus ē:ita fit ut bonū ſine malo eſſe in hac uita nō poſſit. Affectus igitur quaſi ubertas aĩorum eſt naturalis. Nam ſicut inſentes ager qui eſt natura fœcundus exuberat ſic aimus ĩcultus uiciis ſua ſponte inualeſcentibus uelut ſpinis obducitur. Sed cum uerus cultor acceſſerit: ſtatim ſtatim cedentibus uiciis fruges uirtutis oriuntur Deus itaq; cum hoiem primū. finxerat mirabili prouidentia ĩgenerauit ei prius iſtas aĩ cōmotōnes:ut poſſit capere uirtutem:ſicut terra culturā. Poſuitq; mareriā uiciorum in affectibus:uirrutis in uiciis: Que profecto aut nulla eſt aut nulla erit:aut in uſus eſſe non poterit:ſi deſinit ea ꝑ quæ uis eius aut appareat aut conſtet. Videamus nunc iidé illi qui uicia excidūt quid effecerint: Quatuor illos effectus quos ex opinione bonorū malorumq; naſci putant:quibus euulſis ſanandū eſſe aium ſapientis exiſtimant:qm̃ intelligūt & natura inſitos eſſ e & ſine his nihil moueri nihil agi poſſe alia quædā in eorum locum uicemq; ſupponunt. Pro cupiditate alias ſubſtituūt uoluntatem quaſi uero non multo ſit pre ſtabilius:bonum cupere q̃ malum uelle. Item pro lætitia gaudiū: ꝓ metu cautionem: At in illo quarto ĩmutandi nōis eius rō deficit. Itaq; egritudinem penitus ideſt mœſtitiam doloréq; animi abſtulerūt: quod fieri nequaq̃ poteſt. Quis enim poteſt nō dolore:ſi patriā aut peſtilentia exauſerit:aut hoſtis euerterit:aut tyrānus oppreſſerit? Poteſt aliquis non dolore ſi ſublatam uiderit libertaté:ſi proximos:ſi aicos:ſi bonos uiros:aut exterminatos:aut crudeliſſime trucidatos:niſi cuius mēs ita obſtupuerit:ut ſi ei ſēſus omīs ereptus? Quare aut omnia tollere debuerunt:aut ĩplenda fuerāt cūcta hæc & debilis. diſputatio idem etiam pro egritudine aliquid reponendum:qm̃ ſuperioribus ita ordinaris hoc conſequens erat. Vt enim præſentibus lætamur bonis:ſic malis angimur ac dolemus. Si ergo lætitiæ quam uicioſam putabant nomen aliud indiderunt:ſic egritudini qm & ipſam

uiciosam putabant aliud uocabulũ tribui congruebat. Vnde apparet non illis rem defuiſſe: ſed uerbum cuius indigentia eum totum affe ctum qui eſt uel maximus cõtra quẽ natura pateretur auferre uolu erunt. Nam illas oĩum cõmutationes poteram coarguere pluribus & oſtendere: aut ſermonis ornandi augẽdæq; copiæ gratia multa no mina hiſdem rebus ĩpoſita: aut nihil aut certe non multũ inter ſe il la diſtare. Nam & cupiditas a uoluntate incipit & cautio a metu ori tur & letitia nihil aliud eſt q̃ profeſſum gaudiũ. Sed putemus ut ip ſe uolunt eſſe diuerſa. Nẽpe igitur cupiditatem eſſe dicent perſeue rantem ac perpetuam uoluntatem lætitiam uero inſolẽter ſe offerẽs gaudium: metum autem nimiam & excedentẽ modum cautionem. Ita fit ut ea quæ tollenda eſſe cenſent non tollant ſed temperent: ſi quidem nomina tm̃modo ĩmutant res ipſe manet. Eo igitur ĩprudẽ tes reuoluũtur: quo Peripathetici ratione perueniunt: ut uicia qm̃ tol li non poſſunt: medio temperanda ſint Errant ergo qm̃ non efficiũt quod uolunt: & longo aſperoq; circuitu in eadem uiam redeunt.

Cap. xvi. Quod Peripathetici errauerunt. Et quod bonus uſus af fectuum uirtus: eſt malus uicium. Et q᷑ uſus ipſe ex cã penſãdus eſt

a T ego ne Peripatheticos quidem acceſſiſſe ad ueritatẽ puto: quia uicia eſſe concedunt: ſed ea mediocriter temperant. Ca uendum eſt enim uiciis etiam mediocribus: quin potius efficiẽdum fuit primum ne uicia eſſent. Nec enim quicq̃ uicioſum naſci poteſt. ſed uicia fieri ſi male utamur affectibus: uirtutes ſi bene. Deide mõ ſtrandum eſt non ipſos affectus: ſed eorum cauſas eſſe moderandas Non eſt inquiunt nimia lætitia geſtiendum: ſed modice ac tempera te. Hoc uero tale eſt: quale ſi dicerent non eſſe currendum concitate ſed gradiendum moderate. Ac poteſt & qui graditur errare: & q cur rit rectam uiam tenere. Quid ſi oſtendo eſſe aliquid ubi non tm̃ mo dicum: ſed uel punctum gaudere uicioſum ſit: & aliud cõtra ĩ quo uel exultare letitia: minime criminoſum? Quid tandẽ nobis iſta me diocritas prodent: quero utrum ne ſapienti lætandũ putent: ſi quid inimico ſuo mali uideit accidere: aut utrũ ne lætitiã refrenare debe ant ſi uictis hoſtibus: aut oppreſſo tyranno libertas & ſalus ciuib⁊ pa ta ſit? Nemo dubitat: quin & in illo exiguum letari: & in hoc parum lætari ſit maximũ crimen. Eadem de cæteris affectibus licet dicere. Sed ut dixi non in his moderandis ſapiẽtie ĩõ uerſa ẽ ſed ĩ cãis eoꝝ qm̃ extrinſecus cõmouẽt: nec his potiſſimũ frænũ imponi oportuit

q

qm̄ & exigui poſſunt eſſe in maximo crimine. & maximi poſſunt eē ſine crimine: ſed aſſignadi fuerunt certis tēporibus: & rebus: & locis ne uicia ſint quibus uti recte licet. Sicut. n. recte ambulare bonū eſt errare autem malum: ſi moueri affectibus in rectum bonum eſt. in prauū malum. Nā libido ſi extra legitimū thorum non euagetᵃ licet ſit uehemens: tam̄ culpa caret. Sin uero appetit alienū licet ſit medio cris uiciū tam̄ maximū eſt. Non eſt itaq; morbus iraſci: nec cupere: nec libidine cōmoueri: ſed iracūdū eſſe morbus eſt. Cupidū libidino ſum: qui eī iracūdus eſt: ēt cui non debet: aut cui nō oportet iraſcitᵃ. Qui cupidus ēt quod non opus eſt cōcupiſcit. Qui libidinoſus: etiā quod legibus uetatur affectat Omnis ergo ratio in eo uerſari debuit: ut qm̄ eaꝝ rerum impetus inhiberi non poteſt: nec debet quia neceſ ſario eſt inſitus ad tuenda officia uitæ. dirrigeretur potius in uiam re ctam ubi ēt curſus offenſione ac periculo caret.

Cap. xvii. Quod ea quæ phī uicia putant uirtutes ſunt: ſi tamen referantur ad finem debitum idest ad deum. Et ꝙ inſani ſunt q hu manā naturam ingenitis affectibus ſpoliare nituntur.

ſEd euectus ſum coarguendi ſtudio longius. cum ſit mihi pro poſitum ea quæ uicia phī putauerunt oſtendere non tā uicia nō eſſe: ueꝝ etiā magnas eſſe uirtutes. Ex aliis docendi gratia ſūmā quæ pertinere ad rem maxime puto. Metum ſeu timorem in maxīo uicio ponunt: ſūmāq; imbecillitatem eſſe animi putant cui ſit cōtra ria fortitudo: quæ ſi ſit in homine: locum timori eſſe nullū. Credit er go ne aliquis fieri poſſe: ut idem metus ſūma ſit fortitudo: Minime Neq; enī uidetur capere natura ut aliquid ī contrariū recidat. Quia ego non arguta aliqua cōcluſione ut apud Platonem Socrates facit qui eos quos contra diſputat: cogit ea quæ negauerant confiteri: ſed ſimpliciter oſtendam ſūmum metum: ſūmā eſſe uirtutem. Nemo dubitat quin timidi & imbecilli ſit animi: aut dolorem metuere aut egeſtatem: aut exilium: aut carcerem: aut mortem quæ omnia quiſ quis non exhorruerit: fortiſſimus iudicatur. Qui autem deū metuit illa uniuerſa non metuit. Ad quod probandum argumētis opus nō eſt. Spectatæ ſunt enim ſemper: ſpectanturq; adhuc per orbem pœ næ cultoꝝ dei in qbus excruciandis noua & iuſitata tormēta excogita ta ſunt. Nam de mortis generibus horret animus recordari: cum im manium beſtiarum ultra ipſam mortem carnificina ſceuierit. Has

tamen execrabiles corpoꝝ lacerationes: fœlix atq; inuicta patientia ſine ullo gemitu pertulit. Hæc uirtus omnibus populis atq; prouinciis & ipſis tortoribus miraculũ maximũ prebuit cũ pacientia crudelitas uinceret̃. Atq; hanc uirtutem nihil aliud q̃ metus dei fecit. Itaq; ut dicebã nõ euellendus (ut ſtoici) neq; tẽperãdus timor (ut peripathetici uolunt) ſed in uetam uiã dirigendus eſt: auferendiq; ſũt metus: ſed ita ut hic ſolus relinquat̃ qui q̃m legitimus ac uerus eſt. ſolus efficit ut poſſint cætera oĩa nõ timeri. Cupiditas quoq; inter uicia numeratur: ſed ſi hæc terræna ſũt cõcupiſcat uicium eſt: uirtus ãt ſi celeſtia. Qui eĩ iuſtam: qui deũ: qui uitam perpetuã: qui lucẽ ſempternam: ea quæ oĩa quæ deus homini pollicet̃ conſequi cupit: opes iſtas & honores & potentias: & regna ipſa cõtẽnet. Dicet fortaſſe ſtoicus: uoluntate opus eſſe ad hæc cõſequenda non cupiditate: imo uero parum eſt uelle. Multi eĩ uolunt: ſed cum dolor uiſceribus acceſſerit: uoluntas cedit: cupiditas perſeuerat: quæ ſi efficit ut contẽptui ſint omnia: quæ a cæteris appetunt̃ ſũma uirtus eſt: ſi quidem cõtinẽtie mater eſt. ideoq; potius illud efficere debemus ut affectus quibus prauæ uti uicium eſt: dirigamus in rectum. Nam iſte concitatiões animorum iuncto currui ſimiles ſunt: in quo recte moderando ſummum rectoris officium eſt: ut uiam nouerit quam ſi tenebit: licet q̃ concitate ierit non offendit. Si autem errauerit: licet placide ac leuiter eat: aut per confragoſa uexabitur: aut per precipitare labetur: aut certe quo non opus eſt deferetur. Si curſus ille uitæ: qui affectibus uelut equis pernicibus ducitur: ſi rectam uiam teneat fungetur officio: Metus igitur & cupiditas ſi prohiiciantur in terrã uicia fient: Virtutes autem ſi ad diuina referantur: parſimoniam contra uirtutis loco habent: quæ ſi ſtudium eſt habendi: non poteſt eſſe uirtus: quia in augendis uel tuendis terræſtribus bonis tota uerſatur. Nos autem ſummum bunum non referimus ad corpus: ſed omne officium ſolius animæ conſeruatione metimur quod ſi ut ſupra docui patrimonio minime parcendum eſt: ut humanitatem iuſticiamq; teneamus: non eſt uirtus frugi eſſe: quod nomen uirtutis ſpecie fefellit ac decepit. Eſt enim frugalitas abſtinẽtia quidẽ uoluptatũ: ſed eo uicium: quia exhibendi amore deſcendit: cũ ſit & uoluptatibus abſtinendũ & pecunie minime tẽperandum. Nã pce. i. mediocriter uti pecunia: quaſi quædã puſillitas ẽ aĩ aut pertimentis ne ſibi deſit aut deſperantis poſſe ſe illã reparare aut cõtẽptum terreſtiũ non cupientis. Sed illi rurſus eum qui rei familiare ſuæ nõ pcat prodigũ uocãt:

Nam ira liberalem diſtingunt a prodigo: ꝙ his liberalis ſit: qui cibũ
& benemeritis & cũ oportet & quantũ ſatis eſt largit᷑: prodigus uero
qui & non meritis & cũ opus nõ eſt: & ſine reſpectu rei familiaris ef
fundat. Quid ergo ꝓdigum ne dicemus eũ? qui miſericordiæ cã tribu
it egentibus uictum? Atqui multũ refert utrũ ne ſcortis pp libidinẽ
largiare: an miſeris pp humanitatem. Vtrum pecuniam tuam perdu
ctores aleatores, lenoneſq; diripiant: an illã pietati ac deo præſtes. V
trum ne illam uentri ac gulæ ingeras: an in theſauro iuſtitiæ reponas
Vt ergo uicium eſt effundere in malã ꝑtem ſic in bona uirtus. Si uir
tus eſt non ꝑcere opibus quæ poſſunt reparari: ut hominibus uitam ſu
ſtentes quæ reparari nõ poteſt: uiciũ igitur ꝑſimonia eſt. Quare nihil
aliud dixerim q̃ inſanos: qui hominẽ mite ac ſociale aĩal orbãt ſuo
nomine: qui euulſis affectibus quibus omnis conſtat humanitas:
ad ĩmobilem ſtuporem mentis perducere uolunt: dũ ſtudent aĩum
a perturbationibus liberare: & ut ipſi dicunt quietũ tranquillumq;
reddere: quod fieri non tm̃ non poteſt: quia uis & ratio eius in motu ẽ
ſed ne oportet quidem. quia ſicut aqua quidem ſemper iacens & qui
eta inſalubris: & magis turbida eſt: ſic aĩmus ĩmotus ac torquens in
utilis eſt etiam ſibi: nec uitam ipſam tueri poterit. quia nec faciet qc
q; nec cogitabit: cum cogitatio ipſa nihil aliud ſit q̃ mentis agitatio.
Deniq; qui hanc ĩmobilitatem animi aſſerũt: priuare aĩum uita uo
lunt: quia uita actuoſa eſt mors quieta. Quædam etiam recte ꝓ uir
tutibus habent: ſed eaꝝ modum non tenent. Virtus eſt conſtantia:
non ut inferentibus iniuriam reſiſtamus. His enim credendum qđ
cum fieri debeat mox docebo: ſed ut iubentibus facere nos cõtra dei
legem contraq; iuſticiã: nullus minis aut ſuppliciis terreamur: quo
minus dei iuſſionem hominis iuſſioni præferamus. Itẽ uirtus ẽ mor
tem contẽnere: non ut appetamus: eamq; ultro nobis ĩferamus: ſicut
phõrum plurimi & maximi ſepæ fecerunt: qđ eſt ſceleratum ac ne
farium: ſed ut coacti deum relinquere ac fidem ꝓdere: mortẽ ſuſci
pere malimus: libertatemq; defendamus aduerſus ĩpotentiã ſtultam
uecordemq; uiolentiam: ut omnes ſæculi minas: atq; terrores fortitu
dine animi prouocemus. Sic ea quæ alii timent excelſa & inſuperabi
li mente dolorem mortemq; calcamus. Hæc eſt uirtus: hæc uera con
ſtantia: in hoc tuenda & conſeruanda ſolo: ut nullus nos terror. nul
la uis a deo poſſit auertere: Vera igitur Ciceronis illa ſentẽtia ẽ. Nẽo
inquit iuſtus poteſt eſſe: qui mortem: qui dolorem: qui exiliũ: qui
egeſtatem timet. Item Senecæ in libris moralis philoſophiæ dicentis

Hic eſt ille homo honeſtus nõ appice purpurauе. nõ lictoꝶ inſignis miniſterio: ſed nulla re minot: qui cũ mortem in uicinia uidet nõ ſic pturbatur tãq̃ rem nouã uiderit: qui ſiue toto corpore tormẽta patiẽda ſũt: ſiue flãma ore rapienda eſt: ſiue extẽdẽdæ p patibulũ manus nõ quetit quid patiatꝰ: ſed q̃ bene. Qui ãt deũ colit hæc patitur: nec timet. Ergo iuſtus his rebus efficiꝰ: ut neq; uittutes: neq; uittutũ ex actiſſimos limites noſſe: aut tenere poſſit oĩo quiſquis eſt a religiõe dei ſinguleris alienus.

Cap. xviii. Quomodo ptæcepta dei: quibus inſiſtendũ eſt a phis diſſident inſtitutis & q̃uis ſit patientiæ titulus.

[S]Ed omittamus philoſophos: qui aut oio nihil ſciunt: idq; ipſum pro ſũma ſcientia preferũt: aut qui nõ percipiũt ẽt quæ ſciũt: aut qui qm̃ ſe putant ſcire que neſciũt: inepte arroganterq; deſcipiunt. Nos ergo ut ad ꝓpoſitum teuertamur: quibus ſolis a deo ueritas reuelata: & celitus miſſa ſapientia eſt: faciamus que iubet illuminator noſter deus: ſuſtineamus inuicẽ & labores huius uite mutuis adiumẽtis perferamus. Nec tũ ſi quid boni operis fecenmus gloriam captemus ex eo. Monet eni deus operatorẽ iuſtitie non oportete eſſe iactantẽ ne nõ tam mandatis celeſtibus obſequendi: q̃ ſtudio placendi: humanitatis officio fũctus eſſe uideatur. Habeatq; iã ptæcium glotiæ quod captauit: nec premiũ cæleſtis illius: ac diuinæ metcedis accipiat. Cætera quæ obſeruate cultot dei debet: facilia ſũt illis uirtutibus cõprehenſis. Non mẽnatur unq̃ decipiendi aut nocẽdi cã. Eſt. n. nefas eũ qui ueritati ſtudeat in aliqua te eſſe fallacẽ atq; ab ipſa quam ſequitur ueritate diſcedere. In hac iuſtitiæ uittutumq; oĩum uia: nullus mẽdatio locus eſt. Itaq; uiator ille uerus ac iuſtus ñ dicet illud Lucillianum. Homini amico ac familiati nõ eſt mentiri meum: ſed ẽt inimico atq; ignoto eſtimabit nõ eſſe mẽtiri ſuũ: nec aliqñ cõmittet ut lingua interptes animi a ſenſu & cogitatione diſcordet: pecuniã ſi quam crediderit nõ accipiat uſurã: ut & beneficiũ incolume ſit: quod ſuccurrit neceſſitati: & abſtineat ſe ꝓrſus alieno. In hoc eĩ genere officii debet ſuo eſſe cõtentus: quẽ oporteat alias: ne ꝓptio quidẽ pcete ut bonũ faciat: plus ãt accipere q̃ dederit iniuſtũ ẽ Quod qui facit inſidiatꝰ quodãmõ: ut ex alterius neceſſitate ptædetꝰ. Aut iuſtus nũq̃ pretermittet quominus aliquid miſericorditer faciat nec iqnabit ſe huiuſmõi queſtuꝰ ſed efficiet ſine ullo ſuo dãno idipſũ quod cõmodat inter bona opa numetetꝰ. Munus nõ accipiet a paupe

ut ſi quid ipſe preſtiterit: eo bonũ ſit: quo fuerit gratuitũ: maledicẽti benedicto reſpondeat: nũq̃ ipſe maledicat ne uerbũ malũ ꝓcedat ex ore hominis: qui colit uerbũ bonũ. Quinẽt caueat diligenter: ne quando inimicũ ſua culpa faciat: & ſi quis extitent tã protetuus qui bono & iuſto faciat iniuriã: clæmenter ac moderate ferat: & ultionẽ ſuam nõ ſibi aſſumat: ſed dei iudicio reſeruet: innocẽtiã ſẽp & ubi q; cuſtodiat. Quod preceptũ nõ ad hoc rm̃ ualet: ut ipſe iniuriã non inferat: ſed ut illa tã ſibi non uindicet: ſed ei qui maximus & æquiſſimus iudex ſpeculator ac teſtis eſt oĩum: hunc hõi preferat: hũc malit de ſua cauſa ꝓnunciare: cuius ſentẽtiã nemo effugere poteſt: nec defenſione cuiuſq̃: nec gratia. Ita fit ut homo iuſtus cõtẽptui ſit omnibus: & quia putabitur ſemetipſũ defendere nõ poſſe habebitur ꝓ ſegni & inerti. Qui ãt fuerit ultus inimicũ hi fortis hic ſtrenuus iudicatur: hunc colunt: hunc omnes uerentur. Bonus uero ille tãetſi prodeſſe omnibus uel pluribus poſſit illũ tñ ſuſcipiunt qui nocere q̃ q prodeſſe põſſit: ſed iuſtum prauitas hoĩum deprauare non poterit: quominus deo ſtudeat obtẽperare: maliтq; contẽni dũmodo ſemper bono fungatur officio: mali nũq̃. Cicero in iiſdem illis officialibus. At uero ſi quis uoluerit inquit ſui animi cõplicatam notionem euoluere: iam ſeipſe doceat eum uirum bonũ eſſe qui proſit quibus poſſit: nocet nemini: niſi laceſſitus iniuria. O q̃ ſimplicem ueramq; ſentẽtiam duorum uerboꝝ adiectione corrupit. Quid.n. opus fuerat adiũgere: niſi laceſſitus iniuria: ut uiciũ bono uiro quaſi cãm turpiſſimã apponeret: patientiaq; quæ omnium uirtutũ maxima eſt facere exptem? Nociturum eſſe dixit bonum uirum: ſi fuerit laceſſitus. Iã hoc ex ipſo boni uiri nomẽ amittat neceſſe eſt. ſi nocebit. Non minus.n. mali eſt referre iniuriam q̃ inferre. Nam unde certamina inter hoĩes unde pugnæ contẽtioneſq; naſcũtur niſi quod improbitati appoſita ĩpatientia: magnas ſæpe concitat tẽpeſtates. Quod ſi patientiã qua uirtute nihil uerius: nihil homine dignius inueniri poteſt: ĩprobitati oppoſueris extinguetur protinus tãq̃ igni aquam ſuperfuderis. Sin autem prouocatrix illa ĩprobitas ĩpatientiam ſibi cõparem nacta ẽ: tãq̃ perfuſa oleo tm̃ excitabit incendium: ut id non flumẽ aliquod: ſed effuſio cruoris extinguat: magna itaq; patientiæ ratio eſt: quam ſapiens homo ademit bono uiro: ut enim nihil malorum fiat: hæc ſola efficit: quæ ſi detur õnibus nullum ſcelus: nulla fraus in rebus humanis erit. Quid ergo bono uiro poteſt eſſe tã calamitoſum: tãq; cõtrarium: q̃ iræ frena permittere: quæ illũ non modo boni: ſed etiam

hominis appellatione diſpoliet? Si quidem nocere alteri: ut ipſe ait
uerisſime: non eſt ſecūdum hominis naturā: nam & pecudes ſi laceſ
ſas: aut calce: aut cornu repugnant: Et ſerpētes ac feræ: niſi perſequa
ris: ut occidas. negocium non exhibēt. Et ut ad hominū exēpla rede
amus: īperiti quoq; & inſipientes ſi quando accipiunt iniurias: cæco
& irrationabili furore ducūtur: & his qui ſibi nocent uicem tribuere
conantur. In quo igitur ſapiens ac bonus uir a malis & inſipientibus
differt? niſi quod hēt inuictā patientiam: qua ſtulti carent: niſiq; re
gere ſe ac mitigare iram ſuam nouit: quam illi: quia uirtute indigēt
frenare non poſſunt: ſed uidelicet hæc ipſum res fefellit quia cum de
uirtute queritur in quacūq; conditione uincere putauit eſſe uirtutis.
Nec uidere ullo modo potuit hominem dolori & iræ ſubcūbentem:
& his affectibus indulgentem: quibus debet potius reluctari. Et ruē
tem quacūq; in parte prouocarit improbitas uirtutis officiū non te
nere. Qui enim referre iniuriā nititur cum ipſum a quo leſus eſt ge
ſtit imitari: ita qui malum imitatur: bonus eſſe nullo pacto poteſt.
Duobus igitur uerbis duas uirtutes maximas: bono & ſapienti uiro
īnocentiā pacientiāq; detraxit: ſed quia ipſe caninā illā facūdiā ſicut
Saluſtius ab Appio dictum refert exercuit: uoluitq; hominē canino
modo uiuere: ut remordeat laceſſitus: que retributio cōtumeliæ q̄ p
nitioſa ſit: & quas edere ſoleat ſtrages: unde oportunius petetur exē
plum q̄ ex ipſius præceptoris triſtiſſimo caſu qui cū his philoſopho
rum præceptis obtēperare geſtit: ipſe ſe perdidit. Qui ſi laceſſitus
iniuria patientiam tenuiſſet: ſi diſſimulare: ſi ferre cōtumeliam boni
uiri eē didiciſſet: nec illas nobiles orationes alieno titulo inſcriptas im
patientia & leuitas & inſania profudiſſem unq̄ capite ſuo roſtra: in
quibus ante floruerat cruentaſſet: nec rempublicam funditus pro
ſcriptio illa deleſſet. Sapientis ergo ac boni uiri non eſt uelle certare
ac ſe periculo cōmittere: qm̄ & uincere non eſt in noſtra poteſtate: &
eſt anceps omne certamē: ſed eſt ſapientis & optimi uiri nō aduerſa
rium uelle tollere: quod fieri ſine ſcelere ac periculo non poteſt: ſed
certamē ipſum: quod fieri & utiliter & iuſte poteſt. Summa igitur
uirtus habēda patiētia eſt quam ut caperet homo iuſtus: uoluit illū
deus: ut ſupradictum eſt ꝑ inerte cōtemni. Niſi. n. cōtumeliis fuerit
affectus: quantum habeat fortitudis in ſeipſo cohibendo ignorabit.
Si autem laceſſitus iniuria lædentem perſequi cœpit: uictus eſt. Si
uero motum illum ratione compreſſerit: hic plane imperat ſibi: &
hic regere ſe poteſt: quæ ſuſtentatio ſui recte patientia nominatur:

quæ una uirtus oībus eſt appoſita uiciis & affectib᷒. Hæc ꝑturbatū animum ac fluctuantem ad tranquillitatem ſuam reuocat: hæc mit tigat: hæc hoīem ſibi reddit. Ergo qm̄ naturæ repugnare impoſſibile eſt: & utile ut non cōmoueamur oīo: prius tamen q̄ cōmotio illa ꝓ ſiliat ad nocendum: quo ad fieri poteſt maturius ſopiatur. Præcepit deus non occidere ſolem ſuper iram noſtram: ne furoris noſtri teſtis abſcedat. Deniq; Marcus Tulius contra ſuum præceptum: de quo paulo ante dixit: obliuionem iniuriarum in magnis laudibus poſuit. Spero inquit Cæſar qui obliuiſci nihil ſoles niſi iīurias. Quod ſi hoc ille faciebat homo: non a cæleſti tm̄: ſed a publica quoq; ciuiliq; iuſ titia remotiſſimus: quanto magis id nos facere debemus: qui immor talitatis uelamine candidati ſumus.

Cap. xix. Quod Peripathetici Stoicis obuiant in defenſione affe ctuum. Et quæ ſint tres furiæ: quas poetæ finxerunt & quis earū uſus ſit & abuſus.

ſ Toici cum affectus ex homine tāq̄ morbos conantur euelle re: Peripathetici ſe opponunt: eoſq; nonmodo retinent: ſed e tiam defendunt: Nihilq; in homine eſſe dicunt: quod nō magna ra tione ac prouidentia ſit innatum. Recte id quidem: ſi ſingularum re rum ueros terminos ſcirent. Itaq; hanc ipſam iram commitem eſſe dicunt uirtutis: tāq̄ nemo poſſit aduerſus hoſtes fortiter dimicare: niſi fuerit ira concitatus. Quo plane oſtendunt nec quid ſit uirtus ſci re ſe: nec cur homini attribuerit iram deus. Que ſi nobis ideo data ē ut ea utamur ad occidendos homines: quid immanius homine: qd ſimilius feris beluis exiſtimandum eſt: q̄ id aīal quod ad cōionem & innocentiam deus fecit? Tres ſunt igitur affectus qui homines ī om nia facīora præcipites agāt: ira cupiditas libido. Propterea poetæ tres furias eſſe dixerunt: quæ mentes hominum exagitēt: ira ultionem deſiderat: cupiditas: opes: libido uoluptates. Sed his omnibus deus certos limites ſtatuit: quos ſi tranſcenderent: maioreſq; eſſe cœperit neceſſe eſt naturam ſuam deprauent: & in morbos ac uicia uertant. Qui āt ſint iſti limites: non eſt magni laboris oſtendere. Cupiditas ad ea cōparanda nobis data eſt: quæ ſūt ad uitam neceſſaria: libido ad ſobolem propagandam: iræ affectus ad cohercenda peccata: eoꝝ quæ ſūt in noſtra poteſtate: ideſt ut arictiore diſiplina minor ætas ad probitatem iuſtitiamq; formetur: quæ niſi metu cohibeatur: licētia

pariet audatiam quæ ad oē flagitiū & facinus euadet. Itaq; ut ira u
ti aduerſus minores & iuſtum eſt & neceſſariū: ſic & aduerſū pares
& perniciosum eſt & impiū. Impiū quod uiolatur humanitas perni
ciosū q illis regnantibus aut perdere neceſſe eſt aut perire. Hanc āt
quā dixi eſſe rōem: cur homini ſit iræ affectus datus ex ipſius dei pre
ceptis intelligi poteſt: q iubet uti maledictis & ledentibus nō iraſca
mur. Manus āt noſtras ſupra minores ſemp hēamus: hoc eſt ut pec
cantes eos aſſiduis uerberibus corrigamus: ne amore inutili & indul
gentia nimia educentur ad malum & ad uicia nutriantur. Sed rerū
imperiti & rōnis ignari: eos affectus qui ſūt homini aduerſus bonos
dati exterminauerūt: & latius q̄ ratio poſtulat euagantur. Inde iniu
ſte atq; impie uiuirur: utuntur ira contra pares hinc diſcidia: hinc ex
pulſiones: hinc bella cōtra iuſticiam nata ſunt. Vtūtur cupiditate ad
congerendas opes hinc fraudes: hinc latrocinia: hinc omnia ſcelerum
genera orta ſunt. Vtuntur libidine ad capiendas tm̄ uoluptates. Hic
ſtupra: hinc adulteria: hinc corruptelæ omnes extiterunt. Quicunq;
igitur illos affectus intra fines ſuos redigerit: quod ignorantes deum
facere non poſſunt: hic patiens hic fortis: hic iuſtus eſt.

Cap. xx. De qnq; ſenſuū uoluptatibus. Et quare plus uoluptatis datū ſit hōi a natā q̄ cæteris aīalib9. Et primū de uoluptate uiſus & de ſpectaculis euitādis. Et de ludoꝝ & ſpectaculoꝝ auctoribus.

Eſtat ut contra quinq; ſenſuum uoluptates dicam breuiter. Nam & ipſius libri menſura iam modum flagitat que om
nes quoniam uicioſæ ac mortiferæ ſunt: uirtute ſuperari atq; oppri
mi debent uel quod pauloante dicebam: de affectibus ad rationem
ſuam reuocari. Cæteræ animantes præter unam uoluptatem quæ
ad generandum pertiet nullam ſentiunt. Vtuntur ergo ſenſibus ad
naturæ ſuæ neceſſitatem. Vident ut appetant ea quibus opus eſt
ad uitam tuendam: audiunt inuicem ſeque dinoſcunt: ut poſſint:
congregari. Quæ ūtilia ſunt ad uictum aut ex odore inueniunt.
aut ex ſapore percipiunt: inutilia reſpuunt aut recuſant. Edendi &
bibendi officium uentris plenitudine metiuntur. Homini uero
ſolertiſſimi artificis prouidentia dedit uoluptatem infinitam &
in uicium cadentem: quia propoſuit ei uirtutem quæ cum uolup
tate ſemper tanq̄ cum domeſtico hoſte pugnaret. Cicero in caro
ne maiore. Stupra uero inquit & adulteria & omne flagitium:

nullis excitati aliis illecebris niſi uoluptatis. Cũq; homini ſiue natã ſiue quis deus nihil mẽtem præſtabilius dediſſet: huic diuino muneri ac dono nihil tam inimicũ q̃ uoluptate Nec ei libidine dominante tẽperantiæ locum eſſe: neq; in uoluptatis regno uirtutem poſſe cõſiſtere: ſed ecõtrario deus iccirco uirtutẽ dedit: ut expugnaret & uinceret uoluptatẽ: eãq; egredientem fines ſibi datos: intra præſcriptũ cohercere: ne hominẽ ſuauitatibus delinitũ atq; captum: ditioni ſuæ ſubiiceret: ac ſempiterna morte mulctaret. Voluptas oculoꝝ uaria & multiplex quæ capitur ex aſpectu rerum quæ ſũt in uſu hoium uel natã uel opere delectabiles: hanc philoſophi rectiſſime ſuſtulerunt. Aiunt enĩ multo eſſe præclarius & hoie dignius: cælum potius quã cælata ĩtueri: & hoc pulcherrimũ opus ĩter micantibus aſtroꝝ luminibus tã q̃ floribus adornatũ: q̃ picta & ficta & gẽmis diſtĩcta mirari. Sed cũ diſerte ad contẽptum terræſtriũ nos exhortati ſũt: & ad cæli ſpectaculũ excitauerũt: tũ ſpectacula hæc publica nõ cõtẽnũt: itaq; his & delectantur & libenter interſunt: quæ qm̃ maxima ſunt irritamenta uiciorum: & ad corrũpendos animos potiſſime ualent tollenda ſunt nobis: quia nõ mõ ad beatam uitã nihil conferũt: ſed etiã nocẽt plurimũ. Nam qui hoiem q̃uis obmerita dãnatũ in cõſpectu ſuo iugulari pro uoluptate cõputat conſcientiam ſuã polluit tã. ſ. q̃ ſi homicidii quod fit occulte ſpectator & ꝑticeps fiat: Nos tamen ludos uocãt in quibus humanus ſanguis effunditur. Adeo longe ab hominibus ſeceſſit humanitas ut cum animas hominum interficiant ludere ſe opinentur: nocentiores his omnibus quorum ſanguinem uoluptati habent. Quæro nunc an poſſint pii & iuſti homines eſſe qui conſtitutos ſub ictu mortis ac miſericordiam deprecantes: non tantum patiuntur occidi: ſed efflagitant feruntq; ad mortem crudelia & inhumana ſuffragia nec uulneribus ſatiati: nec cruorem contenti: quin etiam percuſſos iacenteſq; repeti iubent: & cadauera ictibus diſſipari ne quis illos ſimulata morte deducat. Iraſcantur etiam pugnantibus niſi celeriter alter e duobus occiſus eſt: & tanquam humanum ſanguinem ſitiant: oderunt moras: alios illis compares dari poſcunt recentiores. ut q̃primum oculos ſuos ſatient. Hac conſuetudine imbuti humanitatem perdiderunt. Itaq; non parcunt etiam innocentibus: ſed exercent in omnes quod in malorum trucidatione didicerunt. Huius igitur publici homicidii ſocios & participes eſſe non conuenit: eos qui iuſtitiæ uiam tenere nituntur. Non enim cum occidere deus uetat: latrocinari tantum prohibet:

quod ne per leges quidē publicas licet: ſed ea quoq; ne faciāt monet quæ apud hoīes pro licitis hñtur. Ita neq; militari iuſto licebit: cuius militia eſt ipſa iuſticia: neq; uero accuſare quēq; crimine capitali: qa nihil diſtat utrū ne ferro an uerbo potius occidas: qm̄ occiſio ipſa ꝓhibetur. Ita q̄ ī hoc dei præcepto nullā prorſus exceptionē fieri oportet: quin occidere hoīem ſit ſēper nefas: quē deus ſanctū aīal eſſe uoluit. Ergo ne illud quidē cōcedi aliquis exiſtimet: ut recentes natos liceat oblidere: quæ uel maxima eſt īpietas. Ad uitam enī deus inſpirat aīas non ad mortē. Verū hoīes ne quod ſit facinus quo manus ſuas nō polluant: ruddibus adhuc & ſimplicibus animis abnegāt lucē non a ſe datā. Expectet uero aliquis ut alieno ſanguine parcant: qui nō pcunt ſuo: ſed hi fine ulla cōtrouerſia ſcelerati & iniuſti. Quid illi quos falſa pietas cogit exponere? Nō poſſūt īnocentes exiſtimari qui uiſcera ſua in predā canibus obiiciunt: & quātū in ipſis eſt: crudelius necant q̄ ſi ſtranſgulaſſēt. Quis dubitet quin īpius ſit qui alienæ miſericordiæ locū nō tribuūt? qui ēt ſi cōtingat ei qd̕ uoluit ut alatur addixit certe ſanguinem ſuū uel ad ſeruitutē uel ad lupanar. Quę āt poſſunt uel ſoleant accidere i utroq; ſexu uel per errorē quis nō intelligit quis ignorat? Quod uel unius Edipodis declarat exēplū duplici ſcelere cōfuſum. Tam igitur nefariū eſt exponere q̄ necare. At enī pcide facultatū auguſtias cōquerūtur: nec ſe pluribus liberis educandis ſufficere poſſe pretendūt: quaſi uero aut facultates in poteſtate ſint poſſidentiū aut non quotidie deus ex diuitibus pauperes & ex pauperibus diuites faciat. Quare ſi quis liberos ob paupertatē non poterit ducare: ſatius eſt ut ab uxoris congreſſione cōtineat: q̄ ſceleratis manibus dei opera corūpat. Ergo ſi homicidiū facere nullo modo licet nec intereſſe oīo cōceditur. nec cōſcientiā perfundat ullus cruor. Siquidem populo ſanguis ille præſtatur: i ſcænis quoq; neſcio an ſit corruptela uicioſior. Nam & comicæ fabulæ de ſtrupris uirginum: aut loquntur amoribus meretricum: & quo magis ſunt eloquentes qui flagitia illa finxerunt eo magis ſententiarum elegantia perſuadent: & facilius inhærent audientium memoriæ uerſus numeroſi & ornati. Item graniæ hiſtoriæ ſubiiciunt oculis parricidia & inceſta regum malorum: & coturnata ſcelera demonſtrant. Hiſtriorum quoque impudiciſſimi motus: quid aliud niſi libidines docent & inſtigant? quorum eneruata corpora: & in muliebrem inceſſum habitumq; mollita: impudicas fœminas inhoneſtis geſtibus mentiuntur. Quid de mimis loquar

corruptelarum preferentibus diſciplinã: qui docẽt adulteria dum fin gunt: & ſimulatis erudiunt: ad uera? Quid iuuenes aut uirgines faci ant: cum & fieri ſine pudore: & ſpectan libenter ab oibus cernunt? Admonẽtut uniq; quid facere poſſint & in flãmantur libidine: quæ aſpectu: maxime cõicatur: ac ſe quiſq; ꝑ ſexu in illis imaginibus pre figurat: probãtq; illa dũ rident: & adhærentibus uiciis corruptiores ad cubicula reuertũtur: nec pueri modo quos prematuris uiciis ibui nõ oportet: ſed ẽt ſenes quos peccare nõ decet in talẽ uicioꝝ ſemitã dilabuntur. Circenſium quoq; ludoꝝ tatio quid aliud habet niſi leui tatem: uanitatem: inſaniam. Tanto nãq; ĩperu cõcitantur animi ĩ fu rorem: quanto illic ĩpetu curritur ut iam plus ſpectaculi exhibeant: qui ſpectandi gratia ueniunt cõ exclamare & efferri & exilire cœpe rint. Vitanda ergo ſpectacula oĩa non ſolũ ne quid uicioꝝ pectoribꝰ inſideat: quæ ſedira & pacifica eſſe debent: ſed ne cuius nos uolup tatis conſuetudo deliniat: & a deo atq; a bonis operibus auertat. Nã ludoꝝ celebrationes deoꝝ feſta ſunt: ſiquidem ob natales eoꝝ uel tẽ porum nouoꝝ dedicationes ſunt conſtituti. Et primitus quidem ue nationes quæ uocant̃ munera Saturno attributæ ſunt: Ludi ãt ſcani ci libero: Cirenſes uero Neptuno. Paulatim uero & cæteris diis idem honos tribui cœpit: ſinguliq; ludi nomibus eoꝝ conſecrari ſunt: ſicut Siſinnius capito in libris ſpectaculoꝝ docet. Si quis igitur ſpectacu lis iterẽ: ad quæ religionis gratia conuenitur: diſeſſit a dei cultu: & ad deos ſe cõtulit: quoꝝ natales & feſta celebrauit.

Cap. xxi. De uoluptate aurium. Et quid ſibi uelit diuinorum elo quioꝝ ſimplicitas quæ omnibus carminibꝰ & floribus pompiſq; uer borum præferenda eſt.

q Vrium uoluptas ex uocum & cantuum ſuauitate percipitur quæ ſcilicet tam uicioſa eſt q̃ oblectatio illa de qua diximus oculorum. Quis enim non luxurioſum ac nequam putet eum qui ſcenicas artes domi habeat? At qui nihil refert utrum ne luxuriã ſolus domi: an cum populo exerceas intheatro. Sed iam de ſpec taculis dictum eſt: reſtat unum quod eſt nobis expugnandum: ne capiamur his quæ ad ſenſum intimum penetrant. Nam illa om nia quæ uerbis carent. ideſt aeris & neruorum ſuaues ſoni: poſſunt facile contemni: quia non adhærent ne ſcribi poſſunt. Carmẽ au tem compoſitum & oratio cum ſuauitate decipiens: capit mentes & quo uoluerit impellit. Inde homines litterati cum ad religionem

dei acceſſerint: ab aliquo petito doctore fundati minus credunt. Aſ
ſueti enim dulcibus & politis ſiue orationibus ſiue carminibus: diui
narum litteraꝝ ſimplicem cõmunemq; ſermonem pro ſordido aſp
nantur: id enim quærunt quod ſenſum demulceat. Perſuadet autem
quicqnid eſt ſuaue: & animo penitus dum delectat inſidet. Nũ igit
deus & mentis & uocis & linguæ artifex: diſerte loqui non poteſt?
Immo uera ſũma prouidentia carere fuco uoluit: ea quæ diuina ſũt
ut oẽs intelligerent: que ipſa oĩbus loquæbatur. Ergo qui ueritati ſtu
det: qui non uult ipſe ſe decipere abiiciat inimicas & noxias uolupta
tes: que aĩam ſibi uinciat: ut corpus cibi dulces: prefetantur uera fal
ſis: æterna breuibus: utilia iocũdis. Nihil aſpectu gratũ ſit: niſi qđ
pie quod iuſte fieri uideas: nihil auditu ſuaue. niſi quod alit aĩam.
melioremq; te reddit. Maximeq; hic ſenſus non eſt ad uicium detor
quendus: qui nobis ideo datus eſt: ut doctrinam dei percipere poſſe
mus. Ita ꝙ ſi uoluptas eſt audire cantus & carmina: dei laudes cane
re & audire iocundũ ſit. Hæc uoluptas uera que comes ẽ & ſocia uir
tutis. Hæc eſt non caduca & breuis: ut ille quas appetunt qui corpo
ri ut pecudes ſeruiunt ſed perpetua & ſine ulla intermiſſiõe delectaſ
Cuius terminos ſi quis exceſſerit nihilq; aliud ex uoluptate petierit
niſi ipſam uoluptatem hic mortem meditatur: quia ſicut uita perpe
tua in uirtute eſt ita mors in uoluptate. Qui enim tẽporalia malue
rit carebit æternis qui terræna prætulerit: cæleſtia non hẽbit.

Cap. xxii. De uoluptate olfatus & guſtus: quã uir prudens euita
re debet ut laqueos & tendiculas mortis.

a D uolupluptates autem ſaporis & odoris: qui duo ſenſus ad
ſolum corpus pertinent: nihil eſt aliud quod a nobis diſpu
tetur niſi forte quis exigit ut dicamus turpe eſſe ſapienti ac bono ſi
uentri & gulæ ſeruiat ſi unguentis oblitus: ac floribus coronatus in
cedat: quod qui facit utiq; inſipiens & ineptus & nihil eſt: & que m
ne odor quidem uirtutis attigerit. Fortaſſe quiſpiam dixerit. Cur er
go illa facta ſunt: niſi ut illis fruamur? At enim iam ſæpe dici ſtũ ẽ
uirtuté fuiſſe futuram nulam niſi haberent quæ opprimerent. Itaq;
fecit oĩa deus ad inſtruendũ certamẽ terũ duarum. Ergo illecebræ iſ
tæ uoluptatum: arma ſũt illius cuius opus unũ eſt expugnare uirtu
tẽ iuſticiamq; ab oĩbus excludere. His blandimẽtis titillat aĩa & ſua
uitatibus: Scit enim quia mortis eſt fabricatrix uoluptas. Nam ſicut
deus hominem ad uitam non niſi per uirtutem ac laborem uocat ita

ille ad mortem per delicias ac uoluptates: & ſicut ad ueꝝ bonū per fallacia mala: ſic ad ueꝝ malum per bona fallacia peruenitur. Cauenda ſūt igitᷣ oblectamēta iſta tāq̄ laquei & plage: ne ſuauitudinū molliciæ capti: ſub ditione mortis cum ipſo corpore redigamur: cui nos mancipauimus.

Cap. xxiii. De uoluptate tactus: & quare ſit in hoīe uehementior q̄ in cæteris animalibus: & quantas per eū diabolus turpitudines ingerat & ſpicula gehennæ. Et de licito coitu & illicito. Et quare inter oīa aīantia ſola mulier poſt conceptū ſit paciens uiti. Et quis ſit cōtinentie uel inconnnētiæ fructus.

u Enio nūc ad eā quæ percipitur ex tactu uoluptatē: qui ſenſus eſt quidem totius corporis ſed ego non de ornamentis aut ueſtibus: ſed de ſola libidine dicendū mihi puto quæ maxime cohercēda eſt: quia maxime nocet. Cū excogitaſſet deus duorum ſexuū rationem: attribuit ipſis ut ſe inuicē appeterent & cōiunctione gauderent. Itaq; ardentiſſimam cupiditatem cunctorum aīantium admiſcuit corporibus. ut in hos affectus auidiſſime ruerent: ea ratione propagari & multiplicari genera poſſent. Que cupiditas & appetentia ī homine uehementior & acrior inuenitur: uel quia hominum multitudinem uoluit eſſe maiorem uel quoniam uirtutem ſoli homini dedit: ut eſſet laus & gloria in cohercēdis uoluptatibus: & ſui abſtinētia: Sic ergo aduerſarius ille noſter quanta ſit uis huius cupiditatis: quam quidem neceſſitatem dicere maluerunt: eamq; recto & bono ad malum & ad prauum transfert: illicita enim deſideria immittit: ut aliena contaminet: quibus habere propria ſine delicto licet: obiiciat: quippe oculis irritæbiles formas: ſuggeritq; fomenta: & uiciis pabulum ſubminiſtrat: tum intimis uiſceribus ſtimulos omnes cōturbat: & commouet: & naturalem illum incitat atq; inflammat ardorem: donec irrhetitum hominem implicatumq; decipiat. At ne quis eſſet qui pœnarum metu abſtineret alieno: lupanaria quoque conſtituit & pudorem infœlitium mulierum publicauit: ut ludibrio haberet tam eos qui faciunt: q̄ quas pati neceſſe eſt. His obſcænitatibus animas ad ſanctitatem genitas uelut in cæni gurgite demerſit: pudorem extinxit: pudicitiam flagitauit. Idem etiam mares maribus admiſcuit: & nefandos coitus contra naturam: contraq; inſtitutum dei machinatus eſt: ſic imbuit homines & armauit ad nefas omne. Quid enim poteſt eſſe ſanctum his qui etatem imbecillam & præſidio indigentem: libidini ſuæ depopulandam

fœdandáq; ſubſtrauerint? Non pōt hec res ꝑ magnitudine ſceleris e narrari. Nihil āplius iſtos appellare poſſū q̄ īpios & ꝑricidas qbus nō ſufficiat ſexus a deo datus: niſi & ſuū ſexum ꝓphane ac petulātur il ludant. Hec tam̄ apud illos leuia & quaſi honeſta ſūt: Quid dicā de his qui abhominadā nō libidinē: ſed inſaniā potius exercēt? Piget di cere: ſed quid his fore credamas quos nō piget facere: & tam̄ dicēdū ē qa fit de iſtis loquor quoꝝ teterrīa libido & execrabilis furor ne ca piti quidē pcit. Quibus hoc uerbis aut qua indignatiōe tm̄ nefas pro ſequar? Vicit offm̄ lingue ſceleris magnitudo: Cum igit̄ libido hec e dat opa & hec facinora diſignet armādi aduerſus eā uirtute maxīa ſumus. Quiſquis affectus illos frenare nō pōt: cohibeat eos ītra pre ſcriptū legitimi thori: ut & illud quod auide expetit aſſequat̄: & tam̄ in peccatū non incidat. Nam qui ſibi homines perditi uolūt? Nēpe honeſta opa uoluptas ſequitur. ſi ipſam per ſe appetūt: iuſta & legi gitima frui licet. Quod ſi aliqua neceſſitas ꝓhibebit: tū uero maxīa adhibenda uirtus erit: ut cupiditati cōtinentia reluctetur. Nec tm̄ alī enis thoris quæ attingere nō licet: uerū ēt publicis uulgatiſq; corpori bus abſtinēdū deus præcæpit Docetq; nos cū duo īter ſe corpa fuerīt copulata: unū corpus efficere Itaq; q ſe cæno īmſerit ceno ſit oblitus neceſſe eſt. Et corpus qdē cito ablui poteſt: mens āt cōtagione impu dici corporis inquinata non poteſt: niſi ex longo tempore & multis bonis operibus ab ea quæ inheſerit colluuione purgari. Oportet ergo ſibi quēq; ꝓponere. duoꝝ ſexuū cōiunctiōem generādi cā datum eē uiuentibus. Eāq; legem his affectibus poſitam ut ſucceſſionem pa rent: ſicut autem dedit nobis oculos deus: non ut ſpectemus uolu ptatemq; capiamus: ſed ut uideamus ꝓpter eius actus qui pertinēt ad uitæ neceſſitatem. Ita genitalem corporis partem quod nomen ipſum docet: nulla alia cauſa niſi efficiendæ ſobolis accæ pimus. Hinc diuine legi ſumma deuotione parendum eſt: ſint omnes qui dei diſcipulos ſe profitebuntur ita morati & inſtituti: ut impetrare ſibi poſſint. Nam qui uoluptatibus indulgent qui li bidini obſequuntur: hi animam ſuam corpori mancipant: ad mor temq; condemnant: qui ſe corpori addixerunt: in quo habet mors poteſtatem. Vnuſquiſq; igitur quantum poteſt formet ſe ad uerecundiam: pudoremq; colat: caſtitatem mente & conſcientia tue atur: nec tantum legibus publicis pateat: ſed ſi ſupra omnes leges qui legem dei ſequitur. quibus bonis ſi aſſueuerit iam pudebit eum i deteriora deſcēdere. Modo placeāt recta & honeſta quæ meliorib

iocundiora ſunt q̃ praua & inhoneſta peioribus. Nõdum oĩa caſtita tis officia executus ſũ: quam nõ modo deus intra priuatos parietes: ſed ẽt æpiſcripto lectuli terminat ut cũ quis habeat uxorem neq; ſer uã neq; liberam habere inſuper uelit: ſed in matrimonio fidẽ ſeruet Nõ eĩ ſicut iuris publici rõ eſt ſola mulier adultera eſt quæ habet a lium: maritus ẽt ſi plures habeat a crimine adulterii ſolutus eſt. Sed diuina lex ita duos in matrimoniũ quod eſt in corpus unum pari iu re coniungit ut adulter habeatur: quiſquis cõpagem corporis ĩ diuer ſa diſtraxerit. Nec ob aliam cãm deus cũ cæteris animantes ſuſcepto fœtu maribus repugnare uoluiſſet ſolã oĩum mulierẽ patientẽ uiri fecit. ſ. ne fœminis repugnantibus libido cogeret uiros aliud appete re: eoq; facto caſtitatis gloriã nõ tenerent: ſed neq; mulier uirtutem pudicitie capere: ſi peccare nõ poſſet. Nã quis mutũ aĩal pudicũ eẽ dixerit: quod ſuſcepro fœtu mari r̃epugnat: Quod ideo facit quia ne ceſſe eſt in dolorem atq; in periculũ ueniat ſi admiſerit. Nulla igit̃ laus eſt non facere: quod nõ poſſis facere. Ideo autẽ pudicitia in ho mine laudatur: quia non naturalis eſt: ſed uoluntaria. Seruãda igit̃ fides ab utroq; alteri eſt: ĩmo exẽplo cõtinentiæ docenda uxor: ut ſe caſte gerat. Iniquũ eſt eĩ ut id exigas: quod ipſe preſtare non poſſis. Que iniquitas id efficit ꝑfecto ut eſſent adulteria fœminis ægre ferẽ tibus præſtare ſe fidem: nõ exhibentibus mutuã charitatem. Deniq; nulla eſt tam perdin pudoris adultera quæ non hanc cãm uicius ſuis prætendat: iniuriam ſe peccando non facere: ſed referre: quod optĩe Quintilianus expreſſit: homo inquit neq; alieni matrimõii abſtinẽs neq; ſui cuſtos: quæ inter ſe natura cõnexa ſunt. Nam neq; maritus circa corrũpendas alioꝝ cõiuges occupatus: poteſt uacare domeſtice ſanctitati. Et uxor cũ in tale incidit matrimoniũ exẽplo ipſo cõcitata aut imĩtan ſe putat aut uidican. Cauendũ igitur ne occaſionẽ uiciis noſtra intẽperanria demus. ſed aſſueſcant inuicem mores duoꝝ: & iugum paribus aĩs inferant. Nos ipſos in altero cogitemus. Nã fere ĩ hoc iuſtitiæ ſũma cõſiſtit ut nõ facias alreri quicquid ipſe ab altero pati nõ uis. Hæc ſunt quæ ad cõtinentiã præcipiuntur a deo. ſed tam̃ ſi quis diuina præcepta circũſcribere ſe putat poſſe aducunt̃ illa: ut oĩs calũnia & occaſio fraudis remoueat̃: adulterũ eſſe qui a marito dimiſſam duxerit & eum qui præter crimen adulterii uxorem dimi ſerit ut alteram ducat. Diſlociari enĩ corpus & diſtrahi deus noluit. Præterea non tm̃ adulterium eſſe uitandũ: ſed etiam cogitatione: ne quis aſpiciat alienam: & animo cõcupiſcat: adulterã eĩ fieri mẽtem:

ſi uel imaginem uoluptatis ipſa ſibi depinxerit: mens eſt ei profecto
quæ peccat quæ īmoderate libidis fructū cogitatōe cōplectit̄. In hac
crimen eſt in hac omne delictum. Nā & ſi corpus nulla ſit labe ma
culatum non cōſtat tam̄ pudicitiæ rō ſi aīmus inceſtus eſt: nec illiba
ta caſtitas uideri poteſt: ubi cōſcientiam cupiditas inquinauit. Nec
uero aliquis exiſtimet difficile eſſe imponere frænos uoluptati: eāq;
uagam & errantem caſtitatis pudicitiæq; limitibus includere: cū pro
poſitum ſit hoībus omnibus etiam uincere: ac plurimi beatam atq; ī
corruptam corporis integritatem retinuerunt: multiq; ſint qui hoc cæ
leſti genere uitæ fœliciſſime perfruantur. Quod quidem nō ita deus
fieri precæpit tāq̄ aſtringat. quia generari homines oportet: ſed tāq̄
ſinat. Scit ei quantam his affectibus īpoſuerit neceſſitatē: ſi quis hoc
inquit facere potuerit: habebit eximiā incōpabileq; mercedē. Quod
cōtinētiæ genus quaſi faſtigium eſt omniūq; cōſūmatio uirtutum.
Ad quam ſi quis eniti atq; eluctari potuerit: hunc ſeruum dominus
hunc diſcipulum magiſter agnoſcet: hic terram triumphauit hic erit
conſimilis deo: qui uirtutem dei ceperit. Nec quidem difficilia uiden
tur ſed de eo loquimur: cui calcatis oībus terrenis iter in cælū parat̄.
Nam quia uirtus in dei agnitione conſiſtit oīa grauia ſunt: dū igno
res ubi cognoueris facilia per ipſas difficultates nobis exeundum eſt
qui ad ſūmum bonum tendimus.

Cap. xxiiii. De penitentia & fructu eius & cōſcientiæ ſtimulis: &
diſtricto dei iudicio: ex quibus ſacrificiis & ī qua ara poſſit placari.

n Ec tamen deficiat aliquis: aut de ſe deſperet: ſi aut cupidita
te uictus: aut libidine impulſus: aut errore decæptus: aut ui
coactus: ad iniuſtitiæ uiam lapſus eſt. Poteſt enim reduci ac liberari
ſi eum pœniteat actorum: & ad meliora conuerſus ſatis deo faciat:
quod fieri poſſe Cicero non putauit. Cuius hæc ī academico tertio ꝟ
ba ſunt. Quod ſi liceret his qui in itinere deerraſſent: ſic uiam deuiā
ſecutos corrigere errorem in pœnitendo facilior eſſet emēdatio teme
ritatis: licet plane. Nam ſi liberos noſtros cum delictorum ſuoꝝ cer
nimus pœnitere: correptos eſſe arbitramur: & abdicatos abiectoſq;
rurſus tamen ſuſcipimus: fouemus: amplectimur: cur deſperemus
clemētiam dei patris pœnitendo poſſe placari? Ergo idem dominus
ac parens indulgentiſſimus remiſſurum ſe pœnitentibus peccata ꝑ
mittit: & obliturum omnes iniquitates noſtras. Si iuſticiam denuo

cœpimus operari. Sicut enim nihil prodeſt male uiuenti añactæ
uitæ probitas: quia ſuperueniens nequitia iuſticiæ opera deleuit ita
nihil efficiunt peccata uetera correcto: quia ſuperueniens iuſtitia la
bem uitæ prioris aboleuit: quem eni facti ſui pœnitet: erroré ſuũ pri
ſtinũ itelligit. Ideoq; greci melius & ſignificantius μετάνοιαν dicũt
quaſi nos latine poſſumus dicere reſipiſcentiã. Reſipiſcit enim ad ſu
am menté quaſi ab inſania receperit: qué errati piget caſtigatq; ſeip
ſum deméttiæ: & confirmet aïum ſuũ ad rectius uiuendũ: tum illud
ipſum maxime cauet: ne rurſus in eoſdé laqueos inducatur. Deniq;
muta quoq; aïalia cum fraude capiuntur: ſi aliquo ſe modo in fugã
extricauerint fiunt poſtmodũ cautiora uitantq; ſemper ea oïa in qui
bus dolos inſidiaſq; ſenſerunt. Sic hoïem pœnitentia cautum ac dili
genté facit ad euitanda peccata: in quæ ſemel fraude deciderit. Néo
enim poteſt eſſe tam prudens: tam circũſpectus: ut non aliquando
labatur. Et iccirco deus imbecillitaté noſtram ſciens: ꝓ ſua pietate a
peruit nobis portũ ſalutis: ut huic neceſſitati cui fragilitas carnis ſu
biæcta eſt medicina pœniténiæ ſubueniret. Ergo quicũq; aberrauerit
referat pedem: ſeq; quãprimũ recipiat ac reformet. Sed reuocare gra
dũ: ſuperaſq; euadere ad auras: hoc opus hic labor é. Deguſtatis eni
male iocũdis uoluptatibus: uix diuelli ab his poſſunt: facilius recta
ſequerentur ſi eaꝶ ſuauitates non attingiſſet. Sed ſi eripiãt ſe mal
le ſeruituti: condonabitur his omnis error: ſi errorem ſuum uita
meliori correxerint: nec lucrari ſe quiſq̃ putet: ſi delicti conſciliũ non
habebit: ſcit enim ille omnia in cuius conſpectu uiuimus. Nec ſi uni
uerſos hoïes celare poſſumus deũ poſſumus: cui nihil abſconditũ. ni
hil poteſt eſſe ſecretum. Seneca exhortationes ſuas mirabili ſenten
tia terminauit. Magnũ inquit neſcio quid maiuſq; q̃ cogitari poteſt
numé eſt: cui uiuendo operã damus. Huic nos approbemus: nã ni
hil prodeſt incluſam eſſe conſientiã patemus deo. Quid uerius dici
poteſt ab eo qui deum noſcet q̃ dictum eſt ab homïe uere religionis
ignaro? Nam & magiſtaté dei expreſſit maiorem eſſe dicendo: q̃ ut
eam cogitatio mentis humane capere poſſit & ipſum ueritatis attigit
fonté: ſentiendo uitam hõis ſuperuacuã non eſſe (ut Epicurei uolunt)
ſed deo ab his operã uiuendo dari: ſiquidé iuſte ac pie uixerint. Potu
it eſſe uerus dei cultor: ſi quis illi monſtraſſet ut contépſiſſet ꝑfecto
Zenonem & magiſtrum ſuũ Sotioné: ſi ueræ ſapiétiæ ducé nactus
eſſet. Huic nos inquit approbemus. Cœleſtis ꝑrſus oratio niſi antece
deret ignorantiæ confeſſio: nihil prodeſt incluſam habere conſientiã

patemus deo. Nullus ergo mendacio nullus diſſimulationi locus eſt quia parietibus oculi hominum ſubmouentur: dei autem diuinitas nec uiſceribus ſubmoueri poteſt: quominus totum hominē perſpiciat & norit. Idē in eiuſdē operis primo. Quid agis? quid machinans? quid abſcondis? Cuſtos te tuus ſequitur. Alium tibi peregrīatio ſubduxit: alium mors: alium ualitudo. Hæret hic quo carere nūq̄ potes Quid locū abditum legis: & arbitriū remoues? puta tibi cōtigiſſe ut oculos oīum effugias demens. Quid tibi prodeſt non habere conſciū habēti conſcientiam? non minus mirabiliter de cōſcientia & de deo. Tulius meminerit inquit deū ſe habere teſtem: ideſt ut ego arbitror: mētem ſuā: quam nihil homini dedit ipſe diuinius. Item cū de bono & iuſto uiro loqueretur. Itaq; talis uir inquit non modo facere: ſed ne cogitare quidem quicq̄ audebit: quod non audeat predicare. Purgemus igitur conſcientiā: quæ oculis dei eſt præuia: & ut ait idē ſemper ita uiuamus: ut rōem nobis reddendā arbitremur: putemuſq; nos momētis oībus non in aliquo (ut ille dixit) orbis terræ theatro ab hominib9: ſed deſuper ſpectari ab eo qui & iudex & teſtis ipſe futurus eſt cui: rationē uitæ repoſcenti actus ſuos inficiari non licebit. Ergo ſatius eſt: aut effugere conſcientiā aut nos ipſos ultro apire animum & perniciem reſciſſis uulneribus effūdere: quibus nemo alius mederi poteſt: niſi ſolus ille qui greſſum claudis: uiſum cæcis reddidit: maculata purgauit mēbra: mortuos excitauit. Ille ardorem cupiditatis extinguet: extirpabit libidines: inuidiam diſtrahet: iram mitigabit. Ille reddet ueram & perpetuā ſanitatem. Appetēda eſt hæc oībus medicina: quoniā maiori periculo uexatur aīa q̄ corpus: & q̄primū latentibus morbis adhibenda eſt curatio. Neq; enim ſi utatur aliquis oculorum aciæ clara: membris omnibus integris corporiſ totius fortiſſima ualitudine: tamen eum dixerim ſanum: ſi efferatur ira: ſuperbia tumidus infletur: libidini ſeruiat: cupiditatibus inardeſcat: ſed eum potius qui ad alienam fœlicitatem non attollat oculos opes nō admitteretur alienam mulierem ſancte uideat: nihil omnio appetat non concupiſcat alienam non inuideat ulli: nō faſtidiat quē q̄ ſit humilis: miſericors: beneficus: mitis humanus: pax in animo eius perpetua uerſetur. Ille homo ſanus: ille iuſtus: ille perfectus eſt

Quiſquis igitur his omnibus præceptis cæleſtibus obtemperauerit: hic eſt uere dei cultor: cuius ſacrificia ſunt manſuetudo animi & uita innocens: & actus boni. Quæ omnia qui exhibet totiens ſacrificat: quotiens aliquod bonum ac fecerit pium. Deus. n. non deſiderat

uictimam:neq; muti aĩalis neq; mortis ac ſanguinis:ſed hominis & uitæ. Ad quod ſacrificiũ:neq; uerbenis opus eſt:neq; fibris:neq; ceſpitibus:quæ ſunt uniq; uaniſſima:ſed his quæ de intimo corde proferuntur. Itaq; in aram dei:quæ uere maxima eſt:& quæ in corde hominis collocata coinquinari nõ poteſt ſanguine iuſticia ĩponitur: patientia:fides:innocentia:caſtitas abſtinentia hic eſt ueriſſimus ritus hæc eſt lex dei uera ut a Cicerone dictum eſt præclata & diuina ſemperq; recta & honeſta iubet uetat praua & turpia:cui parentẽ ſãctiſſimæ ac certiſſimæ legi:iuſtæ ac legitime neceſſe eſt uiuere. Cuius legis pauca equidem capita poſui:q̄ ſũ pollicitus ea me tm̃modo eſſe dicturum:quæ ſũmũ faſtigium uirtuti & iuſticiæ ĩponerẽt. Si quis uolet cætera oĩa cõptehandere:ex fonte ipſo petat unde ad nos riuus iſte menauit.

Cap. xxv. De differentia doni & ſacrificii diuini: & forma laudãdi deum:& orationis forma & fructu.

n Vnc de ſacrificio ipſo dicamus pauca. Ebur inquit Plato nõ caſtum donum deo. Quid ergo picta. ſ. & teſta præcioſa immo uero non caſtum donum deo:quicquid ſurripi :quicquid corrũpi poteſt:Sed ſicut hoc uidi non oporrere uiuenti offerre aliq̃d qđ ſit ex mortuo corpore cur illud non uidit:non deberi incorpotali corporale munus offerri quanto melius & uerius Seneca? Vultis ne uos inquit deum cogitate magnum & placidum:& maieſtate leni ferendum:amicũ & ſemper in proximo non ĩmolationibus:nec ſanguine multo colendũ. Que.n. ex trucidatiõe ĩmerentium uoluptas eſt:ſed mente pura bono honeſtoq; propoſito:non templa illi congeſtis: in altitudinem ſaxis ſtruenda ſunt:in ſuo cuiq; conſecrandus eſt pectore. Veſtes igitur gẽmas & cætere quæ habentur in precio:ſi quis putat deo cara:is plane quis ſit deus neſcit:cui putat uoluptati eſſe eas res:quas etiã homo ſi quis contẽpſerit:iure laudabit. Quid ergo caſtum? quid deo dignũ. niſi quod ipſe in illa diuina lege ſua popoſcit. Duo ſunt quæ offerri debeant:donum & ſacrificium :donũ ĩ perpetuũ:ſacrificium ad tempus. Verꝝ apud iſtos qui nullo modo rationẽ diuinitatis intelligunt:donum eſt quicquid auro argentoq; fabricat̃ Item quicquid ſerico & purpura texitur:ſacrificium eſt & uictĩa: & quæcũq; in ara cremantur:ſed utroq; non utitur deus:quia & ipſe ĩcorruptus eſt:& illud totum corruptibile:itaq; deo utrũq; corporale offetendum eſt:quo utitur. Donum eſt integritas animi:ſacrificium

laus & hymnus. Si. n. deus non uidetur ergo his reb; coli debet: quæ non uidetur. Nulla igitur alia religio eſt ueta: niſi quæ uirtute ac iuſticia conſtat. Quomodo āt deus iuſticia hominis utatur: intellectu facile eſt. Si enim iuſtus fuerit homo: accepta īmortalitate in æternū deo ſeruiet. Homines āt non niſi ad iuſticiā naſci. Tum philoſophi ueteres: tum etiam Cicero ſuſpicatur: diſſerens. n. de legibus: ſed oīum inquit qua in hominū doctorum diſputatione uerſantur: nihil eſt profecto præſtabilius q̃ plane intelli nos ad iuſticiam eſſe natos. Id ergo ſolum deo exhibere atq; offerre debemus: ad quod capiendū nos ipſe generauit. Hoc autem duplex ſacrificii genus q̃ ſit ueriſſimū Triſmegiſtus Hermes idoneus teſtis eſt. Qui nobiſcū: ideſt cum ꝓphetis quos ſequimur tam re q̃ uerbis cōgruit: de iuſticia ſic locutus eſt. Hoc uerbum o fili adora & cole. Cultus autē dei unus eſt: malū non eſſe. Item in illo ſermone profecto cum exaudiſſet Aſclepiū querentem a filio ſuo utrum placeret patri eius offerri thus & alios odores ad ſacrificiū dei exclamauit. bene bene o mi nate Aſclepi. Eſt enī maximum tale quid de uno ac ſingulari bono in animū īducere hæc & his ſimilia huic non cōueniunt. Omnium enim quæcūq; ſunt plenus eſt: & omniū minime indigens. Nos uero gratias agentes adoremus: huius: n. ſacrificium ſola benedictio: & recte uerbo. n. ſacrificari oportet deo: ſiquidem deus uerbū eſt ut ipſe cōfeſſus eſt. Sūmus igitur colendi dei ritus eſt: ex ore iuſti hominis ad deū directa laudatio: quæ tamē ipſa ut deo ſit accepta: & humilitate: & timore: & deuotione maxima opus eſt: ne quis forte integritatis & īnocētiæ fiduciam generans: tumoris & arrogantiæ crimē īcurrat: eoq; facto gratiam uirtutis amittat. Sed ut ſit deo carus: omniq; macula careat miſericordiam dei ſemper imploret: nihilq; aliud precetur niſi peccatis ſuis ueniam: licet nulla ſint. Siquidem aliud deſiderauerit. Non eſt opus deo ſcienti quid uelimus: ſi quid ei boni euenerit: gratias agat: ſi quid mali ſatiſfaciat: & illud ſibi ob peccata ſua fateatur eueniſſe: & nihilominus in malis gratias agat: & in bonis ſatiſfaciat: ut idē ſit ſemper & ſtabilis & īmutabilis & incōcuſſus. Nec tantū hoc in tēplo putet ſibi eſſe faciendū ſed & domi & in ipſo etiam cubili ſuo. Secū deniq; habeat deū ſemp in corde ſuo cōſecratum qm̄ ipſe eſt dei templum quod ſi deo patri ac domino: ac aſſiduitate: hoc obſequio: hac deuotione ſeruierit cōſūmata & perfecta iuſticia eſt: quā q tenuerit hic ut añ teſtati ſumus deo paruit: hic religōe atq; ſuo offō ſatiſfecit

L. Cœli Lactantii Firmiani diuinarꝫ institutionū aduerſus gentes liber ſeptimus: & ultimus. De diuino premio. i. beata uita: & ultimo futuro iudicio ad conſtantinum Imperatorem.

b Ene habet: iacta ſunt fundaměta: ut ait eximius orator. Verum nos nō tm̄ fundamenta iæcimus: quæ firma & idonea eſſent operi perferendo: ſed magnis robuſtiſqꝫ molibus: ædificiū totum pene uſqꝫ ad ſūmam ꝑduximus. Reſtat id quod ē multo facilius: uel tegere uel ornare ſine quo tamē priora opera inutilia ſunt & in grata. Nam quid prodeſt aut falſis religionibus liberari aut intelligere ueram? Quid aut uanitatē falſæ ſapientiæ peruidere aut quæ ſit uera cognoſcere? Quid inq̄ prodeſt cæleſtem illam iuſticiam defendere? quid cū magnis difficultatibꝫ cultum dei tenere? Quæ eſt ſūma uirtus: niſi cum diuinum præmium beatitudinis perpetuæ ſubſequatur de qua nobis in hoc libro diſſerēdum: ne priora omnia irrita: & in fructuoſa uideātur ſi hoc cuius cā illa ſuſcep ta ſunt. in īcertum relinquamus: ne quis forte arbitretur tantos labores in caſſum ſuſcipi dū eorum cæleſti mercede diffidit: quā deus ſtatuit ei qui hæc ſuauia terræ bona pro ſola nudaqꝫ uirtute cōtempſerit: Satis & huic parti faciamus tum ē teſtimoniis diuinarum litterarꝫ: tum etiam probabilibus argumentis: ut æque clarū ſit: & futura preſentibus: & diuina terrenis & perpetua breuibus eē anteponenda: qm̄ tēporalia ſunt præmia uiciorꝫ ſempiterna uirtutū Exponā igitur rōem mundi: ut facile poſſit intelligi: quando & qua re ſit effectus a deo quod Plato: qui de mundi fabricatione diſſeruit nec ſcire potuit: nec explicare: quippe qui cæleſte myſterium: quod non niſi prophetis ac deo docente diſcitur ignorabat: ideoqꝫ in perpetuū dixit eſſe fabricatum quod longe ſecus eſt qm̄ quicquid eſt ſolido & graui corpore: ut initium cœpit aliquando ita finem capiat neceſſe eſt. Nam Ariſtoteles cū non uideret quēadmodū poſſet tanta rerum magnitudo interire: & hanc præſcriptionē uellet effugere: ſēp ait fuiſſe mundū ac ſemper futurū: prorſus nihil uidit: quia qcquid eſt aliquando habuerit principiū neceſſe eſt nec oīo quicq̄ poteſt eē niſi cœperit. Nam cū terram: & aquam: & ignē diſperire: cōſumi extinguiqꝫ uideamus: quæ ſunt utiqꝫ mundi ꝑtes intelligitur id totum eſſe mortale: cuius mēbra ſunt mortalia. Ita fit ut natum ſit qcquid poteſt interire: ſed & omne qđ ſub uiſu oculorꝫ uenit: & corporale:

ut ait Plato: & ſolubile ſi: neceſſe eſt. Vnus igitur Epicurus auctore Democrito ueredicus in hac re fuit: qui ait & ortum aliquando: & aliquando eſſe periturum: nec tamē rōem ullā reddere potuit: .ſ. aut quibus de cauſis hoc tātum opus: aut quo tēpore reſoluatur. Quod nobis deus releuauit nec cōiecturis id aſſequimur: ſed traditioni cæleſti: docebimus ſedulo ut tandem ſtudioſis ueritas appareat nec uidiſſe nec cōprehendiſſe philoſophos ueritatem: ſed ita leuiter odoratos: ut tamē unde eos ille odor ſapientiæ tam ſuauis: tā iocūdus afflaret: nullo modo ſcſerint. Interim neceſſariū puto admonere lecturos q̄ hæc noſtra quæ tradimus prauæ uicioſæ q; mentes aut oīo non intelligent. Ebetatur .n. acies eorum terrenis cupiditatibus quæ ſenſus omnes grauant: ībecilleſq; reddūt aut etiam ſi intelligent: diſſimulabunt tamē & eſſe hæc uera nolent quia trahunť a uiciis: & ſcientes malis ſuis fauent quoꝝ ſuauitate capiunť: & uirtutis uiā deſerūt: cuius acerbitate offendūtur. Nā qui auaricia & opum inexplebili quadam siti flagrant: quia non poſſūt uēditis aut elargitis: quæ amant tenui cultu uitā degere ſine dubio malūt id eſſe fictū: quo deſideriis ſuis renūciare coguntur. Item qui libidinū ſtimulis incitati (ut ait poeta) In furias ignēq; ruūt utiq; incredibilia nos afferre dicūt: quia uulnerant aures eoꝝ præcepta cōtinentiæ: quæ illos a uoluptatibus ſuis prohibent: quibus aīam ſuam cum corpore adiudicauerūt. Qui uero ambitione inflati aut amore potentiæ inflāmati: oē ſtudium ſuū ad honores acquirendos contulerūt: nec ſi ſolā quidem ipſum geſtemus in manibus: fidē cōmodabūt ei doctrinæ: quæ illos iubet omni potētia & honore cōtempto humiles uiuere: atq; ita humiles ut accipere iniuriam poſſint: & referre nolint ſi acceperint. Hi ſunt homīes qui cōtra ueritatē clauſis oculis quo quo modo latrant. Qui āt ſani ſūt uel erūt: ideſt nō ita uiciis īmerſi: ut ſanabiles nō ſint: & credent his & libenter accædent: & quæcūq; dicimus aperta & plana & ſiplicia & quod maxime opus eſt uera & inexpugnabilia illis uidebunť Nemo uirtuti fauet: niſi qui ſequi poteſt: ſequi āt non facile eſt omībus. Hi poſſunt quos paupertas: & rerū indigentia exercuit & capaces uirtutis efficit. Nam ſi uirtus eſt tolerātia maloꝝ. non capiūt ergo uirtutem qui ſemper in bonis fuerunt: quia mala neq; experti ſūt neq; ferre poſſunt aſſuetudine ac deſiderio bonoꝝ: quæ ſola nouerunt. Eo fit ut pauperes & humiles deo credant facilius: qui ſunt expediti quā diuites qui ſunt impedimētis plurimis īplicati: īmo chatenati & cōpediti ſunt: & ſeruiunt ad nutū dominæ cupiditati quæ

illos inextricabilibus uinculis irretiuit nec poſſunt in cælum aſpicere quoniam mens eorꝫ in terrã prona humiliſq; defixa eſt. Virtutis : ãt uia non capit magna onera portantes. Anguſtus admodũ trames ẽ per quẽ iuſticia hoĩem deducit ĩn cælum. Hũc tenere non poteſt niſi qui fuerit expeditus & nudus. Nam iſti locupletes multis & ingẽtibus ſarcinis onerati per uiam mortis incedũt: quæ latiſſima eſt: qm̃ late perditio dominatur. His acerba ſunt his uenena quæ deus ad iuſticiã præcæpit: quæq; nos dei magiſterio de uirtute ac ueritate diſſerimus. Quibus ſi repugnare audebũt hoſtes ſe neceſſe eſt uirtutis iuſticiæq; fateantur. Aggrediar nũc quod ſupereſt: ut finis operi poſſit ĩponi. Id ãt ſupereſt ut de iudicio dei diſſeramus: quod tũc cõſtituetur: cũ dñus noſter redierit in terrã ut unicuiq; ꝓ merito aut premium ꝑſoluat aut pœnã. Itaq; ut in quarto libro de prĩo aduẽtu eius diximus: ſic in hoc ſecũdũ referamus aduentũ quẽ iudei quoq; & cõfitent̃ & ſperãt: ſed fruſtra qm̃ neceſſe eſt ad deos cõſolãdos reuertat̃ ad quos cõuocandos prius uenerat nã qui uiolarũt ĩpie humilẽ ſentient in ꝑtãte uictorẽ. Eaq; oĩa quæ legũt & nõ intelligũt: deo cõpenſante patiẽtur quippe qui peccatis oĩbus ĩquati & inſuper ſancto cruore perfuſi ab illo ipſo cui nefandas manus intullerũt: ſit ad æterna ſupplicia deſtinari. Sed erit nobis cõtra iudeos ſeꝑata materia ĩ qua illos erroris & ſceleris cõuincemus. Nũc ignatos ueritatis ĩſtruamus.

Cap. ii. Quod aureum ſæculum. i. fœliciſſimus ſtatus futurus ẽ poſt iudiciũ. Et quare rõ mundi nõ poteſt ab hoĩe apprehendi: & ꝙ ueram ſapientiã nõ aſſequitur quis beneficio naturæ: ſed gratiæ.

Iſpoſitione ſũmi dei ſic ordinatũ: ut iniuſtũ hoc ſæculum decurſu temporꝫ ſpacio terminũ ſumat extinctaq; ꝓtinus omni malicia: & piorꝫ aĩs ad beatã uitã reuocatis: quietum trãquillũq; pacificũ aureũ deniq; (ut poete uocãt) ſæculum deo ipſo regnante floreſcat. Im primis cã errorꝫ omniũ philoſophis hæc fuit ꝙ rõem mundi quæ totã ſapientiam cõtinet nõ cõprehenderunt. Ea uero ſenſu ꝓprio & interna intelligentia nõ poteſt cõprehẽdi: quod illi ſine doctore per ſe ipſos facere uoluerunt. Itaq; in uarias ſibiq; ſæpe cõtrarias ſententias inciderunt: ex quibus exitum non haberẽt: & in eodẽ luto ſicut Comicus ait) hæſitauerunt. ſ. aſſũptionibus eorꝫ non reſpondẽte ratione: cũ aſſũpſiſſent quidem uera : ſed quæ affirmari ꝓbariq; non poſſent . Scientia ueritatis rerũq; cæleſtiũ: quæ ut ſæpe iã dixi

non pōt eſſe in homine: niſi deo docente præcepta. Nā ſi pōt hcmo intelligere diuina: pōt & facere: nam intelligere eſt quaſi eueſtigio ſubſequi. Non poteſt āt facere quæ deus: quia mortali corpore ī dutus eſt ergo nec intelligere quidē poteſt quæ facit deus: quod autē fieri non poſſit: ex īmēſitate rerū atq; operum diuinoꝝ facile eſt uni cuiq; meriti. Nam ſi mundū cū oībus quæ ſunt in eo contēplari ue lis intelliges profecto quantū dei opus humanis operibus ante ſtet. Ita quantum inter opera diuina & humana intereſt: tantū diſtare in ter dei hominiſq; ſapientiam eſt neceſſe. Nam quia deus īcorruptus atq; īmortalis eſt: & ideo perfectus quia ſempiternus eſt: ſapientia quoq; eius perinde: ut ipſe perfecta eſt: nec obſtare illi quicq̄ poteſt quia nulli rei deus ipſe ſubiæctus eſt Homo āt quia ſubiæctus ē paſ ſioni: ſubiæcta eſt & ſapientia eius errori: & ſicut hominis uitā mul tæ res impediunt: quo minus poſſit eſſe perpetua: ita ſapientiā quo q; eius multis rebus īpediri neceſſe eſt. quo minus in perſpiciēda pe nitus ueritate perfecta ſit. Ergo nulla eſt humana ſapientia: ſi per ſe ad notionem ueri ſcientiāq; nitatur: qm̄ mens hominis cū fragili cor pore illigata: in tenebroſo domicilio incluſa: neq; liberius euagari: ne q; clarius perſpicere ueritatem poteſt: cuius notitio diuinæ conditio nis eſt. Deo enim ſoli opera ſua nota ſunt: homo āt non cogitando aut diſputando aſſequi eam poteſt: ſed diſcēdo & audiēdo ab eo q ſcire ſolus poteſt & docere. Ideo Marcus Tulius ſniā Socrates de Pla tone traſferens dicentis: ueniſſe tempus ut ipſe migraret e uita: illos āt apud quos cām ſuam perorabat agere uitam: utrū melius ſit inqt dii īmortales ſciunt: hominē autem arbitror ſcire neminē. Quare ne ceſſe eſt omnes qhiloſophiæ ſectas alienas eſſe a ueritare quia hoīe: eran qui eas conſtituerunt: nec ullum fundamētū: aut firmitatem poſſunr habere: quæ nullis diuinaꝝ uocum fulciuntur oraculis.

Cap. iii. Quuantum errauerunt (Stoici de ratiōe mūdi: & aucto re omnium deo & homine per quē factus mundus. Et q̄ maieſtate contra Epicurum ratīonibus doceat mundum: & omnia quæ in eo ſunt: dei prouidentia gubernari.

T quoniam de philoſophorum erroribus loquimur: Stoici na turam in duas diuidunt partes: unam quæ efficiat: alteram quæ ſe ad faciendum tractabilem prebeat. In illa prima eſſe uim ſē tendi: in hac materiam. nec alterū ſine altero poſſe. Quomodo idē

eſſe poteſt: quod tractat & quod tractatur? Si quis dicat idem eē figulum quod lutū: aut lutum idem eſſe quod figulū: nōne aperte inſanire uideat? At iſti uno naturæ noīe duas res diuerſiſſimas cōprehēdūt: deū & mundū: artificem & opus dicūtq; alterū ſine altero nihil poſſe: tāq̄ natura ſit deus mundo reterminatus. Nā interdū ſic cōfundunt: ut ſit deus ipſe mens mūdi: & mūdus ſit corpus dei: quaſi uero ſimul eſſe cœperint mūdus & deus: ac non ipſe mundum fecerit: quod & ipſi fatētur alias cū hoīum cauſa predicāt eſſe fabricatū: & eſſe ſine mūdo ſi uelit poſſit. Siquidem deus eſt diuina mēs & æterna: & corpore ſoluta & libera: cuius uim maieſtatēq; quoniā intelligere nō poterat: miſcuerūt cū mundo .i. ſuo operi. Vnde ē illud Virgilianum: totāq; infuſa per artus mens agitat molem: & magno ſe corpore miſcet. Vbi eſt ergo illud quod idem ipſi aiunt: & factum eſſe diuina prouidentia & regi Si eni fecit mundum: fuit ergo ſine mundo ſi regit: non utiq; ſicut mens corpus regit: ſed tāq̄ dominus domum nauīq; gubernator: auriga currū. Nec tamen mixti ſūt his rebus quas regūt. Nam ſi hæc omnia quæ uidemus dei mēbra ſunt: iam inſenſibilis ab his cōſtituitur deus: quoniā mēbra ſenſu carent & mortalis eſt quoniā uidemus membra eſſe mortalia. Poſſum enumerare quotiens repentinis quaſſatæ motibus uel hiauerit terræ: uel deſcenderint in ab ruptum: quotiens dimerſe fluctibus & urbes & inſule abierunt in profundum: frugiferos campos paludes inundauerint flumina & ſtagna ſiccauerint monteſ etiam uel deciderint ab rupti: uel planis fuerint adequati plurimas regiones: & multorꝝ fūdamēta montium latens & internus ignis abſumit. Et hoc parum ē ſi membris ſuis non parcit deus: niſi etiam homini: liceat aliquid uideri corpus. Maria extruūtur: montes exciduntur: & ad eruendas opes interiora terræ uiſcera effodiuntur. Quid ꝙ ne arari quidem ſine laceratione diuini corporis poteſt: ut iam ſcelerati & impii ſimus: qui dei membra uiolemus? Patitur ne ergo uexari corpus ſuum deus & debilem ſe uel ipſe facere: uel ab homine fieri ſinit niſi forte diuinus ille ſenſus: qui mundo & omnibus mundi partibus permixtus eſt primam terræ faciem reliquit: ac ſe i ima demerſit: ne quid doloris de aſſidua laceratione ſentiret? Quod ſi hoc uanū & abſurdum eſt tam igitur ipſi eguerunt: q̄ hæc indigent ſenſu: qui nō perſpexerūt diuinū quidem ſpiritū eſſe ubiq; diffuſū eoq; oia cōtineri: non tamē ita ut deus ipſe: qui eſt incorruptus grauibus & corruptibilibus elemētis miſcat: illud ergo rectius quod a Platone ſūpſerunt a deo factum eſſe mundum: & eius ꝓuidētia gubernari. Oportebat

igitur & Platonē & eos qui idē ſenſerūt docere atq; explicare quę cā quæ rō fuerit tāti operis fabricandi quare hoc aut cuius gratia fecerit At iidem Stoici hominū inquinūt cauſa mundus effectus eſt audio ſed Epicutus ignotāt ipſos homines quare aut quis effecerit. Nā Lucretius cum diceret mundū non eſſe a diis conſtitutū: ſic ait dicere porro hominū cauſa uoluiſſe parare præclaram mundi natuaam: deinde intulit decipere eſt. Quid ei imortalibus atq; beatis gratia nſa queat largiti emolumēti ut qcq̄ cā agere aggrediāt. Merito ei illi nullā rōnē afferebant cur hūanū genus uel creatū uel inſtitutū eſſet a deo. Noſtrum hoc officiū eſt ſacramentum mundi & hominis exponere cuius illi expertes ſacrarium ueritatis nec attingere: nec uidere potuerunt. Ergo (ut pauloante dicebam) cum aſſūpſiſſent id qđ erat uerū ideſt mundū a deo factum & hominū cauſa eſſe factū tñ qm̄ eos in conſequētibus rō defecit: nō potuerūt defendere id quod aſſūpſetant. Deniq; ne Plato ne dei opus ibecillium & ruinoſū faceret: inætetnū dixit eſſe manſurum. Si hominū cā factus eſt: & ita factus eſt: ut eſſet ætetnus: cur ergo ipſi quoq; cā factus eſt: nō ſunt ſempiterni? ſi mortales pp quos factus eſt: ergo & ipſe mortalis atq; ſolubilis: neq; enī pluris eſt ipſe q̄ hi quoq; grania factus eſt: nec poſſe inæternū manere: ꝙ ſi ei rō quadraret intelligeret piturū eſſe: qa factum eſt nec poſſe inætemū manere: niſi quod tangi non poteſt. Qui āt negat hoīum cā factū hic nullam rōem tenet: Si ei dicit ipſū fabricatorē ſua cā tanta hæc opera eſſe molitū: cur ergo nos nati ſumus? Cur mundo ipſo fruimur? quid ſi uult humani generis cæterorūq; aīantium fictio? Cur aliena cōmoda intercipimns? Cur deniq; augemur: minuimur: interrimus? Quid habet rōnis ipſa generatio? Quid perpetua ſucceſſio? Nimirum uideri deus uoluit & ſuis uanis imaginibus tanq̄ ſigilla confingere: quibus ſe oblectaret: & nihilominus tamen ſi ita eſſet: curæ haberet animantes: præcipueq; hominē: cuius imperio concta ſubiæcit. Qui autem dicunt ſemper fuiſſe mūdum omitto illud quod eſſe ipſum ſine aliquo principio non poteſt unde extricate ſe nequeunt: ſed hoc dico ſi ſemper mūdus fuit nullam poteſt habere rationem: quod eni potuit in eo ratio moliri qđ nūq̄ ſumpſit exordium. Nam prius q̄ fiat aliquid aut ſtruatur opus eſt conſilio: ut diſponi poſſit quēadmodum fiat: nec incipi qcq̄ pōt ſine prouiſione rationis. Itaq; omne opus ratio præcedit: non habet ergo rotionē quod factū nō eſt. At qn mūdus hēt rationē: qua & cōſtat & regit ergo & factus ē & ſi factus ē & reſoluet. reddāt ergo iſti·

rationem ſi poſſunt: cur aut factus in pricipio ſit aut poſtea reſolua tur. Quod quia docere non poterat Epicurus ſiue Democritus: ſua ſponte natū eſſe dixit: ſeminibus inter ſe paſſim coētibus: quibus ite rūm reſolutis diſcidiū atq; interitū ſecutū. Corrupit ergo quod rec te uiderat & totā rōem penitus ignorātia rōis euertit: redegitq; mū dum: & omnia quæ in eo gerūt ad ſimilitudinē cuiuſdā ſōni uaniſſi mi: ſiquidem rebus humanis nulla rō ſubſiſtat. Cum uero mundū omneſq; ptes eius (ut uidemus) mirabilis rō gubernet: cum cæli tem perantia: & æqualis in ipſa uarietate curſus aſtrorū luminūq; cæleſti um temporum conſtans ac mira deſcriptio: terrarum uaria fœcundi tas: plana camporū monimenta: & aggeres mōtiū: uiriditas ubertaſ q; ſyluarum: fontium ſaluberrima eruptio: fluminū oportuna in un datio: maris opulenta & copioſa interfuſio: uentorū diuerſa & utilis aſpiratio. Cæteraq; omnia ratione ſūma conſtent: quis tam cæcus eſt ut exiſtimet ſine cauſa eſſe facta: in quibus mira diſpoſitio pro uidē tiſſimæ rationis elucet? Si ergo ſine cauſa: nec eſt nec fit quicq̄ oīo: ſi prouidentia ſūmi dei ex diſpoſitione rerum: & uirtus ex magnitudi ne: & poteſtas ex gubernatione manifeſta eſt: hebetes ergo & inſani qui prouidentiā nī eſſe dixerunt. Non improbarem ſi deos iccirco nō eſſe dicerent: ut unum dicerent: cum autem ideo: ut nullum qui eos deliraſſe non putat: ipſe delirat.

Cap. iiii. Quod omnis res ad aliquem uſum facta eſt: etiam illa quæ omnia uidentur eſſe mala: quare homo creatus ſit corpore fra gilis & capax rationis.

Ed de prouidentia ſatis in primo libro diximus: quia & ſi eſt (ut apparet) ex mirabilitate operū ſuorū: neceſſe eſt etiā hominē cæteraſq; animantes eadē ꝓuidentia creauerit. Videamus ergo quæ rō fuerit fingendi generis humani: qm̄ conſtat id quod Stoici dicūt hoīum cā mundū eſſe fabricatum: quāq̄ in hoc ipſo nō mediocriter peccent: qui non hōis cā dicunt: ſed hoīum. Vnius enī ſingularis ap pellatio totum comprehendit humanunm genus. Sed hoc ideo quo niam ignorant unum hominem a deo eſſe formatum: putantque homines in omnibus terris & agris tāq̄ fūgos eſſe generatos. At Her mes non ignorauit hoīem & a deo & ad dei ſimilitudinē factum ſed redeo ad propoſitum. Nihil eſt ut opinor qđ ſit pp ſe ipſum factū ſed quicquid oīo fit ad uſū aliquem fieri neceſſe ē. Quis ē enī uel tā

ineptus uel tã ocioſus ut aggrediat᷑ facere aliquod fruſtra ex quo nul lam utilitatẽ nullũ cõmodũ ſperet? Qui domũ edificat: non iccirco ædificat ut tm̄modo domus ſit: ſed ut in ea poſſit habitari. Qui nauẽ fabricat: nõ ideo aſſumit opam: ut tm̄ nauis appareat: ſed ut i eo nauigetur. Itẽ qui uas aliquid inſtituit aut format: nõ ppea id facit: ut tm̄ feciſſe uideatur: ſed ut uas illud effectum capiat aliquod neceſſariũ. Similiter cætera quæcũq; fiunt: non unq; inſuperuacuũ ſed uſus aliquos laborantur. Mundus igitur a deo factus eſt: non utiq; propter ipſũ mũdum: neq; enim aut calore ſolis: aut lumine: aut ſpiratione uentorũ: aut humore imbrium: aut alimonia frugũ: cũ ſenſu careat indiget. Sed ne illud quidẽ dici poteſt: ꝙ deus pp ſeipſum fecerit mundũ quoniam poteſt eſſe ſine mũdo: ſicut fuit antea. Et his oĩbus quæ in eo ſunt: quæq; generant᷑ deus ipſe non utitur. Apparet ergo animantiũ cauſa mũdum eſſe cõſtructũ: quoniã his rebus quibꝫ conſtat animãtes fruũtur: quæ ut uiuere: ut conſtare poſſũt: omnia his neceſſaria tẽporibus certis ſũminiſtrantur. Rurſus cæteraſ animãtes hominis cã eſſe fictas: ex eo clarũ eſt ꝙ homini ſeruiũt: & tutelę eius atq; uſibus data ſunt: qm̄ ſiue terrænæ ſunt: ſiue aquatiles non ſentiunt mũdi rationẽ ſicut homo. Reſpondendũ eſt hoc loco philoſophis: maximeq; Ciceroni: qui ait cur oĩa noſtri cauſa cũ faceret tã tam uim natricũ uiperarũq; fecerit? cur tã multa peſtifera terræ mariq; diſperſerit? ingens ad diſputandũ locus eſt: ſed ut in tranſcurſu breuiter ſtringendus eſt: quoniã homo ex rebꝫ diuerſis: ac repugnãtibus cõfiguratus eſt aĩa & corpore: ideſt cælo atq; terra: tenui & cõprehenſibili: æterno ac tẽporali: ſenſibili atq; bruto: luce prædito atq; tenebroſo: ipſa ratio ac neceſſitas exigebat: & bona homini proponi & mala: bona quibus utatur: mala quæ uitet & caueat: Iccirco enim data eſt illi ſapientia: ut cognita bonoꝝ malorũq; natura. & in appetendis bonis: & in malis declinandis: uim ſuæ rationis exerceat. Nam cæteris aĩalibus quibus ſapientia non data ẽ: ſed munita ĩdumentis naturalibus & arma ſunt. Hõi ãt pro his oĩbus: quod erat principiũ rõem dedit ſolam. Itaq; nudũ formauit & inermẽ: ut eũ ſapientia & muniret & tegeret: munimẽta & ornamẽtum eius nõ foris ſed itus: non in corpore ſed in corde cõſtituit. Niſi ergo eſſent mala quæ caueret: quæ a bonis utilibuſq; diſtingueret: non eſſet ei ſapientia neceſſaria. Sciat ergo Marcus Tulius: aut ideo homini datam eſt rationem: ut & piſces caperet uſus ſui gratia: & natrices uiperaſq; uitaret ſalutis ſuæ cauſa. Aut iccirco bona ei malaque propoſita: quia

quia ſapientiam accæperat: cuius uis omnis in diſcernẽdis bonis ma liſq; uerſatur. Magna igitur & recta & admirabilis eſt uis & ratio & poteſtas hominis propter quem mundum ipſũ: & uniuerſa quæcũ q; ſunt deus fecit: tantumq; illi honoris habuit: ut eum præficeret. uniuerſis quoniam ſolus poterat dei opa mirari. Optime igitur Aſ clepiades noſter de prouidentia ſũmi dei diſſerens: in eo libro quem ſcripſit ad me. Atq; ideo inquit merito quis arbitret proximum ſibi locũ diuinam ꝓuidentiã dediſſe ei qui potuit intelligere ordinationẽ ſuã? Nam ſol iſte eſt: quis eũ uidet ita ut intelligat quia ſol ẽ & quã tum gratiæ afferat cæteris inſtitutis? Hoc cælum eſt: quis id ſuſcipit terra hæc quis eã colit? hoc pelagus: quis in eo nauigat? hic eſt ignis: quis eo utitur? Inſtituit ſũmus deus non pp ſe quia nihilo indiget: ſed pp hominem qui his congruenter uteretur.

Cap. v. Quare homo creatus ſit: & quare ex contrariis conſtet: & ꝙ ei domicilium conſtitutum eſt in medio: & uita duplex propõit: quarum alteram miniſtrat natura: alteram largitur gratia. Et quid ſignificet ꝙ homo primum quadrupedibus conformatur: & poſtea erigitur: & tandem utitur exercitio rationis.

Eddamus nunc rationem: quare hominem ipſum fecerit deus quod ſi philoſophi feciſſent: aut defendiſſent illa quæ uera in uenerant: aut in proximos errores non incidiſſent. Hæc eſt ſum ma: hic cardo rerum eſt: quẽ qui non tenuerit: ueritas illi omnis ela bitur. Hoc eſt deniq; quod efficit illis non quadrare rationem: quæ illis ſi efulſiſſet. ſi ſacramentum hominis omne cognouiſſent: nũq̃ diſputationes eorum & omnem philoſophiam de tranſuerſo Acade mia iugulaſſet. Sicut ergo mundum non propter ſe deus fecit: quia commodis eius non indiget: ſed propter hominem qui eo utitur: ita ipſum hominem pp ſe. Quæ utilitas deo in homine inquit. Epicurus ut eum pp ſe faceret? Scilicet ut eſſet qui opa eius intelligeret: qui ꝓ uidẽtiã diſponẽdi rõem faciẽdi uirtutẽ conſũmandi: & ſenſu admi rari & uoce proloqui poſſet. Quorum omnium ſũma hæc eſt: ut de um colat. Is eni colit: qui hæc intelligit: ſi artificẽ rerum omniũ: is ue rum patrem ſuũ debita ueneratione ꝓſequitur: qui uirtutem maieſ tatem eius de ſuoꝝ operum inuentione: incæptione: ꝑfectione metit Quod planius argumentum proferri poteſt & mundum hominis & hominem ſui cã deum feciſſe: q̃q̃ ex omnibus animantibus ſolus

ita formatus eſt: ut oculi eius ad cælum erecti: facies ad deum ſpec tant: uultus cum ſuo parente communis ſit ut uideatur hoiem deus quaſi porrecta manu alleuatum ex humo: ad contéplationē ſui ex citaſſe. Quid ergo inquit deo cultus hōis confert: bono & nulla re in digenti: uel ſi tātum honoris hōi hūit: ut ipſius cā mundū fabricaret ut inſtrueret eum ſapientia ut dominū uiuentium faceret: eumq; di ligeret tāq̄ filiū: cur mortalē fragileq; cōſtituit cur oibus malis quē diligebat obieci: cū oportet & beatum eſſe hominē tāq̄ coniunctū & ꝓximum deo: & perpetuo ſicut eſt ipſe: ad quē colendū & contem plandū figuratus eſt. Quāq̄ hæc fere in prioribus libris ſparſim do cuimus: tamen quoniā proprie id materia nunc exigit: quia de uita beata diſſerere propoſitum eſt: explicanda ſunt iſta diligentius & ple nius. ut diſpoſitio dei & opus & uoluntas noſcatur. Cum poſſet ſem per ſpiritibus ſuis īmortalibus innumerabiles aīas procreare. ſicut ā gelos genuit: qui īmortalitās ſine ullo malorū periculo aut metu cō ſtāt: excogitauit tamē iuenerabile opus queadmodum infinitā mul titudinem crearet aīarum: quas primo ibecillibus fragilibuſq; corpo ribus illigatas: conſtitueret inter bonū malūq; medias: ut cōſtantibꝫ ex utriuſq; naturæ uirtutem proponeret: ne īmortalitatem delicate aſ ſequerentur ac moliter: ſed ad illud eterne uite ineloquibile premiū: ſūmā cū difficultate ac magnis laboribus peruenirēt. Ergo ut eas gra uibus & uexabilibus mēbris indueret: quoniā cōſiſtere in medio iam non poterant: ponderibus & grauitate corporis deorſum premente: ſedem illis ac domicilium primo cōdendū eſſe decreuit. Itaq; ineffa bili uirtute ac potētia preclara mundi opera molitus eſt: ſuſpenſis in altitudinem leuibus elementis: & grauibus in imis depreſſis: & celeſtia firmauit: & terrena conſtituit. Non eſt neceſſe nunc exeq ſingula: quoniam in ſecundo libro uniuerſa executi ſumus. Lumina igitur poſuit in celo quorum moderatio & claritas & motus aptiſſi me ad utilitates uiuentium temperatus eſt. Terre autem quā ſedē uoluit eſſe fœcunditatem uariam gignēdi ac proferēdi dedit: ut uber tas frugū & herbaꝶ & uirentium ꝓ natā & uſu cuiuſq; generis alīo niā miniſtraret. Tū perfectis oibus que ad cōditōm mūdi pertiebāt: hoiem finxit ex ipſa terra: quā illi pricipio in habitaculū preparauit ideſt ſpiritum ſuum: terreno corpore induit & inuoluit: ut cōpactus ex rebus diuerſis ac repugnātibus: bonum ac malum caperet: & ſicut terra ipſa fœcunda eſt ad fruges pariendas: ita corpus hominis quod aſſūptum eſt e terra: generandi copiam facultatemq;

procreandæ ſobolis accæpit: ut qm̄ fragili materia formatus inæter nū manere non poterat: peracto tēporalis uitæ ſpatio cederet: & illď quod fragile atq; imbecillū gerebat perpetua ſucceſſione renouaret Cur igitur eū mortalē finxit atq; fragilem cum illius cauſa mūdum ædificaſſet? Primū ut infinita uis aiarum gigneretur: oēmq; terram multitudine oppleret: deinde ut proponeret homini uirtutē ideſt to lerantiam maloꝝ ac bonorum: per quā poſſet premium īmortalita tis adipiſci. Nam quia homo ex duabus rebus cōſtat: corpore & aīa quorum alteꝝ terenū eſt: alterum cæleſte due uitæ homini attribute ſunt: una tēporalis quæ corpori aſſignatur: altera ſēpiterna quæ aīæ ſubiacet. Illam naſcendo accepimus: hanc aſſequimur laborando: ne īmortalitas homini (ut antē diximus) ſine ulla difficultate cōſtaret. Il la terrena eſt ſicut corpus & ideo finitur. Hæc uero cæleſtis ſicut aīa & ideo terminum non hēt. Illam primā neſcientes accepimus: hanc ſecūdam ſcientes. Virtuti enim nō naturæ datur: quia uoluit nos de us uitam nobis in uita compare. Iccirco hanc nobis preſentē dedit: ut illam ueram & perpetuā: aut uitiis amittamus: aut uirtute merea mur. In hac corporali non eſt ſūmum bonū qm̄ ſicut neceſſitate di uina nobis data eſt: ita rurſus diuina neceſſitate ſoluet: ita quod finē habet: ſūmum bonum non habet. In illa uero ſpiritali: quam per nos ipſi acquirimus: ſūmum bonum continet: quia nec malū poteſt ha bere nec finē: cuius rei argumētum natura & ratio corporis prebet. Cætera nāq; aīalia in humū uregūt: quia terræna ſunt: nec capiunt ī mortalitatem: que de cælo eſt. Hō āt rectus in cælum ſpecta: quia ꝓ poſita eſt illi. īmortalitas: nec tamē uenit niſi tribuatur homini a deo Nā nihil intereſt inter iuſtū & iniuſtum: ſiquidem oīs homo natus īmortalis fieret: ergo īmortalitas non ſequela natūræ: ſed merces præ miumq; uirtutis eſt. Deniq; hō non ſtatim quādo natus eſt rectus ingreditur: ſed quadrupes primo: quia rō corporis & huius preſētis uitæ cōmunis eſt nobis cū mutis aīalibus. Poſt deinde cōfirmatis uiri bus erigitur: & lingue eius in eloquium ſoluit & mutum aīal eſſe de ſinit. Quæ ratio docet mortalē naſci hominem. poſtea uero īmortalē fieri: cū cæperit ex deo uiuere: ideſt iuſticiam ſequi: que cōtinetur in dei cultu: cum excitauerit hoīem deus ad aſpectū cæli ac ſui. Quod tunc fit cum homo cæleſti lauachro purificatus: exponit infantiam cū omni labe uite prioris: & incremēto diuini uigoris accepto: fit hō pērfectus ac plenus. Ergo quia uirtutē propoſuit homini deus: licet aīa & corpus cōſociata ſint: tamē contraria ſunt & īpugnant īuicē.

Animi bona mala ſunt corporis:ideſt opũ fuga uoluptatum interdictio:doloris mortiſq; cõtẽptus. Item corporis bona mala ſũt animi hoc eſt cupiditas & libido:quibus & opes appetũtur:& ſuauitas uariaꝝ uoluptatum quibus eneruatus aĩmus extinguitur. Ideo neceſſe eſt iuſtũ & ſapientem in oĩbus malis eſſe qm̃ malorum uictrix ẽ fortitudo. Iniuſtos ãt in diuitiis:in honore:ĩpoteſtate. Hæc enim bona corporalia & terrena ſunt. Illi ãt terrænam uitã agũt:nec aſſequi immortalitatẽ queũt:quia ſe uoluptatibus dediderũt:quæ ſũt uirtutis inimicæ. Itaq; uita hæc tẽporalis illi æternæ debet eſſe ſubiecta :ſicut corpus aĩæ. Quiſquis ergo aĩæ uitã maluerit:uitam corporis contẽpnat neceſſe eſt:nec aliter eniti ad ſũmum poterit: niſi quæ ſunt ima deſpexerit. Qui ãt corporis uitã fuerit ãplexus:& cupiditates ſuas ĩ terram deiæcerit:illã ſuperiorem uitã conſequi non poteſt. Sed qui mauult bene uiuere inæternũ:male uiuet ad tempus:& afficietur oĩbus moleſtiis & laboribus quãdiu fuerit in terra:ut habeat diuinũ ac cæleſte ſolatium:& qui maluerit bene uiuere ad tempus male uiuet inæternũ:quia dãnabitur dei ſententia ad pœnã:quia cæleſtibus terræna prepoſuit. Propterea igitur coli ſe deus expetit & honorari ab homine tãq̃ pater:ut uirtutem & ſapientiã teneat: quæ ſola immortalitatẽ parit. Nã quia nullus alius preter ipſũ donare eã põt qa ſolus poſſidet pietatẽ hoĩs. Qui deũ honorauerit hoc afficiet̃ præmio ut ſit inæternũ beatus:ſitq; apud deũ:& cũ deo ſemper.

Cap. vi. Item quare mundus creatus ſit:quare homo: quam inanis ſit cultus deorum:

Vnc totã rõnem breui circũſcriptione ſignemus: Iccirco mundus factus eſt:ut naſcamur. Ideo naſcimur ut agnoſcamus factorẽ mundi ac noſtri deũ. Ideo agnoſcimus ut colamus:iõ colimus ut ĩmortalitatẽ pro mercede laboꝝ capiamus: qm̃ maximis laboribus cultus dei conſtat. Ideo premio ĩmortalitatis afficimur ut ſimiles angelis effecti. ſũmo patri ac deo ĩperpetuũ ſeruiamus:& ſcimus æternũ deo regnũ. Hæc ſũma reꝝ eſt hoc arcanum dei:hoc myſteriũ dei:hoc myſteriũ mundi:a quo ſunt alieni:qui preſentẽ uoluptatẽ terræſtribus ac fragilibꝫ bonis ſe addixerunt:& aĩas ad cæleſtia genitas ſuauitatibus mortiferis tãq̃ luto cœnone demerſerũt. Quæramus nũc uiciſſĩ:an in cultu deoꝝ ratio ulla ſubſiſtat:qui ſi multi nati ſũt: ſi ideo tm̃ ab hoĩbus colunt̃ ut preſtent illis opes:honores: uictorias quæq; alia:quæ non niſi ad preſens ualent:ſi ſine cã fingimur: ſi in

hoibus procreandis puidentia nulla uerſatur: ſi caſu nobiſmetipſis ac uoluptatis noſtræ gratia naſcimur ſi nihil poſt mortē ſumus: qđ poteſt eſſe tā ſuperuacuū: tā īnane: tam uacuum q̄ humana res: & q̄ mūdus iſte qui cū ſit incredibili magnitudine: tā mirabili rōne conſtructus: tamē rebus ineptis uacet? Cur. n. uentorum ſpiritus citent nubes? Cur emicent fulgura: tonitrua mugiant: ībres cadant ut fruges terra pducat ut uarios fœtus alat Cur deniq; oīs natura re℞ laborer: ne quid deſit earum re℞ quibus uita hoīum ſuſtinetur ſi eſt inanis: ſi ad nihilum interimus: ſi nihil eſt in nobis maioris emolumēti deo? Quod ſi eſt dictu nefas: nec putandū eſt fieri poſſe: ut non ob aliquā maximam rōnem fuerit conſtitutū: quod uideamus maxima ratione cōſtare quæ poteſt eſſe rō in his erroribus praua℞ religionū & in hac perſuaſione phōrum qua putant aīas interire? Profecto nulla. Quid eī habēt dicere? Cur dii hoībus tā diligēter ſuis quæq; tēporibus exhibeant: an ut illis far & me℞ demus: & odorē thuris & ſanguinē pecudū? que neq; īmortalibus grata eſſe poſſunt: quia ſūt fragilia: neq; uſui eſſe ex ptibus corporum quia hæc ad uſū corporalium data ſūt: & tamē ſi ea deſiderent ſibi ipſi poſſent exhibere cum uellent. Siue igif intereūt aīæ ſiue inæternū manēt quā rōem cōtinet cultus deo℞: aut a quo mūdus factus eſt? Cur aut quando aut quoſq; quatenus hoīes: aut quā obrem pcreati? Cur naſcunf: intereūt: ſuccedūt: renouātur? Quid dii ex cultibus eo℞ aſſequūtur: qui poſt mortē nihil futuri ſunt? Quid preſtant? Quid pollicenf? Quid minantur aut hoībus aut diis dignū? Vel ſi manēt aīæ poſt obitū quid de his faciunt factuiue ſūt? Quid illis opus eſt theſauro aīarū? Ipſi illi ex quo fonte oriūt? Quomō aut quare aut uī multi ſt? Ita fit ut ſi ab illa re℞ ſūma quam ſuperius cōprehendimus aberraueris: oīs rō intereat: & ad nihilum oīa reſoluantur.

Cap. vii. Quare phī nequierunt cōprehendere ueritatem integræ quā tamē ſicut exēpla declarant pticulatim cōprehenderunt: tamen ſe defendere nequierunt.

Vam ſūmam quia phī nō cōprehenderūt: nec ueritatē cōprehendere potuerūt: q̄uis ea fere quibus ſūma ipſa conſtat & uiderunt & explicauerūt: ſed diuerſi ac diuerſe oīa illa protulerunt nō annectēres nec cāś rerum nec cōſequētias: nec rōes: ut ſūmā illā quæ contīner uniuerſa & cōpingerent & īplerent: facile eſt āt docere pene uniuerſā ueritatē per phōphos & ſectas eſſe diuiſam. Non enī ſic

philoſophiã nos euertimus: ut Achademici ſolẽt quibus ad oĩa reſpõ
dere ꝓpoſitũ eſt: quod eſt potius calũniari & inuidere: ſed docemus
nullã ſectã fuiſſe tã deuiam: neq; phõrum queq̃ tam inanẽ: qui nõ
uiderit aliquid ex uero. Sed dũ cõtradicendi ſtudio inſaniũt: dũ ſua
ẽt falſa defendũt: alioꝝ ẽt uera ſubuertunt: non tm̃ illis elapſa ueri
tas eſt: quã ſe querere ſimulabãt: ſed ipſi ẽt potiſſimũ ſuo uicio per
diderunt. Quod ſi eſtitiſſet aliquis qui ueritatẽ ſparſam p ſingulos
per ſectaſq; diffuſam colligeret in unũ ac redigeret in corpus is ꝑfec
to nõ deſſentiret a nobis. Sed hoc nemo facere niſi ueri peritus ac ſci
ens poteſt. Veꝝ ãt ſcire non niſi eius eſt: qui ſit doctus a deo. Nemo
ei poteſt aliter repudiare quæ falſa ſunt: eligere ac probare quæ uera
ſed ſi uel caſu id efficeret: certiſſime phõſaretur. Et quãuis nõ poſſet
diuinis teſtimoniis illa defendere: tamẽ ſeipſã ueritas eluſtraret ſuo
lumine. Quare incredibilis eſt error illoꝝ: qui cũ aliquã ſectã ꝓbaue
rint: eiq; ſe ad dixerint: cæteras dãnant tãq̃ falſas & inanes: armãtq;
ſe ad prœliandũ: nec qd defendere debẽt ſcientes: nec quid refutare
incurſãtq; paſſim ſine delectu oĩa quæ afferũt: quicũq; diſſentiunt.
Ob has eoꝝ pertinaciſſimas cõtentiões: nulla extitit phĩa: quæ ad ue
rum proprius accederet. Nã priculatim ueritas ab his tota cõprehen
ſa eſt: factum eſſe mũdũ a deo dixit Plato: idem ꝓphetæ loquũtur:
ideq; & Sibylle carminibus apparet. Erant ergo qui uel oĩa ſua ſpõ
te eſſe nata dixerũt: uel minutis ſeminibus cõglobatis: qm̃ tanta res
tã ornata tam magna: neq; fieri neq; diſponi & ordinari ſine aliquo
prudentiſſimo auctore potuit: & ea ipſa rõe qua conſtare ac regi oĩa
ſentiunt: ſolertiſſimæ mẽtis artificẽ confitẽtur: hoĩum cã mundum
& oĩa quæ i eo ſũt eẽ facta. Stoici loqunt̃: idẽ nos diuinæ lr̃e docent
Errauit ergo Democritus. qui uermiculoꝝ modo putauit effuſas eẽ
de terra: nullo auctore nullaq; rõe: Cur ei formatus ſit homo: diuini
ſacramenti eſt quod quia ille ſcire nõ poterat: humanã uitam dedu
xit ad nihilũ. Ad uirtutem capeſſandã naſci homines: Ariſton diſſer
uit. Idem nos monemus ac diſcimus a ꝓphetis. Igitur falſus Ariſtip
pus qui hominẽ uoluptati. i. malo tãq̃ pecudem ſubiugauit: imorta
les eſſe aĩas Pherecides & Plato diſputauerũt. Hæc uero propria eſt
in noſtra religione doctrina: ergo Dicæarchuſ cũ Democrito errauit
qui perire cũ corpore ac diſſolui argumẽtatus eſt. Eſſe inferos Zeno
Stoicus docuit & ſedes pioꝝ ab impiis eſſe diſcretas: & illos quidem
quietas ac delectabiles incolere regiones: hos uero luere pœnas in te
nebroſis locis: atq; icæni uoraginibus horrendis Idem nobis prophete

palam faciunt. Ergo Epicurus errauit: qui poetaꝶ id eſſe figmētū pu tauit: & illas inferoꝶ pœnas quæ feruntur: in hac eē uita interpreta tus eſt. Totā igit̄ ueritatē & omne diuinæ religionis arcanū phi atti gerunt: ſed aliis refellētibus defendere id quod iuenerant nequierūt: quia ſingularis rō non quadrauit: nec ea quæ ueta ſenſerāt in ſūmā redigere potuerunt. ſicut ſuperius nos fecimus.

Cap. viii. De imortalitate aiæ & quibus eam argumentis Plato ſit conatus aſtruere.

Num eſt igitur ſūmum bonū imortalitas: ad quā capiendam & formati a principio & nati ſumus. Ad hāc tēdimus hāc ſpe ctat hūna natā: ad hanc nos ꝓuehit uirtus: quod bonū quia cōprehē dimus: ſupeſt ut ēt de ipſa imortalitate dicamus: Platonis argumen ta q̄uis ad rē cōferāt multū. tamē paꝶ hēnt firmitatis ad ꝓbandam & iplēdā ueritatē: qm̄ nec rōem myſterii magni totius cōſūmauerāt in unūq; collegerat: nec ſūmum bonū cōprehenderat. Nā licet uerū de imortalitate aiæ ſentiret: tamē nō ita de illa tāq̄ de ſūmo bono diſ ſerebat. Nos igitur certioribus ſignis eligere poſſumus ueritatem qui eam non ācipiti ſuſpitione collegimus: ſed diuina traditione cogno uimus. Plato āt ſic argumentus eſt: imortalitate eſſe quicquid per ſe ipſum & ſentit & ſemp mouetur. Quod eni principium motus non hēt: nec finem hiturum: quia deſeri a ſemetipſo non pōt: quod argu mētū ēt mutis aialibus æternitatē daret: niſi adiectione ſapiētiæ diſ creuiſſet. Addidit igitur (ut effugeret hanc cōmunitatē) fieri nō poſſe quin ſint imortalis aimus humanus: cuius miranda ſolertia iueniēdi & ſceleritas cogitandi: & facilitas percipiendi atque diſcernendi: & memoria preteritoꝶ: & ꝓuidentia futuroꝶ & artiū plerūq; inume rabiliū ſcientia: qua cæteræ careant animātes: diuina & cæleſtis app eat: quia & origo animi qui tāta capiat: tanta cōtineat: nulla reperia tur in terra: ſiquidem ex cōcretione terræna nihil habeat admixtum ſed neceſſe eſt in terrā reſolui: quod eſt in hoie ponderoſū & diſſolu bile. Quod āt tenue ac ſubtile: id uero eſſe indiuiduum: ac domicilio corporis uelut carcere liberatū ad cælū & naturā ſuā peruolare. Hæc fere Platonis collecta breuiter: quæ apud ipſū late copioſeq; explicāt̄ in eadē ſnīa fuit ēt Pythagoras antea: eiuſdēq; præceptor Pherecides quē Cicero tradidit primū de æternitate aiarum diſputaſſe. Qui oēs licet eloquentia excellerent: tamen in hac dūtaxat contētione non mi nus auctoritatis habuerunt: qui contra hanc ſentētiam diſſerebant. Dicæarchus primo deinde Democritus poſtremo Epicurus: a deo ut

tes ipſa de qua inter ſe pugnabant indubiū uocaret̃ deniq; & Tulius expoſitis horum oīum de īmortalitate ac morte ſentētiis neſcire ſe qd ſit uerū ꝓnunciauit. Harum inquit ſententiarum quæ uera ſit: deus aliquid uiderit. Et rurſus alibi: qm̄ utraq; inquit earum ſnīarū doctiſſios habuit auctores: nec qd certi ſit diuinari pōt uerꝝ opus nobis diuinatione nō ē: quibus ueritatē diuinitas ipſa patefecit.

Cap. ix. Quæ ſit de īmortalitate aīæ fidelis aſſertio: Et ꝙ laborū uirtutūq; finis beata æternitas eſt.

Is itaq; argumentis: quæ nec Plato nec ullus alius inuenit aīarum æternitas ꝓbari ac ꝑfici poteſt: quæ nos breuiter collegimus qm̄ ꝓpat oratio ad enarrandū iudicium dei maximū quod in terra ꝓpinquante ſæculorum fine celebrabitur. Ante omīa qm̄ deus ab homine uideri non pōt: ne quis tamen ex eo ipſo putaret deum nō eſſe: quia mortalibus oculis nō uideret̃: inter cætera inſtitutoꝝ miracula: fecit etiam multa quoꝝ uis quidē appareret: ſubſtantia tamē nō uideretur: ſicut eſt uox: odor uentus: ut harum reꝝ argumēto & exemplo: etiā deū licet ſub oculos non ueniret: de ſua tamen ui & effectu & operibus cerneremus. Quid uoce clarius: aut uēto fortius: aut odore uiolentius? Hæc tamē cū per aerem ferantur: ad ſenſuſq; noſtros ueniunt: & eos potentia ſua īpellunt: non cernuntur acie luminum: ſed aliis corporis partibus ſentiuntur: ſimiliter deus non aſpectu nobis aliaue fragili ſenſu cōprehendendus eſt: ſed mētis oculis intuendus: cum opera eius preclara & miranda uideamus. Nam illos qui nullum oīo deum eſſe dixerunt: non modo phōs: ſed ne homines quidem eſſe dixerim: qui mutis ſimillimi ex ſolo corpore cōſtiterunt nihil oīo cernentes animo & ad ſenſum corporis cūcta referentes qui nihil putabant eſſe niſi quod oculis contuebantur. Et quia uidebant aut bonis accidere aduerſa: aut malis proſpera: fortuitu geri omnia crediderunt: & natura mundū non prouidentia conſtitutū. Hinc iā prolapſi ſunt ad deliramenta: quæ talem ſnīam ſequebantur neceſſario: quod ſi eſt deus & incorporalis & inuiſibilis & æternus ergo non iccirco interire aīam credibile eſt: quia non uidet̃ poſtq̄ receſſit a corpore: qm̄ conſtat eſſe aliquid ſentiens ac uigens: quod nō ueniat ſub aſpectu. At enim difficile animo cōprehendere: quēadmodum poſſit aīa retinere ſenſum ſine his partibus corporis: in quibus ineſt offm̄ ſentiendi. Quid de deo num facile eſt cōprehendere quēadmodum uigeat ſine corpore? Quod ſi deos eſſe credunt: qui ſi ſunt: utiq; aīæ ſunt expertes corporum: neceſſe eſt humanas anīas eadem ratione

ſubſiſtere quoniam ex ipſa ratione ac prouidentia ītelligitur eē que dam in homine a deo ſimilitudo. Deniq; illud argumentū qđ Mar cus Tullius uidit ſatis firmum eſt: ex eo æternitatem aīæ poſſe dino ſci: quia nullum ſit aliud aīal: quod habeat noticiam dei aliquā: reli gioq; ſit pœne ſola: quæ hominē diſcernat a mutis quæ cū in hominē ſolum cadat: profecto teſtatur id affectare nos: id deſiderare: id cole re: quod nobis familiare quod proximum ſit futurum. An aliquis cū cæterarum animantium naturam conſiderauerit. quas pronis corpo ribus abiæctas in terrāq; proſtatas ſūmi dei prouidentia effecit: ut ex hoc intelligi poſſit: nihil eas rationis habere cum cælo: poteſt non ītel ligere ſolum ex omnibus cæleſte ac diuinum animal eſſe hominem: cuius corpus ab humo excitatum uultus ſublimis: ſtatus rectus ori ginem ſuam quærit: & quaſi cōtempta humilitate terræ ad altū niti tur quia ſentit ſūmum bonum in ſūmo ſibi eſſæ quærendū: memor q; conditionis ſuæ qua deus illum fecit eximium: ad artificem ſuū ſpectat. Quam expectationem Triſmegyſtus θεωρίαν rectiſſime no minauit: quæ in mutis animalibus nulla eſt. Cum autem ſapientia quæ ſoli homini data eſt: nihil aliud ſit q̄ dei noticia: apparet aīam non interire neq; diſſolui: ſed manere in ſempiternum: quia deum qui ſempiternus eſt & quærit & diligit ipſā cogente natura: ſentiens uel unde orta ſit: uel quo reuerſura: Preterea non exiguum immor talitatis argumentum eſt: quod homo ſolum cæleſti elemento utaṫ Nam cum rerum natura his duobus elemenris: quæ repugnantia ſi bi & inimica ſunt conſtet igne & aqua: quorum alteſum cælo: alte rum terræ aſcribitur. Cæteræ animantes quia terrāne mortaleſq; ſūt terreno grauiq; utuntur elemento. homo ſolus ignem in uſu habet: quod eſt elementum leue: ſublime: cæleſte. Ea uero que ponderoſa ſunt: ad morrem deprimunt: & que leuia ſunt ad uitam ſubleuant quia uita in ſummo eſt: mors in imo. Et ut lux eſſe ſine igne non poteſt: ſic uita ſine luce. Igitur ignis elementum eſt lucis ac uite: un de apparet hominem qui eo utitur immortalitarem ſortitum eſſe cō ditionem quia id illi familiare eſt quod facit uitam. Virtus quoq; ho mini ſoli data: magno argumento eſt immortales eſſe animas: quđ non eſſe ſecundum naturam: ſi anima extinguitur. Huic enī preſen ti uite nocet: nam uitā iſta terrena quam cōmunem cū mutis aialibꝫ ducimus: & uoluptatem expetit: cuius uariis fructibus ac ſuauibus delectatur & dolorem fugit: cuius aſperitas naturā uiuentium acer bis ſenſibus ledit: & ad mortē pducere nitirur: que diſſoluit aīantes

Si ergo uirtus & prohibet his bonis hoīem que naturaliter appetūt & ad ſuſtinēda mala īpellit que naturaliter fugiūt: Ergo malū ē uirtus & īimica naturę ſtultūq; iudicari neceſſe ē qui eā ſequitur qm̄ ſe ipſe ledit: & fugiēdo bona preſētia & appetēdo eque mala ſine ſpe fructus āplioris. Nā cū liceat nobis iocūdiſſimis frui uoluptatibus nōne ſenſu carere uideamur? Si malimus ī hūilitate: in egeſtate: in cōtēptu: in ignomīa uiuere aut ne uiuere quidē: ſed dolori cruciari & mori. Ex qbus malis nihil āplius aſſequamur: quo poſſit uoluptas omiſſa penſari. Si āt uirtus malū nō eſt facitq; honeſte: ꝙ uoluptates uiciosas turpeſq; cōtēnit: & fortiter ꝙ nec dolorē nec mortē tīet ut offm̄ ſeruet. Ergo maius aliquod bonū aſſequatur neceſſe ē: quā ſſt illa que aſpnit. at Xpo morte ſuſcepta qd ulterius bonū ſperari pt niſi eternitas

Cap. x. Item de īmortalitate aīe: & quod uirtus ſemel habita ppetuatur & amitti non poteſt: & ꝙ uita duplex eſt. & item mortes due homini preponutur.

Ranſeamus nūc uiciſſim ad ea que uirtuti repugnāt: ut ēt ex his īmortalitas aīe colligatur: uicia oīa tēporalia ſunt. At preſens enim cōmouetur ire impetus. recepta ultione ſedatur: libidinis uoluptas corporis finis eſt. Cupiditatem autem ſacietas earum rerū quas expetit: aut aliorū affectuum cōmotiones interimunt. Ambitō poſtq̄ honores quos uoluit adepta eſt: cōſeneſcit. Item cetera uicia conſiſtere ac permanere non poſſunt: ſed ipſo fructu quem expetūt finiūtur: recedunt ergo & redeunt. Virtus autem ſine ulla intermiſſione perpetua eſt: nec diſcedere ab eo poteſt: qui eam ſemel cœpit. Nam ſi habeat interuallum: ſi aliquando ea carere poſſumus: redibunt protinus uicia que uirtutem ſemp īpugnant. Non eſt igitur comprehenſa ſi deſerit ſi aliquando ſecedit. Cum uero ſibi domicilium ſtabile collocauit in omni actu uerſari eam neceſſe eſt nec poteſt fideliter depellere uicia & fugare: niſi pectus quod inſedit perpetua ſtatione munierit. Ipſa ergo uirtutis perpetuitas indicat humanum animum: ſi uirtutem cœperit permanere: quia & uirtus perpetua ē: & ſolus animus humanus uirtutem capit. Quoniam igitur cōtraria ſſt uicia uirtuti: omnis rō diuerſa & contraria ſit neceſſe eſt quia uicia cōmotiones & perturbationes animi ſunt. Virtus contrario lenitudo & tranquillitas animi eſt: quia uicia tēporalia & breuia ſunt: uirtus perpetua & conſtans & par ſibi ſemper: quia uiciorum fructus ideſt uoluptates æque ut ipſa breues tēporaleſq; ſūt Virtutis ergo fructus ac premiū ſēpiternū eſt: quia uicioꝝ cōmodū in pñti ē uirtutis igitur

in futuro. Ita fit ut in hac uita uirtutis premiũ nullũ ſit: quia uirtus adhuc ipſa eſt. Nã ſicut uicia cũ in actu ſuo finiunt᷑: uoluptas & premia eorꝝ ſequnt᷑: ita uirtus cũ finita ẽ: metces eius inſeqt᷑. Virtus ãt nũq̃ niſi morte finit᷑: qm̃ & in morte ſuſcipiẽda ſũmũ eius offm̃ ẽ ergo premiũ uirtutis ẽ poſt mortẽ. Deniq; Cicero ĩ tuſculanis: q̃uis dubitãter tñ ſenſit ſũmũ hoĩ bonũ nõ niſi poſt mortẽ contingere. Fidenti aĩo inquit: ſi ita res ferat gradiet᷑ ad mortẽ: in qua aut ſũmũ bonũ: aut nullũ malum eſſe cognouimus. Mots igit᷑ nõ extiguit hoĩem: ſed ad premiũ uirtutis admittit qui ãt ſe (ut ait idẽ) uiciis ac ſceleribꝫ cõtaminauerit uoluptatiq; ſeruietit is uero dãnatus ætemã luet pœnã: quã diuinæ littere ſecũdam mortem nominãt quæ eſt & perpetua & gtauiſſimis cruciatibus plena. Nã ſicuti duæ uitæ ꝓpoſitæ ſunt hoĩ: quarꝝ alrera eſt aĩæ: alrera corporis ita et mortes duæ ꝓpoſitæ ſunt: una pertinens ad corpus qua cũctos ſecũdũ nat̃am ſũgi neceſſe ẽ Altera ꝑtinens ad aĩam que ſcelere acquirit᷑ uirtute uitat᷑. Vt hec uita tẽporalis eſt ceteroſq; terminos haber quia corpus ẽ ſic & mots eque tẽporalis ẽ certũq; hẽt finem quia corpus attingit.

Cap. xi. De reſutrectione corpotum mortuorum & motte & aĩarꝝ ꝑpetuitate.

Mplectis ergo temporibus que deus morti ſtatuit terminabitur ipſa mots. Et quia temporalem uitam temporalis mors ſequitur conſequẽs eſt ut reſurgant aĩe ad uitam ꝑennẽ quia finẽ morſ temporalis accipit. Rurſus ſicut uita animi ſẽpiterna eſt in qua diuinos & in eloquibiles ĩmortalitatis ſue fructus capit ita & mors eius perpetua ſit neceſſe eſt in qua ꝑennes pœnas & infinita tormenta pro peccatis pendit. Ergo in ea conditione res poſita eſt ut qui beati ſunt in hac uita temporali atque terræna: ſemper miſeri ſint futuri quia iam bonis quæ maluerunt potiti ſunt: quod his euenit qui deoſ adorant deum negligunt. Deinď qui iuſticiam ſuerunt ſecuti in hac uita miſeri fuerunt & contempti & inopes: & ob ipſam iuſticiam cõtumeliis & iniuriis ſæpe uexati: quia nec alitet uirtus teneri poteſt: ſemper beati ſunt futuri: ut quia mala iam pertulerunt: etiam bonis fruant᷑. Quod his utiq; cõtingit: qui contẽptis terræſtribꝫ diis & fragilibus bonis cæleſtẽ religionẽ dei ſequũtur: cuius bona ſicut ipſe qui tribuit ſẽpiterna ſt᷑. Quid opa corporis atq; animi? Nõne indicant eẽ aĩam mortis expartem? Nam corpus quia ipſũ fragile eſt atq; mortale: quecũq; opa molit᷑ eaq; caduca ſt᷑. Nihil .n. Tullius ait eſſe qď ſit

eſt abſurdius ſi natura mundum fecit conſilio & ratione fecerit ne ceſſe eſt: Is enim facit aliquid qui aut uoluntatem faciendi haber aut ſcientiam. Si caret ſenſu ac figura qũo poreſt ab ea ſieri quod & ſenſum habeat & figuram niſi forte quis arbitretur naturam animaliũ ſabricatam tam ſubtilena non ſentienti formari aīariq; potuiſſe aut iſtam cæli ſpeciem tam prouidenter ad utilirates uiuētium tempera tã neſcio quo caſu ſine conditore ſine artifice ſubito extitiſſe? Si qd inquit eſt Cryſippus quod efficiat ea quæ homo licet ratione ſit præditus facere non poſſit id profecto eſt maius & fortius & ſapientius homine: homo autem non poteſt facere cæleſtia ergo illud quđ hoc efficiat uel effecerit ſuperat hominem arte conſilio prudentia poteſtate. Quis igitur poteſt eſſe niſi deus? Natura uero quam ueluti matrē eſſe rerum putant ſi mētē nõ habet nihil efficiat unq̃ nihil molietur Vbi enim non eſt cogitatio nec motus eſt ullus nec efficatia. Si aũt conſilio utitur ad incipiendum aliquid rõne ad diſponendum arte ad efficiendum uirtute ad conſũmandum poteſtate ad regendũ & continendum cur natura potius q̃ deus nominetur? Aut ſi cõcurſus aromorum uel carens menre natura ea quæ uidemus efficit quæro cur ſacere cælũ potuerit & urbem aut domũ nõ potuerit? Cur mõtes marmoris fecerit colũnas & ſimulachra non fecerit? Atqui nõ potuerant atomi ēt ad hæc efficienda concurrere? Si quidē nullam poſitionem relinquũt quam non experianrur. Nam de narura quæ mentē non habet non eſt mirandũ ꝙ hæc facere oblita ſit. Quid ergo eſt utiq; deus cũ in coharet hoc opus mundi quo nihil poteſt eſſe nec diſpoſitius ad ordinē nec aptius ad utilitatē nec ornatius ad pulchritudinem nec maius ad molē quæ fieri ab homine non poterant fecit ipſe in quibus etiam hominē ipſum cui priculam de ſua ſapientia dedit & inſtruxit eum ratione quantũ fragilitas terræna capiebat ut ipſe ſibi efficeret quæ in uſus ſuos eſſēt neceſſaria. Si x͞o in huius mũdi (ut ita dixerim) republica nulla ꝓuidentia ē quæ regat nullus deus qui adminiſtret nec oio ſenſus ullus in hac reꝝ narura poller. Vnde igitur mens humana tã ſolers: tam intelligens orta eſſe credeř? Si enī corpus hõis ex humo fictũ eſt: unde homo nomē accæpit? Aīmus ergo qui ſapit: rector eſt corporis cui mēbra obſequũtur: tãq̃ regi & īperatori: qui nec aſpici: nec cõprehendi poteſt: non potuit ad hominē niſi a ſapiente natura peruenire: ſed ſicut omne corpus mēs & animus gubernat: ita & mundũ deus. Nec. n. ueriſimile eſt: ur minora. & humilia regimē habeāt: maiora & ſũma non habeāt. Deniq;. M.

Cicero in tuſculanis & in conſolatione aĩorum inquit. Nulla in terris origo inueniri poteſt: nihil ē inquit in animis mixtũ atq; cõcretum: aut quod ex terra natum atq; factum eſſe uideatur nihilue humidũ quod aut flabile aut igneũ. His enim naturis nihil ineſt quod uim memoriæ mētis: cogitationis habeat: quo & præterita teneat & futura prouideat: & cõplecti poſſit præſentia: quæ ſola diuina ſunt: nec enim inueniuntur unq̃ unde ad hominem uenire poſſint niſi a deo. Exceptis igitur duobus tribuſue calũniatoribus uanis: cum conſtat diuina ꝓuidentia mundum regi: ſicut & factus eſt: nec ſit quiſq̃ qui Diagoræ Theodoriq; ſnĩam uel Leucippi inane cõmentum: uel Democriti Epicuriq; leuitatē præferre audeat auctoritati: uel illorũ ſeptem priorum: qui ſunt appellati ſapientes: uel Pythagoræ uel Socratis: uel Platonis: cæterorũq; phõrum qui eſſe prouidentiam iudicauerunt. Falſa igitur eſt & illa ſnia. qua putant terroris ac metus gratia religionem a ſapientibus inſtitutam quo ſe homines ĩperiti a peccatis abſtinerent. Quod ſi uerum ſit ergo deriſi ab antiquis ſapientibꝫ ſumus. Quod ſi fallendi noſtri atq; a deo totius generis humani cã cõmentati ſunt religionē ſapientes igitur non fuerunt quia in ſapiēte non cadit mēdacium. Sed ſi fuerint ſapientes quæ tanta fœlicitas mentiendi ut nõ tantũmodo indoctos ſed Platonē quoq; ac Socratē fallerent & Pythagoram Zenonē Ariſtotelem maximarum ſectaꝝ principes tam facile deluderent? Eſt igitur diuina prouidentia (ut ſēſerunt hi homines quos nominaui) cuius ui ac poteſtate omnia quæ uidemus & facta ſunt & reguntur. Nec enim tanta reꝝ magnitudo tanta diſpoſitio: tanta in ſeruandis ordinibus tēporibuſq; conſtantia aut olim poſuit ſine prouido artifice oriri: aut conſtare tot ſeculis ſine incola potenti: aut ĩperpetuũ gubernari ſine perito ac ſine rectore: quod rõ ipſa declarat. Quicquid eſt enĩ quod habet rõnem rõne ſit ortum neceſſe eſt. Ratio autem ſentientis ſapientiſq; natura nihil aliud poteſt eſſe q̃ deus. Mundus autem quoniam eam rõnem habet qua & regitur & conſtat: ergo a deo factus eſt. Quod ſi eſt cõditor rectorq; mundi deus: recte igitur ac uere religio conſtituta ē Autori enĩ rerum parentiq; cõi honos ueneratioq; debetur.

Cap. xi. Vtrum unius dei an plurium deorum prouidentia mundus regatur & conſtet.

Voniam conſtitit de ꝓuidentia: ſequitur ut doceamus utrumne multoꝝ eſſe credenda ſit: an potius unius. Satis (ut opinor:

docuimus uel oſtendimus in noſtris inſtitutionibus: deos multos eē non poſſe: q̄ diuina uis ac ptās ſi diſtribuat̃ in plures diminuit̃ utiq; & mortalis eſt. Si uero mortalis non eſt: nec minui nec diuidi poteſt deus: igitur unus eſt: in quo uis & ptās cōſumata: nec minui pōt nec augeri. Si aūt ſunt multi: dum habent ſinguli ptātis aliquid ac nu minis: ſumma ipſa decreſcit: nec poterunt ſinguli habere totū: quod eſt cōe cum pluribus: unicuiq; tantum deerit: q̄tū cæteri poſſidebūt Nō poſſſ̃: igit̃ in hoc mūdo multi eē rectores: nec in una domo mul ti domini: nec in naui una multi gubernatores: nec in armēto aut gre ge duces multi: nec in uno regimine multi reges. Sed nec in cælū qui dem multi ſoles eſſe potuerunt: ſicut nec animæ plures in uno corpo re: a deo in unitate natura uniuerſa cōſentit. Quod ſi mundū ſpūs intus alit: totāq; infuſa per artus Mens agitat molē: & magno ſe cor pore miſcet: apparet teſtimonio poetæ unum eſſe mundi habitatorē deū. Siquidem corpus omne: niſi ab una mente incoli regiq; nō pōt oēm igitur diuinā poteſtatem neceſſe eſt in una eſſe: cuius nutu & imperio regunt̃ oïa: & ideo tantus eſt: ut ab homine non poſſit aut uerbis enarrari: aut ſenſibus extimari. Vnde igit̃ ad homines opinio multorū deorū perſuaſione peruehitur? Ni mirum hi omnes qui col untur ut dii: homines fuerunt: & iidem primi ac maxime reges: ſed eos aut ob uirtutem: quia profuerāt hominiū generi diuinis honorib; affectos eſſe poſt mortē: aut ob beneficia & inuenta: quibus huma nam uitam excoluerāt: imortalem memoriā cōſecutos: quis igno rat. Nec tantū mares: ſed & fœminas. Quod cū uetuſtiſſimi græciæ ſcriptores: quos illi theologos nūcupant: tū etiā romani græcos ſecu ti & imitati docēt: quoꝝ præcipue Euhemerus ac nr̃ Ennius: q̃ eoꝝ omnium natales: cōiugia: progenies: imperia res geſtas obitus: ſimu lacra demonſtrāt. Et ſecutus eos Tullius tertio de natura deoꝝ libro diſſoluit publicas religiones: ſed tamē uerā q̄ ignorabat: nec ipſe: nec alius quiſq̄ potuit inducere. Adeo & ipſe teſtatus eſt: falſum quidē apparere ueritatem tamē latere. Vtinam inquit tam facile uera inue nire poſſem: q̄ falſa cōuincere. Quod quidem non diſimulanter ut academicus: ſed uere atq; ex animi ſententia proclamauit: quia ueri tas humanis ſenſibus erui non poteſt quod aſequi uoluit humana ꝓ uidentia: id aſſecutus eſt: ut falſa detegeret. Quicqd ei fictum & co menticium: quia nulla ratione ſubnixum eſt: facile diſoluit̃. Vnus eſt igitur princeps & origo rerum deus: ſicut Plato in thimæo & ſen ſit & docuit cuius maieſtatem tantā eſſe declarat ut nec mente cō

prehendi nec lingua exprimi poſſit: Idē teſtatur Hermes quē Cicero ait in numero deoꝝ apud ægyptios haberi: eum. ſ. qui ob uirtutem multarūq; artium ſcientiā Triſmægyſtus nominarus & erat nō mō Platone uerum Pythagora: ſeptēq; illis ſapientibus longe antiquior. Apud Xenophontē Socrates diſputās: ait formā dei nō oportere cō quiri. Et Plato in legē libris. Quid oīo ſit deus: non eſſe quærendum quia nec inueniri poſſit: nec enarrari. Pythagoras quoq; unū deū cō fitetur dicens: īcorporalē eſſe mētē: quæ per oēm rerū naturam diffu ſa & intēta uitalē ſenſum cūctis aiantibꝫ tribuat. Antiſthenes āt in phyſico unū eē naturale deū dixit quāuis gētes & urbes ſuos habeāt populares. Eadem fere Ariſtoteles cū ſuis peripatheticis. Et Zeno cū ſuis ſtoicis Longū eſt enim ſinguloꝝ ſnias exequi licet diuerſis no minibus ſint abuſi ad unam tamē ptātem quæ mundū regeret con currerunt. Sed tamen ſūmum deū cum & phi & poetæ & ipſi deni q; qui deos colunt ſæpe fateantur de cultu tamē & honoribus eius nemo unq̄ requiſiuit nemo diſſeruit ea. ſ. perſuaſione qua ſemper beneficium incorruptum credentes nec iraſci eum cuiq̄ nec ullo cul tu indigere arbitrant̄ a deo religio eſſe nō pōt ubi metus nullus eſt.

Cap. xii. Quod religio ſit & hominis ſir.

Vnc quoniam reſpondimus impiæ quorundam deteſtabiliq; prudentiæ uel potius amentiæ redeamus ad propoſitum. Di ximus religione ſublata nec ſapientiam teneri poſſe nec iuſticiam: dū diuinitatis intellectus quo differimus a bæluis in homine ſolo re periat iuſticiā qua niſi cupiditates noſtras deus qui falli non poteſt: cohercuerit ſcelerate īpieq; uiueremus. Spectari ergo actus noſtros. adeo nō mō quo ad utilitatē cōis uitæ attinet ſed ēt ad ueritatē quia religōe iuſticiaq; detracta uel ad ſtulticiā pecudū amiſſa rōe deuolui mur uel ad beſtiaꝝ īmanitatē īmo uero āplius ſiquidē beſtiæ ſui ge neris aialibus pcunt. Quid erit hoie truculentius? Quid īmitius ſi dēpto metu ſuperiore ui legū aut fallere potuerit: aut contēnere? Ti mor igit̄ dei ſolus: qui cuſtodit hoīum inter ſe ſocietatē. p quē uita ipſa ſuſtinet̄: munit̄ gubernat̄. Is āt timor aufert̄: ſi fuerit hoī perſu aſum: ꝙ iræ ſit expers deus: quē moueri & indignari non mō cū in iuſta fuerit cōis utilitas: ſed ēt rō ipſa & ueritas perſuadet. Rurſus nobis ad ſupiora r. deūdū eſt: ut quia docuimus a deo factū eſſe mū dum: doceamus quare ſit effectus.

Cap. xiii. Quod oīa tam bona q̄ mala hominis gratia facta ſunt.

I conſideret aliquis uniuerſam mundi adminiſtrationem in telliget profecto: q̃ uera ſit ſenteutia ſtoicorum: qui aiunt no ſtra cauſa mundum eſſe conſtructum: omnia enim quibus conſtat quæq; generat ex ſe mundus: ad utilitatem hominis accommodata ſunt. Homo igni utitur ad uſum calefaciendi: & luminis & coquen dorum ciboꝝ: ferriq; fabricandi: utitur fontibus ad potum: & ad la uachra fluminibus: ad agros irrigandos: terminandaſq; regiones:
Vtitur terra ad percipiendam frugum ubertatem: collibus ad conſe renda uineta montibus ad uſum arborum atq; lignorum. Vtitur ma ri non ſolum ad cõmertia & copias ex longinquis regiõbus ferendas uerum etiam ad ubertatem omnis generis piſcium. Quod ſi his ele mentis utitur: quibus eſt proximus: non eſt dubium quin & cælo. quoniam & cæleſtium rerum officia ad fertilitatem terræ: ex qua uiui mus temperata ſunt. Sol irrequietis curſibus & ſpaciis inæqualibus orbes ãnuos cõficit: & aut oriens dië promit ad laborẽ aut occidens noctem ſuperinducit ad requiem: & cũ ab ceſſu longius ad meridiẽ: tũ acceſſu propius ad ſeptẽtrionem. Hyemis & æſtatis uiciſſitudies facit: ut & hibernis humoribus ac pruinis in ubertatem terra pingue ſcat: & æſtiuis caloribus: ut uel herbidæ fruges maturitate durentur uel quæ ſunt in humidis incocta & feruefacta miteſcant. Luna quo q; nocturni temporis gubernatrix: & amiſſi ac recæpti luminis uicibꝫ menſtrua ſpacia moderatur. & cæcas tenebris oerentibus noctis ful gore ſuæ claritatis illuſtrat: ut æſtiua itinera & expeditiones & ope ra ſine labore ac moleſtia confici poſſint. Siquidem nocte leues melius ſtipulæ: noctæ arida prata tondentur. Aſtra etiã cætera uel or tu uel occaſu ſuo: certis ſtationibus opportunitatis tẽporum ſũminiſ trãt. Sed & nauigiis quo minus errabundo curſu p imenſum uagent̃ regimẽ prebent: cũ ea rite gubernator obſeruans ad portum deſtina ti littoris peruehatur. Ventoꝝ ſpũ attrahũtur nubes: ut ſata imbribus irrigent̃: ut uites fœtibus: arbuſta pomis exuberẽt. Et hæc p orbẽ ui cibus exhibẽtur: ne deſit aliquãdo quo uita hoĩum ſuſtineat̃. Vt et cæteras aĩantes eadem terra nutrit: & eiuſdem fœtu etiam muta paſ cũtur. Nũ ẽt mutoꝝ cauſa deus laborauit? Minime quia ſunt ratio nis expertia. Sed intelligimus & ipſa & eodem modo in uſũ hominũ a deo facta: ptim ad ueſtitũ: partim ad operis auxilia: ut datum ſit diuinã prouidentiam rerum & copiaꝝ abũdantia hominum uitam inſtruere atq; ornare uoluiſſe: ob eãq; cauſam & aerẽ uolucribus: & mare piſcibus & terram quadrupedibus impleuit. Sed academici

contra ſtoicos diſſerentes ſolent quærete: cur ſi deus oīa hominum cauſa feecrit: etiā multa contraria & inimica & peſtifera nobis reperiantur: tam in mari q̄ in terra: Quod ſtoici ueritaté nō reſpicientes ineptiſſime repulerunt. Aiūt enim multa in gignentib᷒: & in numero aīalium quoꝝ lateat utilitas: ſed etiam proceſſu tēpoꝝ inueniri: ſicut iam plura prioribus ſecus incognita neceſſitas & uſus inuenerit. Quæ tandē utilitas poteſt in murib᷒ in blatis in ſerpentibus reperiri: quæ homini moleſta & pnitioſa ſunt? An medicina in his aliqua latet? Quæ ſi ē: inuenietur aliquādo nēpe aduerſus mala: cū id illi querantur eſſe omnino malū. Viperā ferunt exuſtā in cinereq̄ dilapſam mederi eiuſdē beſtiæ morſui. Quanto melius fuerat eā prorſus non eſſe q̄ remediū cōtra ſe ab ea ipſa deſiderari? Breuius igitur ac uerius reſpondere potuerunt in hūc mundū. Deus cū formaſſet hominem: ueluti ſimulachrū ſuū: quod erat opificii ſūmū: inſpirauit ei ſapientiam ſoli: ut oīa iperio ac ditioni ſuæ ſubiugaret: oībuſq; mundi cōmodis uteretur: propoſuit tamē ei & bona & mala quia ſapientiam decit: cuius oīs rō in diſcernēdis malis ac bonis poſita eſt. Nō poteſt enim quiſq̄ eligere meliora & ſcire qd bonū ſit: niſi ſciat ſimul reiicere ac uitare: quæ mala ſunt inuicem ſibi alterutrum cōnexa ſunt: ut ſublato alterutro: utrunq; ſit tolli neceſſe. Propoſitis igitur bonis maliſq;: tum demum opus ſuū peragit ſapientia: equidem bonum appetit ad utilitatē: malū reiicit ad ſalutem. Ergo ſicut bona īnumerabilia data ſunt homini quibus frui poſſet: ſic & mala quæ caueret. Nā ſi malū nullū ſit periculū: nihil deniq; qd lædere hoīem poſſit tollitˀ oīs materia ſapientiæ: nec erit hōi neceſſaria. Poſitis ei īmmodo ī cōſpectu bonis quid opus eſt cogitatione: intellectu: ſcia: rōe? Quocūq; porrexerit manū: id naturæ aptū & cōmodū ſit: ut ſi quis uelit apparatiſſimam cœnam infantibus: qui nōdum ſapiant apponere: utiq; id appetent ſinguli: quo unūquenq; aut impetus: aut fames: aut etiam caſus attraxerit: & quicquid ſumpſerint: id illis erit utile ac ſalubre. Quid igitur nocebit eos ſicuti ſunt permanere: & ſemper infantes: ac neſcios eſſe rerum? Si autem admiſceas uel amara uel inutilia: uel etiam uenenata decipiuntur utiq; per ignorantiā boni ac mali: niſi accedat his ſapientia: per quam habeant malorum reiectionem bonorumque delectum. Vides ergo magis propter mala opus bonis eſſe ſapientia: quæ niſi fuiſſent propoſita rationale animal non eſſemus. Quod ſi hæc ratio uera eſt: quam Stoici poſuerunt: diſſoluitur etiam argumentum illud Epicuri. Deus inquit aut uult tollere mala & non poteſt: aut poteſt & non uult:

aut neq; uult neq; poteſt: aut & uult & pōt. Si uult & non pōt: ĩbecil lis eſt quod in deū nō cadit. Si poteſt & nō uult inuidus quod a que alienū eſt a deo. Si neq; uult neq; poteſt & inuidus & ĩbecillis eſt: nō q; neq; deus. Si & uult & poteſt: quod ſolū deo cōuenit. Vnde ergo ſunt mala? Aut cur illa nō tollit? Scio pleroſq; phōrum: qui ꝓuiden tiam defendūt: hoc argumēto perturbari ſolere & inuitos pene adigi ut deū nihil curare fateant: quod maxime quærit Epicurus: ſed nos rōne pſpecta: formidoloſū hoc argumentū facile diſſoluimus. Deus eī poteſt quicquid uult: & ĩbecillitas uel inuidia in deo nulla ē. Po teſt igitur mala tollere: ſed non uult nec ideo tamē inuidus Iccirco e nī non tollit: quia & ſapientiā ſicut & docui ſimul tribuit: & plus bo ni ac iocūditatis in ſapientia eſt: q̄ in malis moleſtiæ. Sapientia etiā fecit: ut ēt deum cognoſcamus: & per eā cognitionē ĩmortalitatē aſſe quamur: quod eſt ſūmum bonū. Itaq; niſi prius malū cognoueris nec bonū poteris agnoſcere. Sed hoc nō uidit Epicurus: nec alius quiſq̄: ſi tollant mala: tolli pariter ſapientia: nec ulla in hoīe uirtutiſ remanere ueſtigia: cuius rō in ſuſtinēda: & ſupanda maloꝝ acerbitate cōſiſtit. Ita pp exiguū cōpendiū ſublatoꝝ maloꝝ: maxīo & uero & ꝓprio nobis bono careremus. Cōſtat igit oīa pp hoīem ꝓpoſita: tā mala q̄ etiam bona. Cap. xiui. Cur deus fecerit hoīem.

Equit: ut oſtendā: cur fecerit hoīem ipſum deus: ſicut mūdū pp hoīem machinatus eſt: ita ipſū pp ſe tāq̄ diuini tēpli antiſ titem: ſpectatorem opeꝝ rerūq; cæleſtiū. Solus eſt eni qui ſentiēs ca paxq; rōnis intelligere poſſit deū: qui opera eius admirari uirtutem: poteſtatēq; perſpicere: Iccirco eī conſilio: mēte: prudentia inſtructus ē. Ideo ſolus præter cæteras aiantes rectus corpore ac ſtatu factus ē: ut ad contēplationē parentis ſui excitatus eſſe uideatur. Ideo ſermo nem ſolus accæpit: ac linguam cogitationis interpretem: ut enarrare maieſtatem domini ſui poſſit. Poſtremo iccirco ei cuncta ſubiacta ſunt: ut factori atq; artifici deo eſſet ipſe ſubiactus. Si ergo deus hominem ſuum uoluit eſſe cultorem ideoq; illi tantum honoris at tribuit: ut rerum omnium dominaretur: utiq; iuſtiſſimū eſſe deū: ui delicet eū qui tanta preſtiterit amare & hoīem qui ſit nobiſcū diuini iuris ſocietate cōiunctus. Nec eni fas eſt cultorem dei: a dei cultore: uiolari. Vnde intelligitur religionis ac iuſticiæ cauſa eſſe hominem fi guratū: cuius rei teſtis eſt Mar: Tul. in libris de legibus ita dicens. Sed omnium quæ in doctoꝝ hoīum diſputatione uerſātur: nihil eſt profecto preſtabilius: q̄ plane intelligi nos ad iuſtitiam eſſe natos.

Quod ſi eſt ueriſſimũ: deus ergo uult oẽs hoĩes eſſe iuſtos: ideſt deũ & hoĩem charos habere: deum. ſ. honorare tãq̃ patrẽ: hoĩem diligere uelut fratrem. In his ei duobus tota iuſticia conſiſtit. Qui ergo aut deum non agnoſcit: aut homini nocet: iniuſte & cõtra naturam ſuã uiuit: & hoc modo abrũpit inſtitutum legemq; diuinam.

Cap. xv. Vnde ad hominem peccata perueniant.

Ic fortaſſe querat aliquis: unde ad hominẽ peccata peruenerit aut quæ prauitas diuini inſtituti regulã ad peiora detorſerit: ut cũ ſit ad iuſticiã genitus: opera tamẽ efficiat iniuſta. Iam ſupius exp lanaui ſimul deũ ꝓpoſuiſſe bonũ ac malũ: & bonũ quidẽ diligere: & malũ qđ huic repugnat odiſſe: ſed ideo malũ permiſiſſe ut & bonũ emicaret: quod alterũ ſine altero (ſicut ſæpe docui) intelligimus cõſtare non poſſe. Deniq; ipſũ mundũ ex duobus elemẽtis repugnãtibus: & inuicẽ copulatis eſſe cõcretũ: igneo & humido: nec potuiſſe lucẽ fieri: niſi & tenebræ fuiſſent: quia nec ſuperũ poteſt eſſe ſine infero: nec oriens ſine occidente: nec calidũ ſine frigido: nec molle ſine duro. Sic & nos ex duobus æque repugnãtibus cõpacti ſumus aĩa & corpore: quorum alterum cælo aſcribitur: quia tenue eſt & intractabile: alterum terræ: quia cõpræhenſibile eſt: Alterũ ſolidũ & æternũ eſt: alterũ fragile atq; mortale: Ergo alteri bonũ adheret: alteri malũ Alteri lux: uita: iuſticia: alteri tenebræ: mors: iniuſticia. Hinc extitit ĩ hoĩbus natura ſuæ deprauatio: ut eſſet neceſſe cõſtitui legẽ: qua poſſent & uicia ꝓhiberi: & uirtutis officia ĩperari. Cũ igitur ſint in reb; humanis bona & mala: quoꝝ rõnem declaraui: neceſſe eſt ad utrãq; ptem moueri deum: & ad gratiã: cũ iuſta fieri uidet: & ad irã cum cernit iniuſta. Sed occurrit nobis Epicurus ac dicit. Si eſt in deo lætitiæ affectus ad gratiam: & odii ad iram: neceſſe eſt habeat & timorẽ & libidinem: & cupiditatem: cæteroſq; affectus qui ſunt imbecillitatis humanæ. Non eſt neceſſe ut timeat qui iraſcitur: aut mereat qui gaudet. Deniq; iracũdi minus timidi ſunt: & natura læti minus merent. Quid opus eſt de humanis affectibus dicere: quibus fragilitas noſtra ſuccunbit. Conſideremus diuinam neceſſitatẽ: nolo ei naturã dicere quia deus nũq̃ creditur natus. Timoris is affectus habet in hoĩe materiã: in deo non hẽt. Homo quia multis caſibus periculiſq; ſubiæctus eſt: metuit ne qua uix maior exiſtat: quæ illum uerberet: ſpoliet: laceret: affligat: interimat Deus ãt in quem nec egeſtas: nec iniuria: nec dolor: nec mors cadit: timere nullo pacto poteſt: qa nihil eſt quod ei uim poſſet inferri. Item libidinis ratio in homine

manifeſta eſt. Nã quia fragilis & mortalis eſt affectus: neceſſe fuit al terum ſexũ: diuerſũq; cõſtitui cuius pmixtione ſoboles effici poſſet: ad cõtinendã generis ppetuitatem: Hæc aũt libido in deo locũ nõ ha bet quia & fragilitas: & interitus abeo alienus eſt: nec ulla ẽ apud eũ fœmina: cuius poſſit copulatione gaudere: nec uſcceſſione indiget qui ſemper futurus eſt. Eadẽ de inuidia & cupiditate dici poſſunt: quæ certis manifeſtiſq; de cauſis in hoĩem cadunt: in deum nullo mõ. At uero & gratia: & ira & miſeratio habẽt in deo materiã recteq; illis uti tur ſuma illa & ſingularis poteſtas ad rerũ cõſeruationem

Cap. xvi. Quæ materia ſit in deo miſerationis gratiæ uel iræ.

Været quiſpiã quæ ſit iſta materia. Primũ accidentibus malis afflicti homines ad deum plerũq; cõfugiũt: mitigãt: obſecrant: credentes eũ poſſe ab his iniuriis ppulſare. Habet igitur cãm miſe randi: nec enim tã ĩmitis eſt hĩumq; cõtemptor: ut auſiliũ laboranti bus deneget. Itẽ plurimi quibus perſuaſũ eſt deo placere iuſtitiam: eũq; qui ſit dominus ac parens oĩum uenerant cũ precibus aſſidu s ac frequẽtibus uotis: dona & ſacrificia offerũt nomẽ eius laudibus p ſequũtur: iuſtis ac bonis opibus demereri eũ laborãtes. Ergo eſt pp quod deus & poſſit & debeat gratificari. Nã ſi nihil eſt tã cõueniẽs deo: q̃ beneficentia: nihil ãt tã alienũ: q̃ ut ſit ingratus: neceſſe eſt ut officiis optimorũ ſancteq; uiuẽtiũ præſter aliquid: ac uicẽ reddat: ne ſubeat ingrati culpã quæ eſt ẽt hoĩ criminoſa. Cõtra ãt ſunt alii faci noroſi & nefarii: qui libidinibus oĩa polluant: cædibus uexẽt: fraudẽt rapiant: periurent: nec cõſanguineis: nec parẽtibus pcant: leges & ip ſum ẽt deum negligant: hẽt igit ira in deo materiã. Non eſt eni fas e um cũ talia fieri uideat non moueri & inſurgere ad ultionem ſcelera torũ: & peſtiferos nocenteſq; delere: ut bonis oĩbus conſulat. Adeo & in ipſo ira eſt & gratificatio. Inania ergo & falſa reperiuntur argumẽ ta: uel eorũ qui cum iraſci deum uolunt: gratificari uolunt: quia nec hoc quidem fieri ſine ira poteſt uel eorum qui nullum animũ motũ eſſe in deo putant. Et quia ſunt aliqui affectus: qui nõ cadũt in deũ ut libido timor: auaritia: mæror: inuidia oĩ prorſus affectu eum uaca re dixerunt. His enim uacat: quia uitiorum affectus ſunt. Eos autẽ qui ſunt uirtutis: ideſt ira in malos: charitas in bonos: miſeratio ĩ af flictis: quoniam diuina poteſtate ſũt digna: proprios & iuſtos & ue ros habet. Quæ profecto niſi habeat humana uita turbabitur: atq; ad tantam cõfuſionem deueniet ſtatus rerum: ut contemptis ſupera tiſque legibus ſola regnet audatia: ut nemo deniq; tutus eſſe poſſit: niſi qui uiribus præualeat. Itaque quaſi cõmuni latrocinio terra

omnis depopulabitur. Nunc uero quoniam & mali pœnam: & boni gratiam: & afflicti opem ſperant: & uirtutibus locus: & ſcelera rari ora ſunt. At enim plerūq; & ſcelerati fœliciores ſunt: & boni miſerio res: & iuſti ab iniuſtis īpune uexantur. Conſiderabimus poſtea cur iſta fiant. Interim de ira explicemus: an ſit aliqua in deo: utrū nihil curret oīo: nec moueatur ad ea quæ impie geruntur.

Cap. xvii. Quod deus adminiſtrat mundū & regit hominū actus & per cōſequens iraſcitur.

Deus inquit Epicurus nihil curat: nullam igitur habet ptātem. Curare enim neceſſe eſt eum qui habet ptātem uel ſi habet & nō utitur: quæ tāta eſt negligendi cauſa: ut ei non dicam noſtroꝝ genus: ſed ēt mundus ipſe ſit uilis. Ideo inquit incorruptus ē ac beatus quia ſemp quietus. Cur ergo adminiſtrotio tātarum rerum ceſſit: ſi hæc a deo negligantur: quæ uidemus ratione ſūma gubernari? Aut quietus eſſe quomō poteſt: qui uiuit & ſentit? Nam quis aut ſomni res eſt: aut mortis: ſed nec ſomnus habet quietem. Nam cum ſoporati ſumus. corpus quidem quieſcit: animus autem irrequietus agitatur: imagines ſibi quas cernit effingit: ut naturalem ſuum motū exerceat uarietate uiſorum: auocatq; ſe a falſis. dum membra ſaturentur: ac uigorem capiant de quiete: quies igit͛ ſempiterna ſolius mortis eſt. Si autem mors deum non attingit: deus igitur nunq̄ quietus eſt. Dei uero actio quæ poteſt eſſe niſi mundi adminiſtratio? Si uero mundi curam gerit: curat igitur hominum uitam deus: ac ſingulorum actus aīaduertit: eoſq; ſapientes ac bonos eſſe deſiderat: hæc eſt uoluntas dei: hæc diuina lex: quam qui ſequit͛: qui obſeruat deo carus eſt. Neceſſe eſt igit͛ ut ira moueatur aduerſus eum: qui hāc æternam diuināq; legem aut uiolauerit: aut ſpreuerit. Si nocet alicui deus iam bonus non eſt. Non exiguo falluntur errore: qui cenſuram ſiue humanam ſiue diuinam acerbitatis nomine infamant: putantes nocentem dici oportere. qui nocentes afficit pœna. Quod ſi eſt: nocentes igitur leges habemus: quæ peccantibus ſupplicia ſanxerunt: nocentes iudices qui ſcelere conuictos pœna capitis afficiunt. Quod ſi & lex iuſta eſt: quæ & nocenti tribuit quod meretur: & iudex integer ac bonus dicitur cum malefacta uindicat. Bonorum enim ſalutem cuſtodit qui malos punit: ergo & deus cum malis obeſt nocens non eſt. Ipſe eſt autem nocens: qui aut innocenti nocet: aut nocenti parcit ut pluribus noceat. Libet quærere ab his q deum faciunt immobilem. Si quis habeat rem: domum familiam

ſeruiq; eius cōtemnētes patiētiā dñi omnia eius inuaſerūt ipſi bonis eius fruantur: ipſos familia eius honoret: dominus aūt cōtemnatur: ab oibus derideaт: relinquatur: utrū ne ſapiens eſſe poſſit: qui contumeliis nō uindicet: ſuiſq; reb9 eos perfrui patiaт: in quos habeat poteſtatē? Quæ tanta in quo q̄ poteſt patiētia repiri ſi tamē patientia nominanda eſt: & nō ſtupor quidē inſēſibilis: ſed facile eſt ferre cōtemptū. Quid ſi fiāt illa quæ a Cicerōe dicunт? Eteni quæro ſiqs paterfamilias liberis ſuis a ſeruo interfectus: uxore occiſa: & incenſa domo: ſuppliciū de ſeruo nunq̄ acerrimū ſumpſerit utrū is clemens an miſericors an humanus. & crudeliſſimus eſſe uideaт? Quod ſi eiuſmōi facinorib9 ignoſcere crudelitatis eſt potius q̄ pietatis: nō eſt ergo uirtutis in deo ad ea quæ iniuſte fiūt nō cōmoueri. Nā mūdus tanq̄ dei domus eſt: & hoīes tanq̄ ſerui: quibus ſi ludibrio ſit nomē eius qualis aut quāta patiētia eſt: ut honoribus ſuis cedat: praua & iniqua fieri uideat & non indigneт: qđ ꝓpriū & naturale eſt: ei cui peccata non placent: iraſci ergo rōis eſt: auferūт enī delicta: & referantur licentia quod utiq; iuſte ſapiēterq; fit. Sed ſtoici nō uiderunt eſſe diſcrimen recti & praui eſſe itam iuſtam & iniuſtam: & quia medelā rei non inueniebāt: uoluerunt iam penitus excidere. Peripathetici uero non excidendam: ſed temperādam eſſe dixerunt: quibus in ſexto libro inſtitutionū ſatis reſpondimus. Neſciſſe aūt philoſophos que ratio eſſet iræ appet: ex diffinitiōib9 eoꝝ quas Seneca enūerauit i libris quos de ira compſuit. Ira eſt inquit cupiditas ulſciſcendæ iniuriæ. Alii: ut ait Poſſidonius: cupiditas puniendi eius a quo te inique putes læſum. Quidam ita diffinierunt. Ira eſt incitatio animi ad nocendum ei qui aut nocuit: aut nocere uoluit. Ariſtotelis diffinitio a noſtra non multum abeſt. Ait enī ira eſſe cupiditatem doloris reſpondendi. Hac eſt ira de qua ſuperius diximus: quæ etiam mutis ineſt. In homine uero cohibenda eſt: ne aliquid maximum proſiliat per furorem: hæc in deo eſſe non pōt: quia illi ſibilis eſt: in homine aūt quia fragilis eſt inueniт. Inurit enim læſio dolorē. & dolores facit ultiones cupiditatem Vbi eſt ergo ira aduerſus delinquētes: quæ utiq; nō eſt cupiditas ultionis: quia non procedit iniuria. Nō dico de is q aduerſus leges peccant: quibus & ſi iudex ſine crimine iraſci pōt: fingamus tamē eū ſedato aīo eſſe debere: cū ſubiicit pœnæ nocerem quia legū ſit miniſter non animi aut poteſtatis ſuæ. Sic enim uolūt qui irā conanт euellere Sed de his potiſſimum dico: qui ſunt noſtræ poteſtatis: ut ſerui liberi: & cōiuges: & diſcipuli: quos cum delinquere uidemus: incitamur

ad coherendū. Neceſſe eſt ei omni bono ac iuſto diſplicere quæ pra
ua ſūt: & cui malū diſplicet: mouetᷓ cū id fieri uideat. Ergo ſurgimus
ad uindictā nō quia læſi ſumus: ſed ut diſciplina ſeruetᷓ: mors corri
ganᷓ: licentia cōprimatur. Hæc eſt ira iuſta: quæ ſicut in homine ne
ceſſaria eſt ad prauitatis corectionē: ſi uti in deo a quo ad hoīem per
uenit exēplū. Nam ſicuti nos poteſtati noſtræ ſubiectos cohercere
debemus: ita ēt peccata uniuerſoꝝ deus cohercere debet: quod ut fa
ciat iraſcatᷓ neceſſe eſt: quia naturale eſt bono ad alterius peccata mo
ueri & incitari. Ergo diffinire debuerunt. Ira eſt motus animi ad co
herenda peccata inſurgentis. Nam diffinitio Ciceronis. Ira eſt libido
ulciſcendi: non multū a ſuperioribus diſtat. Iram āt quā poſſumus:
uel furorē uel iracūdiam nominare: hæc non in hoīe quidē debet eſſe
quæ tota uicioſa eſt. Ira uero quæ ad correctionē uicioꝝ pertinet nec
hōi adimi debet nec deo pōt: quia & utilis ē rebꝫ hūanis & neceſſaria

Cap. xviii. Quod ſine ira peccata non corriguntur.

Q Vid opus eſt inquiūt ira: cum ſine hoc affectu peccata corri
gi poſſunt? At qui nullus eſt qui peccantem poſſit uidere tran
quille. Poſſit forraſſe qui legibus præſidet: quia facinus nō ſub ocu
lis eius admittitᷓ: moueri aduerſus eū qui pōt inocens iueniri. Cunq;
detectū facinus in lucē uenerit: iam non ſua ſed legū ſnīa utitur po
teſt cōcedi ut ſine ira faciat habet ei qđ ſequatur. Nos certi cū domi
peccatur a noſtris ſiue id cernimus ſiue ſentimus indignari neceſſe ē
Ipſe ei peccati aſpectus indignus eſt. Nam qui non mouetᷓ oīo: aut
probat delicta: quod eſt turpius & iniuſtius: aut moleſtiam caſtigan
di fugit: quam ſe datus animus & quieta mens aſpernatur ac renuit
niſi ſtimulauerit. Qui autem cōmouetur: tamen intempeſtiua leuita
te uel ſæpius q̄ neceſſe eſt: uel etiam ſemper ignoſcit: is plane & illo
rum uitam perdit: quorum audatiam nutrit ad facinora maiora: &
ſibiipſi æternam moleſtiarum materiam ſūminiſtrat. Vicioſa eſt er
go in peccatis iræ ſuæ cohibitio. Laudatur Archita tarentinus: qui cū
in agro corrupta eſſe omnia comperiſſet: uillici ſui culpam redargu
ens. Miſerum te inquit: quem iam uerberibus necaſſem: niſi ira
tus eſſem. Vnicum hoc exemplum temperantiæ putant: ſed au
ctoritate ducti non uident q̄ inepta & locutus fuerit & fecerit. Nam
ſicut ait Plato nemo prudens punit quia peccatum eſt: ſed peccetur
Apparet q̄ malum uir ſapiens propoſuerit exemplum: ſi enim ſē
ſerint ſerui dominum ſæuire cum non iraſcitur ſuum: tum pecca
re cum iraſcitur: non peccabūt utiq; leuiter ne uerberentᷓ. Sed q̄tum

potuerunt grauiſſime ut ſtomachū cū his incitent atq; īpune diſce dant. Ego uero laudarem ſi cū fuiſſet iratus: dediſſet iræ ſuæ ſpaciū ut reſidente per interuallū tēporis animi timore: haberet modū caſti gatio. Non ergo ꝓp iræ magnitudinē donanda erat pœna: ſed differē da ne aut peccanti maiorem iuſto dolorem inureret: aut caſtigantis fu rorem. Nūc uero quæ tandem æquitas: aut quæ ſapientia eſt: ut ali quis ob exiguū dolorem puniatur: aut maximū non puniatur? Quod ſi naturā rerū cauſaſq; didiciſſet: nūq̄ tam importunam cōtinentiā profiteretur: ut nūq̄ ſeruus iratū ſibi fuiſſe dominū gratularetur. Nā ſicut corpus humanū deus multis & uariis ſenſibus ad uſum uitæ neceſſariis inſtruxit: ſic & aīo uarios attribuit affectus: qbus uitæ rō conſtaret: ut libidinē prodendæ gratia ſobolis dedit: ſic iram cohibē dorꝫ cā delictorꝫ. Verum hi qui neſciunt fines bonorꝫ ac malorꝫ ſicut libidine utunť ad corruptelas & ad uoluptatē: ſic iram & affectū ad nocendū dum his quos odio habent iraſcūtur & paribus aut ēt ſupi oribus. Hinc quotidie ad maxīa facinora proſiliūt: hīc tragœdiæ ſæ pe naſcūtur. Eſt igitur laudandus Architas: ſi cum alicui ciui & pari facienti ſibi iniuriā fuiſſet iratus: cœpiſſet ſe tamē & ꝑatiētia furoris impetum mitigaſſet. Hæc ſui cohibitio glorioſa eſt q̄ cōpeſcitť aliqd' īminēs magnum malū ſeruorꝫ aut filiorꝫ: quia peccata nō cohercere peccatum eſt. Euadent enī ad maius malū per īpunitatem: hic non cohibenda ira: ſed ēt ſi iacet excitanda eſt. Quod āt de hoīe dicimus id ēt de deo qui hoīem ſimilē ſui fecit: omitto de figura dei dicere: quia ſtoici negant habere ullam formā deum. Et ingens alia materia naſcitur ſi eos coarguere uelimus. De aīo tantū loquor: ſi ſubiacet co gitare: ſapere: intelligere: ꝓuidere: præſtare: ex oībus āt aīalibus hō ſolus hoc habet. Ergo ad dei ſimilitudinē factus eſt. Sed ideo ꝓcedit in uicium: quia de terræna fragilitate permixtus: non id quod a deo ſūpſit incorruptum purūq; ſeruare niſi ab eodem deo iuſticiæ præcæ ptis imbuatur.

Cap. xix. Quod homo ex corpore uicia: & ex aīa uirtutes habeat: & q̄ cū uelit deus homines bonos: eorꝫ uiciis iraſcitur

Ed quoniā cōpactus eſt (ut diximus) e duobus aīo & corpore: in altero uirtutes: in altero uicia cōtinētur: & īpugnant ſe inui cē. Animi ei bona quæ ſunt in cōtinendis libidinibus contraria ſunt corpori: & corporis bona quæ ſunt in omni genere uoluptatū inimi ca ſunt anio: Sed ſi uirtus animi repugnauerit uoluptatibus: eaſq;

cōpteſſerit erit uere deo ſimilis. Vnde apparet aīam hōīnis quæ uir tutem diuinam capit non eſſe mortalem. Sed diſcrimē illud eſt: qđ cum uirtus habeat amaritudinē: & ſit dulcis illecebra uoluptatis: uī cūtur plurimi & abſtrauntur ad ſuauitatem. Hi uero quia ſe corpo ri rebuſq; terrænis addixerunt premuntur in terram: nec aſſequi poſ ſunt diuini numinis gratiam: quia ſe uiciorū labibus inquinauerunt Qui āt deum ſecuti: eiq; parentes corporis deſideria contēpſerint: & uirtutem præferentes uoluptatibus īnocentiam iuſticiāq; ſeruauerīt hos deus ut ſimiles recognoſcit. Cum igitur ſanctiſſimā legem poſu erit uelutiq; uniuerſos innocentes ac beneficos eſſe poteſt ne nō ira ſci: cum uidet cōtēni legem ſuam: abūci uirtutē appeti uoluptatem? Quod ſi eſt mundi adminiſtrator ſicut eſſe debet: non utiq; cōtēnit id quod eſt in omni mundo uel maximū. Si eſt prouidus ut oportet deum conſulit utiq; generi humano: quo ſit uita noſtra & copioſior melior & tutior. Si eſt pater ac deus uniuerſoꝝ: certe & uirtutibꝫ ho minum delectaꝛ & uiciis cōmouetur: ergo & iuſtos diligit & impios odit. Odio inquit opus non eſt: ſemel enim ſtatuit bonis præmium & malis pœnā. Quod ſi aliquis iuſte innocēterq; uiuat: & idē nec co lat nec curet oīo (ut Ariſtoteles cæteriq; philoſophoꝝ) cedit ne huic ī pune? Quod cū legi obtēpauerit: ipſū tamē ſpreuerit: eſt igiꝛ aliqd ꝓ pter qđ deus poſſit iraſci tāq̄ ſiducia integritatis aduerſus eū rebellā ti. Si huic pōt iraſci ꝓpter ſupbiā: cur non magis peccatori q legē cum ipſo patitet latore cōtēpſerit? Iudex peccatis ueniā dare nō pōt quia uolūtati ſeruit aliene. Deus aūt pōt: qr ē legis ſuæ ipſe diſceptator & iudex: q̄ cū pōeret nō ademit ſibi oēm ptātē: ſed hēt ignoſcēdi licētiā

Cap. xx. Quod maloꝝ fœlicitas iræ dei nō contradicat. Et ſi deus patientiſſimus.

I poteſt igiꝛ iraſci: cur ergo inquiet aliquis & q peccant ſæpe fœlices ſunt: & qui pie uiuūt ſæpe miſeri? Quia fugitiui & ab dicate libere uiuūt: & qui ſub diſciplina patris aut domini ſūt ſtricti us & frugalius. Virtus enī p mala & ꝓbatur & cōſtat: uicia p uolup tatem nec tamē ille qui peccat ſperare debet perpetuā impunitatem quia nulla eſt perpetua fœlicitas: ſed ſcilicet ultima ſemp. Expectan da dies homini ē: diciq; beatus ante obitū nemo: ſupremaq; funera debet: ut ait poeta: nō inſuauis exitus eſt q arguit fœlicitatē: & nemo iudiciū dei poteſt nec uiuus effugere nec mortuus. Habet enī ptātē

& uiuos præcipitare de ſummo: & mortuos eteris afficere cruciatib;
Imo inquit ſi iraſcitur deus: ſtatim debuit uindicare: & pro merito
quéq; punire. At enim ſi id faceret nemo ſupeſſet. Nullus eſt enĩ q
nihil peccet: & multa ſunt quæ ad peccandũ irritent: ætas: uiolentia:
egeſtas: occaſio: præmiũ. Adeo ſubiecta eſt peccato fragilitas carnis
qua induti ſumus: ut niſi huic neceſitati deus parceret nimiũ fortaſ
ſe pauci uiuerent: ꝓpter hanc cãm patientiſſimus eſt: & irã ſuã con
tinet. Nam quia ꝑfecta eſt in eo uirtus: neceſſe ẽ patiẽtiã quoq; eius
eſſe ꝑfectã: quæ & ipſa uirtus eſt. Quã multi ex peccatorib; iuſti po
ſterius effecti ſunt ex malis boni: ex improbis cõtinentes. Quã mul
ti in prima ætate turpes: & omniũ iudicio dãnati: poſtmodũ tamen
laudabiles extiterũt: qđ utiq; nõ fieret: ſi oẽ peccatũ pœna ſequeret̃
Leges publice manifeſtos reos dãnant: ſed plurimi ſunt quoꝝ pecca
ta occultant̃: plurimi q delatorẽ cõprimũt: aut præcib; aut præmio:
plurimi q iudicia eludũt ꝑ gratiã uel potentiã. Quod ſi eos oẽs qui
humanã pœnã effugiunt: cenſura diuina dãnaret: eſſet hõ aut rarus
aut nullus in terra. Deniq; uel una illa cauſa delendi generis humani
iuſta eſſe potuiſſet: ꝙ hoĩes contẽpto deo uiuo: terrænis fragilibuſq;
figmentis honorẽ diuinũ tanq̃ celeſtibus deferũt. adorãtes opera hu
humanis digitis laborata. Cũq; illos deus artifex ore ſublimi ſtatu re
cto figuratos: ad cõtenplationẽ cæli & notitiã dei excitauerit: curuare
ſe ad terrã maluerũt pecudũ mõ. Humilis enim & curuus & ꝓnus
ẽ: q ab aſpectu cæli deiq; patris aduerſus terrã quã calcare debuerat
ideſt de terra ficta & formata uenerant̃. In tanta igit̃ impietate ho
minũ tãtiſq; peccatis id aſſeqtur patiẽtia dei: ut ſe ipſi hoĩes dãnãtes
uitæ prioris errorib; corrigant. Deniq; & boni ſũt iuſtiq; multi: & ab
iæctis terrænis cultibus maiſtatẽ dei ſingularis cognoſcũt: Sed cum
maxima: & utiliſſima ſit dei patiẽntia: tam̃ q̃uis ſero noxios punit:
nec patit̃ longius ꝓcedere cũ eos inemendabiles eſſe peruiderit.

Capi. xxi. Si deus iraſcitur: cur hominẽ iraſci prohibuit.

Vpereſt una & extrema quæſtio. Nã dixerit fortaſſe qſpiam
adeo nõ iraſci deũ ut etiã in pæceptis hoĩem iraſci uetet. Poſ
ſem dicere ꝙ ira hominis refrenanda fuerit: quia iniuſte ſepe iraſcit̃:
& preſentem habet morũ: quia temporalis eſt. Itaq; ne fierẽt ea que
faciunt ꝑ iram: & humiles & mediocres & magni reges tempari de
buerit: furor eius & cõprimi: ne mentis impoſſibile aliqđ ĩexpiabile

facinus admitteret. Deus autem & non ad præſens iraſcitur: & qui æternus eſt: perfecteq; uirtutis & nunq̄ niſi merito iraſcit̄. Sed tamē non ita res ſe habet. Nam omnino ꝓhibetur iraſci: ipſe quodāmodo reprehenſor opificii ſui fuiſſet: quia in principio irā iecori hominis in didiſſet: ſiquidē credit̄ cauſā huius cōmotionis in humore fellis cōti neri. Nō igit̄ ī totū prohibet iraſci: quia is affectus neceſſario datuſ eſt: ſed ꝓhibet in irā permanere. Ira enim mortaliū debet eſſe morta lis: nam ſi maneat cōfirmant̄ inimicitiæ ad pniciē ſempiternā. Deni q; rurſus eū iraſci quidē: ſed tam̄ nō peccare præcepit: non utiq; euel lit irā radicitus: ſed temperauit: ut in omni caſtigatione modū ac iu ſticiā teneremus. Qui ergo iraſci non iubet: ipſe utiq; iraſcitur: q pla cari celerius præcepit: eſt utiq; ipſe placabilis. Ea enim præcepit: quæ ſunt iuſta & rebus utilia cōmunibus. Sed quia dixerā non eſſe iram dei temperalē: ſicut hominis qui præſentanea cōmotione ferueſcit: nec facile regete ſe poteſt propter fragilitatē intelligere debemus: qa ſit æternus deus: irā quoq; eius inæternū manere: ſed rurſum quia uirtute ſit maxima præditus: in poteſtate habere irā ſuam: nec ab ea regi: ſed ipſum illam quemadmodū uelit moderari: quod utiq; non repugnat ſuperiori. Nam ſi prorſus immortalis fuiſſet ira eius: non eſſe ſatiſfationi: aut gratiæ poſt delictū locus: cū ipſe homines ante ſolis occaſum reconciliari iubeat: ſed ira diuina inæternum manet ad uerſus eos qui peccant inæternum. Itaq; deus non thure: non hoſtia non præcioſis muneribus: quæ omnia ſunt corruptibilia: ſed morū emendatione placatur: & qui peccare deſinit: irā dei mortalem facit. Iccirco enim non ad præſens noxium quéq; punit: ut habet homo re ſipiſcendi ſui facultatem.

Capitulum. xxii. Epilogus & inductio auctotitatum Sibyllæ erit hrææ ad iram dei probandum.

Aec habui quæ de ira dei dicerē. Donate chariſſime: ut ſcires quéadmodu refelleres eos q deū faciunt imobilē. Reſtat ut mo re Ciceronis utamur epilogo: ad porādū ſicut ille in tuſculāis de mor te diſſerés fecit. Ita nos in hoc ope teſtimonia diuina: quibꝫ credi poſ ſit adhiberi debemus: ut illoꝝ pſuaſionē reuīcamus: qui ſine ira deū eſſe credētes diſſoluūt omem religionē: ſine qua (ut oſtendimus) aut īmanitae beluis: aut ſtulticia pecudibus adæquamur. In ſola enim re ligione. i. in ſummi notione ſapientia eſt. Prophetæ uniuerſi diuino

ſpiritu repleti: nihil aliud q̃ de gratia dei erga iuſtos: & de ira eius ad
uerſus impios loquunt᷑: quorꝫ teſtimonia nobis quidē ſatis ſūt: uerū
his qm̃ non credūt: iſti q ſapientiā capillis & habitu iactāt: rōe quo/
que & argumētis fuerāt a nobis refellēdi. Sic enim præpoſtere agitur
ut hūana diuinis tribuāt auctoritatē: cū potius humanis diuīa debue
rit. Quæ nūc ſane omitamus: ne nihil apud iiuſtos agamus: & infini
tū materia ꝓcedet. Et igit᷑ queramus teſtimonia: qbꝫ illi poſſint aut
credere . aut certe non repugnare. Sibyllas plurimi & maximi aucto
res tradiderūt grecorꝫ: Ariſtomeus. & Apollodorus Erithreus: noſtro
rū Varro & feneſtella. Hi oēs precipuā & nobillē preter cæteras Eri
threā fuiſſe cōmemorāt. Apollodorus qdē ut de ciui & populari ſua
gloriat᷑. Fæneſtella uero etiā legatos eritheos a ſenatu eē miſſos refert
ut huiuſ Sibylle carmina romā deportarēt: & ea conſules Curio &
Octauius ī capitolio qđ tūc erat curāte Quinto Catulo reſtitutū ponē
da curarēt. Apud hāc de ſūmo cōditore rerū deo huiuſmodi uerſus
reperiuntur ἄφθαρτος κτίςης ἀΐδιος αἰθέρα ναίων τοῖς ἀκάκοις
ἄκακον προφέρων μείζονα μισθόν τοῖς δὲ κακοῖς ἀίκοις ἐχόλον
καὶ θυμόν ἐγείρων. i. incorruptibilis & cōditor eternus ī aere habitās
bonis bonū ꝓferens: iuſtis multo maiorem mercedē. Iniuſtis aūt &
malis iram & furorem excitās. Rurſus alio loco enumerās: qbꝫ maxī
me facinoribꝫ incitetur deus hæc retulit. φεῦγε δὲ λα τρείας. ἀνόμο
θος θεῷ ζῶντι λάτρευε μοιχεῖας τε φύλασσε. ακί αρσένοι δίαν καί
την εἶναι. γενέαν παίδων τρέφε. μηδὲ φόνευε καὶ γὰρ ἀθάνατος
κεχολώσεται ὅς κέν ἁμαρτῇ. i. fuge ſceleratas religiōes: & uiuo deo
ſerui. ab adulterio te abſtine: & maſculi permixtione praua: propri
am generationem crea: & ne occidas. His enim deus imortalis iraſci
tur qui hæc agūt. Indignat᷑ ergo aduerſus peccatores.

Capitulum. xxiii. Auctoritatibus aliarum Sibyllarꝫ iram dei probat.

Erum qa plures (ut oſtendi) Sibyllæ a doctiſſimis auctoribus
fuiſſe traduntur: unius teſtimoniū ſatis nō ſit ad cōfirmādā ſi
cut ītendimus) ueritatē. Cumeæ qdē uolumina quibꝫ romāorꝫ facta
cōſcript aſūt in arcanis habētur. Ceterarꝫ tam fere omnium libelli:
quo minus ī uſſu ſunt oibus nō uetātur. Ex quibꝫ alia denūciās uni
uerſis gentibus iram dei ob impietatem hoīnm hoc modo exorſa ē
ἐρχομένης ὀργῆς μετάλης ἐπὶ κόσμον ἀπαθῆ ἔσχατο εἰς αἰών
α θεοῦ. μηνύματα φέρω πᾶσι προφατεύουσα καὶ πόλιν ἀνθρώποισι

.i. Veniēt iræ magnæ ſup mūdum dei pronūtiationes enarās omnib; hominibus in urbibus ꝓphetās. Alia quoq; per indignationem dei ad uerſus iiuſtos: cathacliſmum priore ſæculo factum eſſe dixit: ut ma litia generis humani extingueretur. ἐξοῦ μηνίσαντοσ ἐπουρανιοιο θειο καί αυτοισι πόλεσι καί ανθρώποισιν άπασι τήν καλύψε θά λασσα κατακλισμοιο ρατέντοσ. Ex quo iraſcente cæleſti deo: ipſas ciuitates cū hoibus cūctis & terram mare cooperuit diluuio rupto. Simili modo deflagrationē poſtea futura uaticinata eſt: qua rurſus impietas hominum deleatur. και ποτέ τήν ὀρτήν θεόν ουχιτι πρά ϋνοντα. ἀλλά ἐξεμβρίθοντα τενεάν ἀνθρώπων. ἀλλάμα πάσαν υ πὲμ πησμου περθόντα. Vnde apud Naſonem de Ioue ita dicitur. Eſſe quoq; in fatis reminiſcitur affore tempus Quo mare quo tellus corruptaq; regia cæli Adeat: & mundi moles opreſa laboret. Qui tūc fiat neceſſe eſt: cū honor & cultus dei ſummi apud homines interiret Eadem tamen placari eum ponentia factorum & ſui emendatione conteſtans hæc addidit. ἀλλ᾽ ἐλεει μετάθεσθε βρόγοί δή μηδέ πρὸσ ὀρτήν παντοίην ἀτάτητε θεόν μέταν. Oēs ergo hoīs trāſſere uos: neq; ad irā ducite deū magnū. Itē paulopoſt. ὀυκὸλεσει πυασει δέπάλιν χολον ἐπάραπάυτεσ εὐσεβεῖιν τον θυμον ἐνι φρεσί ἀσ κήσητε. Neq; perdet: iræ autē parcet cū oēs pietatē ex mente: perci pietis. Deinde alia Sibylla: cæleſtium terrænorumq; genitorē diligi: oportere denunciat: ne ad perdendos hoīes indignatio eius: inſurgat μηπότε θυμωθίσ θεὸσ ἄφθιτοσ ἐξαπολέσει παντενοσ ανθρώπων βίοτον καί φύλον ἀναίδων δειτάρ ἐρᾶν τενητηρα θεόν σοφόν αιεν ἐόντα. ideſt. Ne forte iratus incorruptibilis deus omnē genus huma num perdat: uitā tribuat improbā. Oportet enim genitorē deū ama ri: qui plenus eſt & ſapiens. Ex his apparet uanas eſſe rationes oium philoſophoꝝ: q deū putant ſine ira & inter cæteras laudes eius id po nunt: qđ eſt contra ipſam maieſtatē. Regnū hoc imperiūq; terrænū niſi metus cuſtodiat ſoluit̄. Aufer iram regi non mō nemo parebit: ſed ēt de faſtigio præcipitabit̄: imo uero cuilibet humani eripe hunc affectum. Quis enim non ſpoliabit? Quis non deridebit? Quis non afficiet iniuria? Ita ne indumenta nec ſedem: nec uictum poterit ha bere: aliis qcquid habuerit deripientibus: ne dū putemus cæleſtis ipe rii maieſtatem ſine ira & metu poſſe conſiſtere. Apollo Mileſius de iu deorum regione conſultus reſpōſo hoc indidit. ἠδέ θεόν βασιληα καί τενητῆρα προπάν των ὄντρεμεται καί τεια καί ὄυρανοσ ἠδέ αθάλασσα ταρτάριοί τε μυχοί καί δάιμονεσ ἀπρρίττουσι.

Regem aūt & genitorem omnium ante omnia quē terra cōtremiſcit
cælūq; & mare & latebre tartareæ & demones abhorreſcunt. Si tā le
nis eſt q̄ philoſophi uolunt: qūo ad nutū eius non mō dæmones &
miniſtri tandē poteſtatis: ſed ēt cælum & terra: & re℞ natura .ois cō
tremiſcit. Si enim nullus alteri ſeruit niſi coactus: oē igiť impetium
metu conſtat: metus aūt p irā. Nā ſi nō moueať qs aduerſus parere
uolentem: nec cogi poterit ad obſequium. Cōſulat unuſquiſq; affec
tus ſuos: iā intelliget neminē eſſe ſine ira: & caſtigatione īpio ſubiu
gari. Vbi ergo ira nō fuerit īperiū quoq; non erit. Deus aūt habet im
periū ergo & iram qua conſtat: imperiū habeat neceſſe eſt:

Ca. xxiiii. Cōcludit deū amādū: uerēdū: honorificādū: metuēdū.

Linga eſt enim qua ſapores ſentiunt: nec tamen tota. Nam partes eius quæ ſunt ab utroq; latere teneriores: ſaporem ſubtiliſſimis ſenſibus trahunt. Et cum neq; ex cibo quicq̄: neq; ex potione minuatur tam̄ inenarrabili modo penettat ad ſenſum ſapor eadem ratione: qua nihil de quacunque materia odoris decepit: cætera q̄ decora uix exprimi poteſt. Deductum clæmenter a genis mentum & ita inferius conclusum: ut acumen eius extremum ſignare uideatur leniter impreſſa diuiſio. Rigidum ac teres collum ſcapule uelut molibus iugis ac ceruice dim iſſæ: ualida & ſubſtricta neruis ad fortitudinem brachia inſignis toris extinctum: lacertorum ingens robur utilis ac decens flexura cubitorum. Quid dicam de manibus rationis ac ſapiētiæ miniſtris Quas ſolertiſſimis artifex plano ac modice concauo ſinu fictas: ut ſi quid tenendum ſit apte poſſit incidere indigitos terminauit: in quib; dificile ē expedire utrum ne ſpecies an utilitas maior ſit. Nam & numerus perfectus ac plenus: & ordo: ac gradus decentiſſimus: & articulorum parium curuatura flexibilis: & forma unguium rotunda cō cauis tegminibus digitorum: faſtigia comprehendens atq; firmans ne mollitudo carnis intenendo cederet. magnum præbet ornatū. Illud uero ad uſum miris modis habile: q̄ unus a cæteris ſeparatus cum ipſa manu orit: & in diuerſum maturius finditur: qui & ſe uelut ob uim cæteris præbens omnem tenendi: faciendiq; rationem: uel ſolus uel præcipue poſſidet tanq̄ rector omnium atq; moderator. Vnde ēt pollicis nomē accepit: q̄ ui & ptāte inter cæteros polleat. Duos quidē articulos extantes habet nō ut alii trinos: ſed unus ad manus carnem nectit pulchritudinis rō. Si enim fuiſſet tribus articulis & ipſe diſcretus fœda & indecora ſpecies ademiſſet manib; honeſtatē. Nā pectoris latitudo ſublimis: & expoſita oculis mirabilē præ ſe fert habitus ſui dignitatem. Cuius hæc cauſa eſt q̄ uidet hominem ſolū deus: ueluti ſupinū formaſſe. Nam fere nullū aial iacere itergum pōt: mutas aūt animantes quaſi altero lateri iacentes finxiſſe atq; ad terram cōprehenſiſſe iccirco illis anguſtum pectus & ab aſpectu remotū: & ad terram uerſus abiectum: hominis aūt patens & rectum quia plenum rationis a cælo datū humile aut indecens eſſe nō debuit. Papillæ quoq; leuiter eminētes: & fuſiorib; ac paruis orbib; coronatæ: nō nihil addūt uenuſtatis fœmini ad alēdos fœtus datæ matribus ad ſolū decus ne i forme pectus & quaſi inutile uideret. Huic ſubdit eſt planicies uentris: quā mediā fere umblicus non indecenti nota ſignat ad hoc factus: ut eum fœtus dum eſt inutero nutriatur.

## Capi. xi. De uiſceribus & inteſtinis uſq; ad membra genitalia.

Equitur neceſſitatio ut de internis quoq; uiſcetibus dicere inci piã: quibus nõ pulchritudo quia ſunt abdita: ſed utilitas incre dibilis attributa eſt: qm̃ opus fuerat ut terrænum hoc corpus ſucco aliquo de cibis ac potibus aleret̃ ſicut terra ipſa imbribus ac pruinis. Prouidentiſſimus artifex in medio eius receptaculũ cibis fecit: quibꝫ cõcoctis & liquefactis: uitales ſuccus mẽbris oibus diſpitet. Sed cũ homo conſtet ex corpe atq; aĩa: illud quod ſupra dixi receptaculum ſoli corpi preſtet alimẽntum: animæ uero aliã ſedem dedit. Fecit enĩ genus quoddam uiſcerum molle atq; ratum: qđ pulmonẽ uocamus in qđ ſpũs reciproca uiciſſitudine cõmearet: eumq; nõ uteri modum finxit ne effunderet̃ ſimul ſpiritus aut inflaret in ſimul. Ideoq; plenũ quidẽ uiſcus effecit ſed inflabile atq; aieris capax ut paulatim ſpiritũ reciperet: dũ uitalis uentus p illã ſpargitur ratitatẽ: & eundẽ rurſus paulatim redderet: dũ ſe ex illo explicat. Ipſa enim uiciſſitudo flandi & ſpirandi reſpirandiq; tractus uitam ſuſtentat in corpore. Quoniã ergo duo ſunt in homine receptacula: unũ aieris: quod alit animam: alterum ciborum: quod alit corpus: flecti ceruix ac moueri facile poſ ſit duas eſſe per collum fiſtulas neceſſe eſt: cibalem ac ſpiritalem qua rum ſuperior ab ore ad uentrem ferat: inferior a naribus ad pulmonẽ quaꝝ ratio & natura diuerſa eſt. Ille enim qui eſt ab ore trãſitus mol lis effectus eſt: & qui ſemper clauſus cohæreat ſibi ſicut os ipſum: quoniam potus & cibus dimota & patefacta gula: quia corporales ſunt ſpacium ſibi tranſmeandi faciunt. Spititus contra qui eſt in corporalis ac tenuis quia ſpacium ſibi facere non potetat accepit uiã patentem: quæ uccatur gurgulio. Is conſtat ex oſſibus flexuoſis ac mollibus quaſi ex anulis in acute modum inuicem compactis & co hærentibus: patetq; ſemper hic tranſitus. Nullam enim requiem me andi habere ſpiritus poteſt: quia his qui ſemper commeat: demiſſa utiliter de cerebro membri portione cui uua nomẽ eſt: uelut occurſu quodam refrenat̃: ne aut teneritudinem domicilii cum impetu ueni ens attracta peſtilenti aura corrumpat: aut tota nocendi uiolentia in ternis receptaculis pferat. Ideoq; etiam nares breuiter ſunt aptæ quæ iccirco ſic nominãt̃: quia p eas uel odor uel ſpiritus nare non deſinit Tamen hæc fiſtula ſpiritales non tm̃ ad nares: ueꝝ quoq; ad os iret patet in extremis palati regionibus: ubi ſe colles fauciũ ſpectãtes uuã tollere incipiunt in tumorem: cuius rei cauſa & ratio nõ obſcora eſt

Loquendi enim facultatem non haberemus:ſed ſicut gulæ iter ad os tm̄:ita gurgulio ad nares tm̄ pateret. Aperuit igitur uiam uoci diuina ſolertia ex illa fiſtula ſpirituali:ut poſſet lingua miniſterio ſuo fungi & uocis ipſius inoffenſum tenorem:pulſibus ſuis in uerba concidere Qui meatus ſi aliquo modo interceptus ſit:mutum faciat neceſſe ē. Errat enim profecto quiſq́s aliam cauſam putat : cur homines muti ſint. Non enim uulgo ut creditur uictam gerunt linguam : ſed hi uocalem illū ſpiritū p nares quaſi mugientes profundūt:q̄ uoci trāſitus ad os:aut nullus ommino eſt:aut non ſic patens: ut plenam uocem poſſit emittere. Quod plerunq; natura fit:aliquando etiam caſu fit uel accidit:ut morbo aliquo hic aditus obſeptus uocem non traſmittat ad linguam:facitq; de loquentibus mutos . Quod cum accidetit auditum quoq; obſtrui neceſſe eſt:ut quia uocem emittere nō poteſt ne admittere quidem poſſit. Loquendi ergo cauſa patefactus eſt hic meatus. Illud quoq; præſtat:ut in lauacris celebrandis:quia nares calorem ferre non poſſunt:aer feruens ore ducatur . Item ſi forte ſpiramenta narium frigoris pituita præcluſerit:per os auram trahere poſſumus:ne obſtructa meandi facultate ſpiritus ſtranguletur. Cibi uero in aluum recepti:& cum humore potius permixti:cum iam calore percocti fuerint:eorum ſuccus inenarabili modo per mēbra diffuſus irrigat uniuerſum corpus & uegetat . Inteſtinorū quoq; multiplices ſpiræ:ac longitudo in ſe conuoluta:& uno tamen ſubſtricta uinculo q̄ mirificum dei opus eſt. Nam ubi maceratos ex ſe cibos aluus emiſerit paulatim per illos internorum anfractus extruduntur : ut quicquid ipſis ineſt ſucci quo corpus alitur membris omnibus diuidatur Et tamen ne ubi forte oberenr ac reſiſtant quod fieri poterat propter ipſorum uoluminum flexiones in ſe ſæpe redeuntes & fieri ſine pernice non poterat. Oppleuit ea intrinſecus craſſiore ſucco:ut purgam̄ta illa uentris ad exitus ſuos facilius per lubricum nitterentur. Illa quoq; ratio ſubtiliſſima eſt q̄ ueſica cuius uſum uolucres non habent cū ſit ab īteſtinis ſepata nec ullā habeat fiſtulā:q̄ ex illis urinā trahat:cōplet tam̄ & humore deſtēdit. Id q̄uo fiat non eſt difficile puidere. Inteſtinoꝝ enī ptes quæ ab aluo cibū potūq; ſuſcipiunt patentiores ſūt q̄ cætere ſpiræ & multo tenuiores. Hæ ueſicā circūplectūt & cōtinent Ad quas partes cū potus & cibꝰ mixta puenerint : fimum quidē craſſius fit:& tranſmeat:humor aūt oīs per illam teneritudinem pcolat: eumq; ueſica cuius equæ tenuis ſubtiliſq; membrana eſt:abſorbet & colligit ut foras qua natura exitum patefecit:emittat.

## Ca.xii.De mẽbris cõceptionis & ipſius cõceptus phyſica rõe.

E utero quoq; cõceptione qm̃ de internis loquimur dic neceſſe eſt ne quid preteriſſe uideamur. Quæ q̃q̃ in opto letent: ſenſus tamẽ atq; intelligentiã larere nõ poſſunt. Vena in maribus quæ ſeminũ ratione continet duplex eſt paulo interior q̃ illud humoris ob ſcœni receptaculũ. Sicut enim renes duo ſunt: irẽq; teſtes: ita & uenæ ſeminales duæ in una tñ compage coherentes quod uidemus in corporibus animalum cum interfecta pateſiunt. Sed illa dexrerior maſculinum continet ſemen: ſiniſterior fœmininum. Er ideo in toro corpore pars dexteta maſculina eſt: ſiniſtra uero fœminina. Ipſũ ſem̃ quidẽ aiunt ex omni corpore ad uenã genitalẽ cõfluere ibiq; cõcreſcere. Sed hoc humana mens q̃uo fiat nõn põt cõprehendere. Irem ĩ fœminis uterus in duas ſe diuidit partes: quæ in diuerſum diffuſæ ac reflexæ: circũplicãtur ſicut arietis cornua. Quæ pars in dextrã retorquetur: maſculina eſt: quæ ĩ ſiniſtrã fœminina. Cóceptũ igitur Varro & Ariſtoteles ſic fieri arbitranť. Aiunt nõ tñ marib; ineſſe ſemẽ uerũ etiam fœminis: & inde plerũq; matribus ſimiles ꝓcreari: ſed eaꝝ ſemen ſanguine eſſe purgatũ. Quod ſi recte cũ uirili mixtũ ſit: utraq; cõcreata: & ſimul coagulata informan. Et primũ quidẽ cor hominis cõfingi ꝙ in eo ſit & uita hominis & ſapientia. Deniq; totũ opus quadrageſimo die cõſummari. Ex abortionib; hæc fortaſſe collecta ſunt in auium tamẽ fœtibus: primũ oculos fingi dubiũ non eſt: quod in ouis ſæpe deprehendimus. Vnde fieri nõ poſſe arbitror quin fictio a capite ſumat exordiũ. Similitudines autẽ in corporibus filioꝝ ſic fieri putanť. Cũ ſemina inter ſe permixta coaleſcunt: ſi uirile ſupauerit: patri ſimilem: ꝓuehi ſiue marẽ ſeu fominã: ſi muliebre preualuerit ꝓgeniem cuiuſq; ſexus ad imaginem reſpondere maternam. Id aũt præualet e duobus qđ fuerit ubenus. Alrerum enim quodãmõ amplectitur ac cludit. Hinc plerunq; fieri ſolet ut unius tamen liniaméta prætendat. Si uero æqua fuerit ex pari ſemine permixtio: figuras quoq; miſceri: ut ſoboles illa cõmunis: aut neutrũ referre uideatur: quia totũ ex altero ñ habet: aut utrũq;: quia partẽ de ſingulis mutuata ẽ. Nã in corporibus animalium uidemus aut cõfundi parentum colores: ac fieri tertiũ neutri generãtium ſimile: aut utriuſq; ſic exprimi: ut diſcordibus membris per omne corpus concors mixtura uarietur. Diſpares quoq; naturæ hoc modo fieri putanť: cum forte in leuam uteri partem maſculinæ ſtirpis ſemen inciderit: matem quidẽ gigni

opinatio eſt: ſed quia ſit fœminina parte conceptus: aliquid in ſe haberet fœmininum: ſupra quam decus uirile patiatur: uel formam inſignem: uel nimium candorem: uel corporis lenitatē: uel artus delicatos: uel ſtaturam breuem: uel uocem gracilem: uel animum imbecillum: uel ex his plura. Item ſi partem in dextram ſemen fœminini ſexus influxerit fœminam quidem procreari: ſed quoniam ī maſculina parte concepta ſit: habere in ſe aliquid uirilitatis: ultra q̄ ſexus ratio ꝑmittit: aut ualida membra: aut immoderatam longitudinem: aut fuſcū colorem: aut hiſpidam faciē: aut uultum indecorē: aut uocē robuſtam: aut animum audacem: aut ex his plura. Si uero maſculinū in dextram fœmininum in ſiniſtrā peruenerit: utroſq; fœtus recte ꝓuenire ut & fœmininis per omnia naturæ ſuæ decus conſtet: & maribus tam mentem in corpore robur uirile ſeruetur. Illud uero ipſū q̄ mirabile conſtitutum dei: quod ad conſeruationem generū ſingulorū duos ſexus: maris: ac fœmīæ machinatus ē: quibus inter ſe ꝑ uoluptates illecebras copulatis ſucceſiua ſoboles pareretur: ne oē genus uiuentiū conditio mortalitatis extingueret. Sed plus roboris maribus attributū eſt quo facilius ad patiētiā iugi maritaris fœminæ cogerent'. Vir itaq; nominatus eſt ꝙ maior ī eo uis eſt q̄ in fœmina: & hinc uirtus nomen accepit. Item mulier ut Varro interpretatur a mollicie eſt dicta imutata & detracta littera uelut molier. Cū ſuſcepto fœtu cum partus appropinquare iam cœpit: turgeſcentes iam mãmæ dulcibus ſuccis diſtenduntur: & ad nutrimēta naſcentis: fontibus lactis fœcūdum pectus exuberat. Nec enim dicebat aliud q̄ ut ſapiens animal a corde alimoniā duceret. Idq; ipſū ſolertiſſime cōparatū eſt: ut candēs ac pinguis humor teneritudinē noui corporis irrigaret: donec ad capiēdos fortiores cibos: & dētibus inſtruatur & uiribꝫ roboret'. Sed redeamus ad ꝓpoſitū: ut cætera quæ ſupſunt breuiter explicemus.

Capi. xiii. Contra illos qui per uoluptatē mēbris genitalibus abutuntur: & ſubditorum membrorum forma.

Oterā nūc ego ipſorum quoq; genitalium mēbrorū mirificam ratioem tibi exponere: niſi me pudor ab huiuſmodi ſermone reuocaret. Itaq; a nobis indumento uerecundia: quæ ſunt pudenda uelentur. Quod ad hanc rē attinet quæri ſatis eſt homines impios ac prophanos ſummū nefas admittere: qui diū & admirabile dei opus ad propagandum ſucceſſionem inexcogitabili ratione prouiſum &

&

ad effectus: uel ad turpiſſimos quæſtus: uel ad obſcœnæ libidinis pudenda opera conuertunt: ut iam nihil aliud re ſanctiſſima petant: q̄ innanem & ſterilem uoluptatem. Quid reliquæ corporis partes non carent ratione ac pulchritudine: Conglobata in nates caro q̄ ſedendi officio apta: & eadē firmior q̄ in cæteris membris ne premente corporis mole oſſibus cederet. Item fœmininum deducta & lationibus thoris: ualida longitudo quo facilius onus corporis ſuſtineret: quam paulatim deficientem in anguſtum genua determinat quorum dicētes nodi flexuram in pedibus ad gradiendum: ſedendūq; aptiſſimā præbent. Item crura non æquali modo ducta: ne indecens habitudo deformaret pedes: ſed teretibꝫ ſuris clæmenter extātibus ſenſimq; tenuatis & firmata ſunt & ornata. In plantis uero eadem quidē: ſed tamen longe diſpar q̄ in manibus ratio eſt. Quæ quoniam totius operis quaſi fundamenta ſunt: mirificus eas artifex non rotūda ſpecie ne homo ſtare non poſſet: aut aliis ad ſtandum pedibꝫ indigeret ſicut quadrupedes: ſed porrectiores: longioreſq; formauit ut ſtabile corpus efficerent planicie ſua: unde illis inditū nomen eſt: digiti æque totidem qđ in manibus ſpeciem magiſq; uſum maiorem præferentes: ideoq; & iuncti & breues & gradatim compoſiti. Quorū qui eſt maximus qm̄ illum ſicut in manu diſcerni a cæteris opus non erat: ita in ordinē redactus eſt ut tamen ab aliis magnitudine ac modico interuallo diſtare uideatur. Hæc eorum ſpecioſa germanitas non leui adiumento nixum pedum firmat. Concitati enim ad curſum non poſſumus niſi digitis in humum præſſis ſolo nitentibus impetum ſaltumq; capiamus Explicaſſe uideor omnia quorum ratio intelligi poteſt. Nunc ad ea uenio quæ uel dubia uel obſcura ſunt.

## Capi. xiiii. Quod de multis quæ ſunt in corpore ratio ſciri nequit

Vlta eſſe conſtat in corpore quorum uim rationemq; perſpicere nemo niſi qui fecit pōt. An aliquis enarrare ſe putat poſſe: qd utilitas qd effectus habeat: tenuis membrana illa p̄lucens qua circū nectitur aluus ac tegi t̄. Quid rerum gemina ſimilitudo? Quos ait Varro ita dictos: quaſi riui ab his obſcœni humoris oriantur quod eſt longe ſecus: quia ſpinæ altrinſecus ſupini coherent: & ſunt ab inteſtinis ſeparati. Quid ſplē? Quid iecur? Quæ uiſcera quaſi ex conturbato ſanguine uidentur eſſe concreta. Quid fellis amariſſimus liquor Quid globꝫ cordis qui unus ſanguinis fons ē? Niſi forte illi credēdū

putabimus qui effectum iracundiæ in felle conſtitutū putãt: pauoris in corde lætitiæ in ſplene. Ipſius autem iecoris officium uolunt eē ut cibos in aluo cócoquat: amplexu & calefactu ſuo: quidá libidines rerum uenerea℞ in iecore cótineri arbitrant̃. Primū iſta pſpicere acumen humani ſenſus non poteſt: quia horum officia in operto latenr, nec uſus ſuus patefacta demonſtrāt. Nā ſi ita eēt fortaſſe placidiora quæq; animalia uel nihil fellis omnino uel minus haberēt q̃ feræ timidiora plus cordis: ſolatiora plus iecoris laſciuiora plus ſplēis habuiſſēt Sicuti igit̃ nos ſentimus audire auribus: oculis cernere: naribus odorare: ita pfecto ſentiremus nos felle iraſci: iecore cupere: ſplene gaudere. Cū aūt unde affectus iſti ueniant minime ſentiamus fieri pōt: ut aliunde uineāt: & aliud uiſcera illa q̄ ſuſpicamur efficiāt. Nec tam̄ conuincere poſſumus falſa illos q hæc diſputant dicere. Sed oīa quæ ad motus animi aīæq; ptineāt: tā obſcuræ altæq; rarionis eſſe arbittor ut ſupra hominē ſir ea liquido puidere. Id tamē certum & indubitatum eē debet: res tot: tanra uiſcerū genera: unū & idē habere officiū ut animā cōtineant in corpore. Sed quid pprie ſingulis neruis ſit iniunctū: qs ſcire niſi artifex poteſt: cū ſoli opus ſuū notū eſt.

### Capi. xv. De obſcura uocis ratrone.

E uoce aūt quā rationē reddere poſſumus? Grāmatici quidē ac philoſophi uocē eſſe difiniūt: aerem ſpiritu uerberatū. Vnde uetba ſunt nūcupata: qđ perſpicue falſū eſt. Nō enim uox extra os gignit̃ ſed intra. Et ideo ueri ſimilior eſt illa ſententia: ſtipatū ſpiritū cū obſtantia faucium fuerit illiſus ſolū uocis exprimere: ueluti cū in parentē citutā labroq; ſubiectā dimittimus ſpiritū: & is cicutæ concauo repercuſſus: ac reuolutus a fundo: dū deſcendētē occurſo ſuo redit: ad exitū nitens ſonum gignit: & in uocalē ſpiritū reſiliens p ſe uētus aīatur. Quod quidē an uerū ſit deus artifex uiderit. Videtur ei nō ab ore ſed ab intimo pectore uox oriri. Deniq; & ore clauſo ex narib⁊ emittit̃ ſonus qualis poteſt. Præterea ex maximo ſpiritu quo anhelamus uox nō efficit̃: & leui & coartato ſpiritu quoniēs uolumus efficit̃ nō eſt igit̃ cōprehenſſum q̄uō fiat: aut quid ſit omnino. Nec me nūc in Achademiæ ſentētiā delabi putes: quia non omnia ſunt incōprehēſibila. Vt enim fatendū eſt multa neſciri: quæ uoluit deus intelligentiam hominis eexcedere ſic tamen multa eſſe quæ poſſint: & ſenſibus percipi: & ratione comprehendi. Sed erit nobis contra philoſophos diſpuratio. Cōficiamus igit̃ ſpaciū quo nunc decurimus.

&ii

Capi.xvi. Vbi ſit mentis ſedes: & qua ratione corpori coniungaẗ.

Entis quoq; rationem non in comprehenſibilẽ eſſe quis neſciat niſi qui omnino illã non habet: cum ipſa mẽs quo loco ſit aut cuiuſmodi neſciaẗ. Varia ergo a philoſophis de natura eius ac loco diſputata ſunt. Ac ego non diſſimulabo: quid ipſe ſentiam nõ quia ſic eſſe affirmem: quod eſt in ſipientis in re dubia facere: ſed ut expoſita rei difficultate intelligas quanta ſit diuinorum operum magnitudo Quidã ſedem menti in pectore eſſe uoluerunt: Quod ſi ita eſt quanto tandem dignum eſſe rem in obſcuro: ac tenebroſo habitaculo ſitã ui tanta rationis atq; intelligentiæ luce uerſari: tum ꝙ ad eam ſenſus ex omni corporis parte conueniunt: ut inqualibet regione membroꝝ præſens eſſe uideatur. Alii ſedem eius in cerebro eſſe dixerunt. Et ſane argumẽtis probabilibus uſi ſũt: oportuiſſe ſilicet ꝙ totius corporis regimen haberet potius in ſummo tanq̃ in arce corporis habitare nec quicq̃ eſſe ſublimius: q̃ id qđ uniuerſum ratione modereẗ: ſicut ipſe mũdi dominus & rector in ſummo eſt. Deinde ꝙ ſenſus omnis: id ẽ audiendi & uidendi: & odorandi miniſtra membra in capite ſunt locata qorũ omnium uiæ non ad pectus: ſed ad cerebrum ferãt: alioqn neceſſe nos eſſet tardius ſentire: donec ſentiendi facultas lõgo itinere per collum ad pectus uſq; deſcenderet. Hi uero: aut nõ multum: aut fortaſſe non errent. Videtur enim mẽs: quæ dominatũ corporis tenet in ſummo capite cõſtituat tanq̃ in cælo deus: ſed cum in aliqua ſit cogitatione cõmeare ad pectus & quaſi ad ſecretum aliquod penetrale ſecedere: ut conſilium tanq̃ ex theſauro recandito eliciat ac proferat. Ideoq; cum intenti ad cogitandum ſumus: & cum mens occupata in altum ſe abdiderit: neq; audire q̃ circũſonãt: neq; uidere quæ obſtant ſolemus. Id uero ſiue ita eſt: ad mirandum ꝑfecto eſt q̃uo id fiat: cũ ad pectus ex cerebro nullum iter pateat: ſin autẽ non: nec tamẽ nihilominus admirandum eſt: ꝙ diuina neſcio qua ratione fiat: ut ita eſſe uideatur. An poteſt aliquis non admirari ꝙ ſenſus ille uiuus atq; caleſtis qui mens uel animus nũcupatur tantæ mobilitatis eſt: ut ne tũ quidem cum ſopitus eſt conquieſcat: tantæ celeritatis ut uno temporis pũcto cælo omne colluſtret ſi uelit maria peruolet: terras & urbes peragret. Omnia deniq; quæ libuerit q̃uis longe lateq; ſubmota ſint in conſpectu ſibi ipſe conſtituat. Et miratur aliquis ſi diuina mẽs dei per uniuerſas mundi partes intenta diſcurrit: & omnia regit omnia moderaẗ: ubiq; præſens: ubiq; diffuſa cũ tãta ſit uis ac poteſtas mẽtis

humane inter mortale corpus īclusæ: ut ne ſeptis quidē grauis huius ac pigri corpis cui illigata eſt coerceri nullo pacto poſſit: quo minus ſibi liberam uagandi facultatem quietis impaciēs largiatur. Siue igit̄ in capite mens habitat ſiue in pectore: poteſt ne aliquis comprehendere: quæ uis rationis efficiat: ut ſenſus ille comprehenſibilis: aut in medulla cerebri hæreat aut in nullo ſanguine bipartito qui incluſus ē in corde ac non ex eo ipſo colligat quāta ſit dei poteſtas: ꝙ animus ſe ipſū nō uideat aut qualis: aut ubi ſit: nec ſi uideat tam̄ pſpicere poſſit quo pacto rei corpali res ī corpalis adiuncta ſit. Siue etiā mentis locus nullus eſt: ſed per totum corpus ſparſa diſcurrit: & quod etiam fieri poteſt & a Xenocrate Platonis diſcipulo diſputatum eſt: Siquidē ſenſus ī qualibet parte corporis præſto ē: nec qd ſit mens nec qualis ītelligi poteſt cū ſit natura eius tam ſubtilis ac tenuis: ut ſolidis uiſeribus infuſa: uiuo & quaſi ardenti ſenſu membris omnibus miſceat̄. Illud autem caue: ne unq̄ ſimile ueri putaueris: quod Ariſtoxenus dixit: mentem omnino nullam eſſe: ſed quaſi armoniam in fidibus: ex conſtructione corporis & compagibus uiſcerum: uim ſentiendi exiſtere. Muſici enim intentionem concentumq; neruorum in integros modos ſine ulla offenſione conſonantium armoniam uocant. Volunt igitur animum ſimili ratione conſtare in hominem: q̄ concors modulatio conſtat in fidibus ſcilicet ut ſingularum corporis partium firma coniunctio membrorumq; omnium conſentiens in unum: uigor motum illum ſenſibilem faciat animumq; concinet: ſicut ſunt nerui bene intenti ad cōſpirantē ſonum. Et ſicuti in fidibus cum aliquid aut interceptum: aut relaxatum eſt: omnis canendi ratio turbatur & ſoluitur. Ita in corpore cum pars aliqua membrorum duxerit uicium: dextrui uniuerſa: corruptiſq; omnibus atq; turbatis: occidere ſenſū: eamq; mortem uocari. Verum ille ſi quicq̄ mentis habuiſſet non armoniā de fidibus ad hominem tranſtuliſſet. Non enim canere ſua fides ſponte poſſunt: ut ſit ulla in his comparatio ac ſimilitudo uiuēris Animus aūt ſua ſponte & cogitat & mouetur. Quod ſiquid in nobis eſſet armoniæ ſimile ictu moueretur externo ſicut nerui manibus: q ſine tractu artificis pulſuq; digitorum: muti atq; inertes iacent. Sed nimirum pulſandus ille manu fuit: ut aliquando ſentiret: qa mens eius ex membris male compacta torpebat.

Capi. xvii. Quod anima ſit æterna: & quid ſecundum philoſophorum uarias opiniones.

Vpereſt de anima dicere: q̄q̄ percipi ratio eius natura non poſ
ſit Nec ideo tamen immortalem eſſe animam nó intelligimus
qnoniam quicquid uiget moueturq; per ſe ſemp: nec uideri aut tan
gi pōt: æternum ſit neceſſe eſt. Quid auté ſit anima: nondum inter
philoſopos conuenit: nec unq̄ fortaſſe conueniet. Et alii ſanguinem
eſſe dixerūt: alii igné: alii uentum unde anima uel animus nomen ac
cepit: quod grece uentus. ανεμοσ. dicitur: nec illorum tamé quiſq̄ di
xiſſe aliquid uidet. Non enim ſi anima ſanguine: aut per uulnus effu
ſo: aut febrium calore cóſumpto uidet̄ extingui: continuo in materia
ſanguinis animæ ratio ponenda eſt ueluti ſi ueniant in queſtionem:
lumē quo utimur quid ſit. & reſpondeat̄: oleum eſſe: qm̄ cóſūpto il
lo lumé extinguit: cum ſint utiq; diuerſa: ſed alterū ſit alterius alimē
tum. Videtur ergo aía ſimilis eé lumini: quæ nó ipſa ſit ſanguis: ſed
humore ſanguinis alitur: ut lumen oleo. Qui auté igné putauerunt:
hoc uſi ſunt argumento: ꝙ præſente anima corpus caleat: recedente
frigeſcat. Sed ignis & ſenſu idiget & ui & tactu cóburit. Anima uero
& ſenſu aucta eſt: & uideri non poteſt: & nó adurit. Vnde apparet
animam neſcio quid eſſe deo ſimilé. At illi qui uentum putant: hoc
fallunt: ꝙ ex aere ſpiritum ducentes uiuere uidemur. Varro itaq; dif
finit. Anima eſt aer conceptus ore deferuefactus in pulmone: tempe
ratus in corde diffuſus in corpus. Hæc apertiſſime falſa ſunt. neq; enī
tá obſcurā nobis huius modi rex dico eſſe rationé: ut in hoc quidé in
telligamus: quid uerum eſſe non poſſit. An ſi mihi qs dixerit æneum
eſſe cælū aut uitreum (ut Empedocles ait aerem glaciatū: ſtatim ne
aſſentiat quia cælum ex qua materia ſit ignoré: Sicut eím hoc neſcio
illud ſcio. Anima ergo non eſt aer ore conceptus: quia multo prius gi
gnitur anima: q̄ concipi aer non poſſit. Non enim poſt partum inſi
nuatur in corpus: ut quibuſdā philoſophis uidet̄: ſed poſt conceptū
protinus cū fœtum in utero neceſſitas diuina formauit: quia adeo ui
uit itra uiſcera genitricis: ut & incremento augeatur & crebris pulſi
bus geſtiat emicare. Deniq; abortum fieri neceſſe eſt ſi fuerit animal
intus extinctum. Cæteræ diffinitionis partes eo ſpectant: ut illis no
uem menſibus quibus ī utero fuimus: mortui fuiſſe uideamur. Nul
la ergo ex his tribus uera ſententia eſt. Nec tamen in tantum falſos eé
dicendum eſt: qui hæc ſenſerunt: ut omnino nihil dixerit. Nam & ſá
guine ſimul & calore & ſpiritu uiuimus. Sed cum conſtet anima in
corpore his omnibus adunatis non expreſſerunt proprie quid eſſet:
quia tam non poteſt exprimi q̄ uideri.

Capi. xviii. Vtrum animus & anima ſint idem.

Equitur alia & ipſa inextricabilis quæſtio: idem ne ſit anima & animus: an uero aliud ſit illud quo uiuimus: aliud auté quo ſentimus & ſapimus. Non deſunt argumenta in utranq; parté. Qui enim unum eſſe dicūt hanc rationem ſequnt: q neq; uiui ſine ſenſu poſſit: nec ſentiri ſine uita: ideoq; eſſe non poſſe diuerſum id quod nō pōt ſeparari: ſed quicqd ē: illud & uidendi officiū & ſentiendi habere rationem: iccirco animū & animā indifferenter appellāt duo Epicurei poetæ. Qui auté dicūt eſſe diuerſa: ſic argumētant ex eo poſſe intelligi aliud eſſe menté aliud eſſe animā: quia icolumi anima mēs poſſit extingui: qd accidere ſoleat inſanis. Itē q anima morte ſopiat animus ſomno & quidé ſic: ut non tātum qd fiat: aut ubi ſit ignoret ſed etiā rex falſarum contemplatione fallat. Quod quō ipſum fiat: nō poteſt puideri: cur fiat: poteſt. Nam requieſcere nullo pacto poſſumus: niſi mens uiſionum imaginibus occupata teneat. Latet auté mens opreſſa ſomno: tanq ignis obducto cinere ſopitus: qué ſi paululum cōmoueris: rurſus ardeſcit: & quaſi euigilat. Auocat ergo ſimulachris: donec membra ſopore irrigata uegetent. Corpus enim uigilante ſenſu licet iaceat imobile: tam nō eſt quietum: quia flagrat in eo ſenſu & uibrat in flāma: & artus omnes ad ſe aſtrictos tenet. Sed poſt q mens ad contēplandas imagines: ab intentione traducta eſt: tūc demum corpus omne reſoluitur in quietem. Traducitur autem mens cogitatione cæca: cum cogentibus tenebris ſecum tantūmodo eſſe cœperit dum intenta eſt in ea de quibus cogitat: repente ſomnos obrepit & in ſpecies proximas ſenſum ipſa cogitatio declinat. Sic ea quæ ſibi ante oculos poſuerat: uidere quoq; incipit: deinde ꝓcedit ulterius & ſibi aduocamēta inuenit: ne ſaluberrimam quietem corporis interrūpat. Nam aut mens per diem ueris uiſionibus auocat: ne obdormiat ita falſis: ne excitetur. Nam ſi nullas immagīes cernat: aut uigilare illam neceſſe eſt: aut perpetua morte ſopiri. Dormiendi ergo cauſa tributa eſt adeo ratio ſomniādi: & quidé in cōmune uniuerſis animantibus ſed illud homini precipue: q cū ea ratione deus quietis cauſa daret: facultaté ſibi reliquit docendi hominem futura per ſomniū: Nam & hiſtoriæ ſæpe teſtantur extitiſſe ſomnia quorum præſēs & admirabilis fuerit euentus & reſponſa uatū noſtrorum ex parte ſomni cōſtiterūt. Quare neq; ſemper uera ſunt neq; ſemper falſa: Virgilio teſte: qui duas partes uoluit eſſe ſomniorum. Sed quæ falſa ſunt dormiēdi

cauſa uidentur: quæ uero immituntur a deo ut imminens bonū aut
malum: hac reuelatione diſcamus.

## Capi. xix. De origine animæ & an ſit.

Llud quoq; in quæſtionem uenire pōt: utrumne anima ex pa
tre: an potius ex matre: an uero utroq; generetur. Sed ego id
meo iure ab ancipiti uindico. Nihil enim ex his tribus uerum eſt: qa
neq; ex utroq;. neq; ex alterutro feruntur animæ. Corpus enim ex cor
poribus naſci poteſt quoniam confertur aliquid ex utroq;: de animis
anima non poteſt quia ex re tenui & incōprenſibili: nihil poteſt deci
dere. Itaq; ſerēa⁊ aia⁊ rō: uni ac ſoli deo ſubiacet. Deniq; cæleſti ſu
mus omnes ſemine oriundi: omnibus idem ille pater eſt ut ait Lucre
tius. Nam de mortalibus non poteſt quicq̄: niſi mortale generari. Nec
putari pater debet qui tranſfudiſſe: aut inſpiraſſe animā de ſuo nul
lo modo ſentit. nec ſi ſentiat: quando tamē: aut quomodo id fiat: ha
beat animo comprenſum. Ex quo apparet non a parentibus dari ani
mas: ſed ab uno eodemq; omnium deo patre: qui legem rationemq;
naſcendi tenet ſolus: ſiquidem ſolus efficit. Nam terræni parentis ni
hil eſt: niſi ut humorem corporis in quo eſt materia naſcendi cum ſē
ſu uoluptatis emittat uel recipiat: & circa hoc etiá opus humoris iſti
us homo reſiſtit: nec amplius quicq̄ poteſt. Ideo naſci ſibi filios op
tant: quia non ipſi faciunt. Cætera iam dei ſunt omnia: ſcilcet conce
ptus ipſe & corporis informatio: & inſpiratio animæ: & partus incolu
mis: & quæcunq; deinceps ad hominem conſeruandum ualent. Illius
munus eſt: ꝙ ſpiramus: ꝙ uiuimus: ꝙ uigemus. Nam præterq̄ ꝙ ipſi
us beneficio incolumes ſumus corpore: & ꝙ uictum nobis ex uariis
rebus ſubminſtrat: ſapientiam quoq; homini tribuit quam terrænus
pater nullo modo dare poteſt. Ideoq; & dē ſapiētib⁹ ſtulti: & de ſtul
tis ſapiētes ſæpe naſcuntur: quod quidam fato ac ſideribus aſſignant
Sed non eſt nunc locus de fato diſerēdi. Hoc dicere ſatis eſt: ꝙ etiam
ſi aſtra efficientiam rerum continent: nihilominus omnia a deo fieri
qui aſtra ipſa & fecit & ordinauit. Inepti ergo: qui hanc poteſtatem
deo detrahaunt & operi eius attribuunt. Hoc igitur dei munere cæle
ſti atq; preclaro an utamur: an non utamur: in noſtra uoluit eſſe pote
ſtate. Hoc enim conceſſo: ipſum hominem uirtutis ſacramentis reli
gauit: quo uitam poſſet adipiſci: dedit ei & conſtituit aduerſarium ne
quiſſimum & fallaciſſimum ſpiritum: cum quo in hac tereſtri uita:

ſine ulla ſecuritatis requie dimicaret. Cur autem deus hūc uexactorē generi hominum conſtituerit: breuiter exponam:

Capi. xx. Cur deus dedit ſpiritum tentatorem.

INte omnia diuerſitatem noluit eſſe: ideoq; uulgo non aperuit ueritatē: ſed eā pauciſſimis reuelauit: quæ diuerſitas oē arcanū mūdi continet. Hæc eſt enim: quæ facit eſſe uirtutē: quæ ſcilicet non modo eſſe: ſed ne apparere quidē: qa uirtus eē nō poterit: niſi fuerit cōpar aliquis in quo ſupando uim ſuā: uel excerceat uel oſtendat: Nā ut uictoria cōſtare ſine certamine nō poteſt: ſic nec uirtus qdē ipſa ſine hoſte: itaq; qm̄ uirtutē dedit homini: ſtatuit illi e cōtrario inimicū ne uirtus ocio torpens: naturā ſuā pderet cuius oīs rō in ea eſt ut concuſſa & labefacta firmetˀ: nec aliter ad ſūmū faſtigiū poſſit puenire: niſi prudenti manu ſemp agitata: ſe ad ſalutē ſuā tenore dimicandi fundauerit. Noluit enī deus hoīem ad imortalem illā beatitudinē delicato itinere puenire. Daturus ergo uirtutē dedit hoſtē prius: qui oīs hōium cupiditates & uicia imitteret: q eēt auctor errorum: malorūq; oīum machinator: ut qm̄ deus hoīem ad uitā uocat: ille cōtra: ut rapiat: & traducat admortem. Hic eſt: qui aut inducit aut decipit eos: q ueritati ſtudent aut ſi dolo & ſtudiis non quieuerit: uirilē gerit aīam qua ſublimiū uigorem labefactare conetˀ: iſanda dictu & execrabilia moliens: uexat & interficit. Et tamē ut ꝓſternit multos: ſic a multis uictus ꝓſtratuſq; diſcedit. Magna ē enim uis hominis: magna ratio: magnū ſacramentū. A quo ſi quis non defecerit: nec fidē ſuā deuotio nēq; ꝑdiderit hic beatus hic deniq; ut breuiter finiam: ſimilis deo ſit neceſſe eſt. Errat enim quiſquis hoīem carne metitˀ. Nā hoc corpuſculum quo induti ſumus hōis receptaculum eſt. Nā ipſe homo neq; tāgi neq; aſpici: neq; cōprehendi pōt: quia latet intra hoc quod uidetur Qui ſi delicatus ac tener i hac uita fuerit: q̄ratio eius expoſcit: ſi uirtute cōtempta deſideriis ſe carnis addixerit: cadet & pręmetˀ in terrā. ſi autē ut debet ſtatū ſuum quæ rectū recte ſortitus eſt: & prompte cōſtanterq; defenderit: ſi terræ quā calcare ac uincere debet nō ſeruierit: uitam merebitur ſempiternam.

Capi. xxi. Operis concluſio: & ueritatem ſupari nō poſſe.

Aec ad te Demetriane interi paucis & obſcurius fortaſſe q̄ decuit: pro rerum ac tēporis neceſſitate peroraui: quibꝫ cōtentus

eſſe debeas. Plura & meliora laturus: ſi nobis indulgentia cælitus uenerit: tūc & ego te ad ueræ philoſophiæ doctrinam & planius & uerius cohortabor. Statui ei q̄ multa potero litteris tradere quā ad uitæ beatæ ſtatum ſpectent: & quidē contra philoſophos quonam ſunt ad perturbandam ueritatem pernicioſi & graues: Incredibilis eſt enī uis eloquentiæ: & argumētandi differendiq; ſubtilitas: q̄uis facile deceperat: quos partim noſtris armis. partim uero ex ipſoꝝ inter ſe concertatione ſumptis reuincemus: ut appareat eos induxiſſe potius errorem q̄ ſubſtuliſſe. Fortaſſe mireris ꝙ tamtū facinus audeam. Patiemur ne igitur exſtigui? Aut opprimi ueritatē? Ego uero libentius uel ſub hoc onere defecerim. Nā ſi Marcus Tullius eloquentiæ ipſius unicum exemplar ab indoctis & īneloquentibus: quia tamen pro uero nitebantur: ſæpe ſuperatus eſt. Cur deſperemus ueritatem ipſam cōtra fallacem captioſamq; facundiam: ſua propia ui & claritate ualituram? Illi quidem ſeſe patronos ueritatis profiteri ſolent. Sed quis poteſt eam rem defendere: quam non didicit? Aut illuſtrare apud alios quæ ipſe nō nouit? Magnum uideor polliceri: ſed cæleſti opus eſt munere: ut nobis facultas & tempus ad propoſita proſequēda tribuatur Quod ſi uita eſt optanda ſapienti: profecto nullam aliam ob cauſā uiuere optaueri: q̄ ut aliquid efficiam: quod uita dignum ſit: & quod utilitatem legentibus & ſi non ad eloquentiam: quia tenuis in nobis facundiæ riuus eſt ad uiuendum tamen afferrat: quod eſt maxime neceſſarium. Quo perſpecto ſatis me uixiſſe arbitror & officiū hominis impleſſe: ſi labor meus aliquos homines ab erroribꝫ liberatus: ad iter cæleleſte direxerit. Deo gratias.

St locus in primo fœlix oriente remotus
Qua patet æterni maxima porta poli.
Nec tantū æſtiuos hiemiſq; propinquus ad ortus:
In quo ſol uerno fundit ab axe diem.
Illic planicies tractus diffundit apertos.
Nec tumulus creſcit: nec caua ualis hiat.
Sed noſtros montes: quorum iuga celſa putantur.
Per bis ſex ulnas eminet ille locus.
Hic ſolis nemus eſt: & conſitus arbore multa.
Lucus: perpetuæ frondis honore uirens:
Cum phætonteis flagraſſet ab ignibus axis:

BIBLIOTHECA NACIONAL DE LISBOA

Ille locus flammis inuiolatus erat.
Et cum diluuium merſiſſet fluctibus orbem.
Deucalioneas exuperauit aquas.
Non hunc exãgues morbi: non ægra ſenectus.
Nec mors crudelis: nec metus aſper adit.
Nec ſcelus infandũ: nec opum ueſana cupido.
Aut metus: aut ardens cedit amore furor.
Luctus acerbus adeſt: & egeſtas obſida pannis.
Et curæ inſomnes: & uiolenta fames.
Non ibi tempeſtas: nec uis furit horrida uenti.
Nec gelida terram rore pruina tegit.
Nulla ſuper campos tendit ſua uellera nubes.
Nec cadit ex alto turbidus humor aquæ.
Sed fons in medio eſt: quem uiuũ nomine dicunt
Perſpicuus lucens: dulcibus uber aquis.
Qui ſemel erumpens: per ſingula tẽpora mẽſum
Duodecies undis irrigat omne nemus.
Hic genus arboreum procero ſtipite ſurgens:
Non lapſura ſolo mitia poma gerit.
Hoc nemus: hoc lucos: auis incolit unica phœnix
Vnica ſic uiuit: morte refecta ſua.
Paret: & obſequitur phœbi memoranda ſatellas.
Hoc natura parens munus habere dedit.
Lutea cum primum. ſurgens aurora rubeſcit.
Cum primum roſea ſidera luce fugat:
Ter quater illa pias immergit corpus in undas.
Ter quater e uiuo gurgite libat aquam.
Tollitur: ac ſummo conſedit in arboris altæ
Vertice. quæ totum deſpicit una nemus.
Et conuerſa nouos phœbi naſcentis ad ortus:
Expectat radios: & iubar exoriens.
Att ubi ſol pepulit fulgentis lumina portæ:
Et primum emicat luminis aura leuis:
Incipit illa ſacri modulamina fundere cantus:
Et mira lucem uoce ciere nouam.
Quam nec iullææ uoces: nec tibia poſſit
Muſica: circhæis aſſimulare modis:
Sed neq; holor moriens imitari poſſe putatur.

Nec cillenææ fila canora liræ.
Poſtq̄ phœbus æquos in aperta tefudit olympi:
Atq; orbem totum pertulit atq; means:
Illa ter alarum repento uerbere plaudit:
Non errabilibus nocte dieq; ſonis.
Atq; eadem celeres etiam diſcriminat horas
Igniferumq; caput ter uenerata: ſilet.
Antiſtes nemorum: luce ueneranda ſacerdos:
Et ſola arcanis conſcia phœbe tuis.
Quæ poſtq̄ uitæ iam mille peregerit annos:
Ac ſe reddiderint tempora longa grauem:
Vt reparet laſſum ſpatiis urgentibus æuum.
Aſſueti nemoris dulce cubile fugit.
Cūq; renaſcenti ſtudio: loca ſancta reliquit:
Tunc petit hunc orbem: mors ubi regna tenet.
Dirigit in ſyriam celeres longæua uolatus.
Phœnicis nomen cui dedit ipſa uetus.
Secretoſq; petit: deſerta per auia lucos:
Hic ubi per ſaltus ſilua remota latet.
Tum legit aereo ſublimem uertice palmam:
Quæ gratum phœnix ex aue nomen habet.
Quam nec dente nocens animal perrūpere poſſit.
Lubricus aut ſerpens: aut auis ulla rapax.
Tum uentos claudit pendeutibus æolus antris
Ne uiolent flabris aera purpureum.
Neu cocreta noto nubes per inania cæli:
Submoueat radios ſolis. & obſit aui.
Conſtruit inde ſibi: ſeu nidum: ſiue ſepulchrum:
Nam perit: ut uiuat: ſe tamen ipſa creat.
Colligit hinc ſuccos: & odores: diuite ſilua.
Quos legit aſſyrius: quos opulentus arabs.
Quos aut pigmææ gentes: aut india carpit.
Aut molli generat terra ſabæa ſinu.
Cinnama de hinc: aurāq; procul ſpirantis amomi
Congerit: & mixta balſama cum folio:
Non caſiæ mitis: nec olentis uimen achanti:
Nec thuris lachrymæ: guttaq; pinguis: abeſt.
His addidit teneras nardi pubentis atiſtas.

Et ſociat mirrhæ paſcua grata nimis.
Protinus inſtrato corpus mutabile nido.
Vitaliq; thoro membra quieta locat.
Oreq; dehinc ſuccos membris: ſupraq; circũq;
Iniecit exequiis immoritura ſuis.
Tum inter uarios animum cõmentat odores.
Depoſiti tanti nec timet illa fidem.
Interea corpus genitali morte peremptum
Aeſtuat: flammas protulit ipſe calor.
Aereoq; procul de lumine concipit ignem.
Flagrat: & anguſtum ſoluitur in cinerem.
Hos uelut in maſſam cineres: in morte coactos.
Conflat: & effectum ſeminis inſtar habet.
Hinc animal primum ſine membris fertur oriri.
Sed fertur uermis lacteus eſſe color.
Creuerit immenſum ſubito: cum tempore certo.
Seq; oui teretis colligit in ſpeciem.
Inde reformatur qualis fuit ante figura.
Et phœnix ruptis pullulat exuuiis.
Ac uelut agreſtes cum filo ad ſaxa tenentur
Mutari pennæ papilione ſolent.
Non illi cibus eſt noſtro conceſſus in orbe
Nec cuiq̃ impulmem paſcere cura ſubeſt
Ambroſios libat cæleſti nectare: rores
Stelliferi teneri qui cecidere polo.
Hos legit: his alitur mediis in odoribus ales.
Donec maturam proferat effigiem.
Aſt ubi primæua cœpit florere iuuenta:
Euolat: ad patrias iam reditura domos.
Ante tamen proprio quicquid de corpore reſtat:
Oſſaq; uel cineres: exuuiaſq; ſuas:
Vnguine balſameo myirrhaq; & thure ſoluto
Condidit & in formam conglobat ore pio:
Quam pedibus geſtant contẽdit ſolis ad ortus.
Inq; ara reſidens promit in æde ſacra.
Mirandam ſeſe præſtat: præbetq; uehenti.
Tantus ibi decor eſt: tantus abundat honor.
Principio color eſt: qualis ſub ſidere cæli

Mitea quem croceo punica grana legunt.
Qualis ineſt foliis que fert agreſte papauer
Cum pedens ueſtit ſole rubente polus.
Hoc humeri pectuſq; decens: uelamine fulgent.
Hoc caput: hæc ceruix: ſummaq; terga nitent.
Caudaq; porrigitur fuluo diſtincta metallo.
In cuius maculis purpura mixta rubet.
Clarum inter pennas in ſigne deſuper: iris
Pingere ceu nubem deſuper alta ſoler.
Albicat inſignis mixto uiridante ſmaragdo:
Et puro cornu gemmea cuſpis hiat.
Ingentes oculos credas geminoſq; hiacinthos:
Quorum de medio lucida flāma micat:
Aequata toto capiti radiata corona
Phœbi referens uerticis alta decus.
Crura tegunt ſquamæ flauo diſtincta metallo.
Aſt unguens roſeus pingit honore color.
Effigies inter pauonis mixta figuram
Cernitur & mixtam phaſidis inter auem.
Magnitiem: terris arabum quæ gignitur: ales
Vix æquare poteſt: ſeu uera ſeu ſit auis.
Nō tamē ē tarda: ut uolucres quæ corpore magno
Inceſſus pigros per graue pondus habent.
Séd leuis: & uelox regali plena decore.
Talis in aſpectu ſe prebet uſq; hominum.
Conuenit ægyptus tanti ad miracula uiſus.
Et raram uolucrem turba ſalutat ouans.
Protinus inſculpunt ſacrato in marmore formam
Et ſignant titulo: remq; diemq; nouo.
Contrahit in cœtum ſeſe genus omne uolantum.
Nec prædæ memor eſt ulla: nec ulla metus.
Alitum ſtipata choro uolat illa per altum.
Turbaq; perſequitur munere læta pio.
Sed poſtq̄ pueri peruenit ad ætheris auras.
Mox redit iſta ſuis conditor illa locis:
Hæc fortunate ſortis: natiſq; uolucris:
Cui de ſe naſci præſtitit ipſe deus:
Fœmina ſit: uel maſculus hæc: ſeu forteq; netrum

Fœlix quæ ueneris fœdera nulla colit.
Mors illi uenus eſt. ſola eſt in morte uoluptas.
Vt poſſit naſci: hæc appetit ante mori.
Ipſa ſibi proles: ſuum eſt pater: & ſuus hæres.
Nutrix ipſa ſui: ſemper alumna ſibi.
Ipſa quidẽ: ſed non eadem quia eſt ipſa nec ipſa ẽ
Aeternam uitam mortis adepta bono.

Ouidius methamorphoſeos.

Et tamen ex aliis generis primordia ducit.
Vna ẽ: quæ reparet: ſeq; ipſa reſeminet ales
Aſſirii phœnica uocant: non fruge: nec herbis:
Sed lachrymis thuris: & ſucco uiuit amomi.
Hæc ubi quinq; ſuæ compleuit ſæcula uitæ:
Illicis in ramis: tremulæq; cacumine palmæ:
Vnguibus ac puro nidum ſibi cõſtruit ore.
Quo ſimulac caſias: & nardi leuis ariſtas:
Quaſſaq; cum fulua ſubſtrauit cynama myrrha
Se ſuper imponit: finitq; in odoribus æuum.
Inde ferunt totidem: quæ uiuere debeat annos
Corpore de primo uolucrem phœnica renaſci.

Dantes

Oſſi per li gran ſaui ſe confeſſa.
Chella phœnice more: e poi renaſce
Che al cinq; centeno anno ſe apreſſa.
Herbæ. ne biado in ſua uita non paſce.
Ma ſol de incẽſo: lachrymæ: & amomo.
E nardo. e mirrha. ſon le ultime phaſce.

Salue feſta dies toto uenerabilis æuo.
Qua deus infernum uicit: & aſtra tenet.
Tempora florigero rutilãt diſtincta ſereno:
Et maiore poli lumine porta patet.
Altius ignifomum ſolem cæli orbida ducit.
Qui uagus oceanas exit: & ĩtrat aquas:
Armatus radiis elementa liquentia luſtrans
Hic in nocte breui tendit in orbe diem.
Splendida ſincero producunt æthera uultu:
Lætitiamq; ſuam ſidera clara probant.
Terra ferax uario fundit munuſcula cultu.

Cum bene uernarit: reddit & annus opes.
Molli a purpureum pingunt uiolaria campum.
Prata uirenr herbis: & micat herba comis.
Paulatim ſubeunt ſtellantia lumina florem.
Fonbus arrident gramina cuncta ſuis.
Semine depoſito late ſeges exilit aruis:
Spondens agricolæ uincere poſſe famem:
Caudice deſecto lachrymat ſua gaudia palmes:
Vnde merum tribuat: dat modo uitis aquam:
Cortice de matris tenera lanugine ſurgens
Præparat ad partum turgida gemma ſinum.
Subq; hyemis tempus foliotum crine refuſo:
Iam raparat uiridens frondea tecta nemus.
Mixta ſalix: abies: corylus: ſiler: ulmus: acer nux.
Plaudit quæq; ſuis arbor amœnia comis.
Cōſtructura fauos apis hinc aluearia linquens
Foribus inſtrepitans poplite mella rapit.
Ad cantus reuocantur aues: quæ carmine clauſo:
Pigrior hybemo frigore muta fuit.
Hinc phylomena ſuis artemperat organa cannis.
Fitq; repercuſſo dulcior arua melo.
Ecce renaſcentis teſtatur gratia mundi:
Omnia cum domino dona rediſſe ſuo.
Namq; triumphanti poſt triſtia tartara chriſto
Vndiq; fronde nemus: gramina flore fauent.
Legibus inferni oppreſſis: ſuper aſtra meantem
Laudant rite deum: lux: polus: arua: fretum:
Qui crucifixus erat: deuſ ecce per omnia regnat.
Dantq; creatori cuncta creata precem.
Mobilitas anni: menſum: lux alma dierum:
Horarum ſplendor: ſtridula cūcta fauent,
Hinc tibi ſilua comis: plaudit quoq; cāpis ariſtis.
Hinc grates tacito palmite uitis agit.
Hinc tibi nunc auium reſonant uirgulta ſuſurro
Has inter nimio paſſer amore canit.
Chriſte ſalus rerum: bone conditor: atq; redēptor.
Vnica progenies ex dietate patris:
Irrecitabiliter manus de corde parentis:

Verbum ſubſiſtens:& patris ore potens:
Aequalis concors:ſocios cum patre coæuus:
Quo ſumpſit mundus principe: principium:
Aethera ſuſpendis:ſola cogeris:æquora fundis:
Quæq; locis habitant:quæ moderata uigent.
Quis genus humanum cernens merſiſſe ꝓfundo
Vtq; hominum eriperes:es quoq; factus homo:
Nec noſtro tantum uoluiſti e corpore naſci:
Sed caro quæ naſci pertulit atq; mori.
Funeris exequias pateris nouus auctor & orbis.
Intra mortis iter dando ſalutis opem.
Triſtia ceſſarunt infernæ uincula legis.
Expauitq; chaos luminis ore præmi.
Depereunt tenebræ chriſti fulgore fugatæ:
Aeternæ noctis pallia craſſa cadunt.
Solli citam:ſed redde fidem:precor alma poteſtas
Tertia lux rediit:ſurge ſepulte meus.
Non decet ut uili tumulo tua membra regantur.
Non precium mundi uilia ſaxa premant.
Indignum eſt cuius clauduntur cuncta pugillo:
Vt tegat incluſum rupe uetante lapis.
Lintia tolle precor:ſudaria linque ſepulchro.
Tu ſatis eſt nobis:& ſine te nihil eſt.
Solue cathenatas inferni carceris umbras.
Et reuoca ſurſum quicquid ad ima ruit.
Redde tuam faciem:uideant ut ſæcula lumẽ.
Redde diem qui nos te moriente fugit.
Sed plane impleſti remeans pie uictor olimpi.
Tartara preſſa iacent:nec ſua iura tenent.
Inferus inſaturabiliter caua guttura pandens
Qui raperet ſemper:fit tua præda deus.
Eripis innumerum populum de carcere mortis:
Et ſequitur liber quo ſuus auctor abis.
Euomit abſorptam pauide fera belua plebem.
Et de fauce lupi ſubtrahit agnus oues.
Hinc tumuli repetens poſt tartara carne reſũpta:
Belliger ad cælos ampla trophæa refers.
Quos habuit penale chaos:iam reddidit iſte:

Et quos mors peteret: hos noua uita tenent.
Rex ſacer ecce tui radiat pars magna trophæi:
Cum puras animas ſacra lauacra beant.
Candidus egreditur nididis exercitus undis.
Atq; uentus uicium purgat in amne nouo:
Fuſgentes animas ueſtis quoq; candida ſignat.
Et grege de niueo gaudia paſtor habet.
Additur hoc fœlix concors mercede ſacerdos:
Qui dare uult domino dupla talenta ſuo.
Ad meliota trahens gentili errore uagantes:
Beſtia ne raperet munit ouile dei.
Quos prius eua nocens infecerat: hos modo reddit.
Eccleſiæ paſtor ubere lacte ſinu.

Nephythomon Lactantii firmiani incipit.

Am ſi iuſticia eſt ueri dei cultus: quid enim tam iuſtum ad æquitatem: tam pium ad honorem: tam neceſſarium ad ſafutem: q̄ deū cogonſcere ut parentem: uenerari ut dominum: eiuſq; legi aut præcæptis obtemperare? Neſcierunt ergo iuſticiā philoſophi: quia nec ipſu mdeum agnouerunt: & ideo refelli potuerunt a Cameade cuius hæc fuit diſputatio nullū eſſe ius naturale, Itaq; omnes animantes: ipſa ducēte natura cōmoda ſua defendere: & ideo iuſticia ſi alienis utilitatibus conſulet ſuas negliget ſtultitiam eſſe dicendam. Quod ſi omnes populi penes quos ſit imperium ipſeq; Romani: qui orbem rotum poſſidere iuſticiam ſequi uelint ac ſuum cuiq; reſtituere quod ui & armis occupauerunt ad caſas & egeſtatem reuertentur. Quod ſi fecerint: iuſtos dicemus equidem: ſed tamen ſtultos iudicare neceſſe eſt: qui ut aliis ꝓſint: ſibi nocere contendant. Deinde ſi reperiat aliquis hominem: qui aut aurum pro auricalco: aut argento pro plumbo uendat per errorem: atq; id emere neceſſitas cogit: utrum diſſimulabit & emet paruo: an potius iudicabitur? iuſtus utiq; dicetur: quia non fefellit: ſed idem ſtultus: qui alteri fecerit lucrum ſibi damnū: ſed facile de damno eſt. Quid ſi uita eius impiculum uenit ut eum aliquando neceſſe ſit aut occidere: aut mori quid faciet? Poteſt hoc euenire ut nafragio facto inueniat

aliquem imbecillem tabulæ inætentem aut uicto exercitu fugiens te
periet aliquem uulneratm equo inſidentem : utrum ne aut illum ta
bula : aut hũc equo deturbabit : ut ipſi poſſit euadete? Si uolet iuſtus
eſſe non faciet : ſed idem ſtultus iudicabit : qui dũ alterius uitæ par
cit : ſuam perdet. Si faciet quidem : ſapiens uidebitur : quia ſibi conſu
let : ſed & idem malus : quia nocebit. Acuta iſta ſane : ſed reſpondere
ad ea facile poſſumus. Imitatio enim nominũ facit : ut ſic eſſe uideat
Nam & iuſticia imaginem habet ſtulticiæ : non tamẽ eſt ſtulticia. Et
malicia imaginem ſapientiæ non tamẽ ſapientia eſt. Sed ſicut malicia
iſta in conſeruandis utilitatibus ſuis intelligẽs tedargui uidetur quia
non ſapientia : ſed calliditas & aſtucia eſt : ita & iuſticia nõ debet ſtul
ticia : ſed innocentia nominari quia neceſſe eſt iuſtum eſſe ſapientem
& eum qui ſit ſtultus iniuſtum : Nam neq; ratio neq; natura ipſa per
mittit : ut is qui iuſtus eſt : ſapiens non ſit quoniam iuſtus nihil utq;
facit : niſi quod rectũ & bonum eſt praum & malum ſempet fugit.
Quis autem diſcernere bonum & malum praum & rectum poterit :
niſi qui ſapiens fuerit? Stultus autem malefacit quia bonum & ma
lum quid ſit ignorat ideo peccat quia non poteſt praua & recta diſ
cernete. Igitur neq; ſtulto iuſticiam : neq; iniuſto ſapientiam conueni
re. Ergo ſtultus non eſt : qui nec tabula naufragum : nec equo ſauciũ
deiæcerer : quia ſe abſtinuit a nocendo quod eſt peccatum : peccatum
autem uitare ſapiẽtis eſt. Sed ut ſtultus prima facie uideatur : illa res
efficit qui extigui animam cũ cotpore exiſtimant : iccirco omne cõmo
dum ad hanc uitam referunt. Si enim poſt mortẽ nihil eſt : utiq; ſtul
te facit : qui alterius animæ parcit cũ diſpẽdio ſuæ aut qui alterius lu
cro magis ꝗ ſuo conſuleret : ſi mots animã delet. Dãda eſt opera quo
iuſtius cõmodiusq; uiuamus. Si aũt uita poſt mortẽ ſupeſt æterna &
beata : hanc utiq; cotporalẽ cũ omnibus terræ bonis iuſtus ac ſapiẽs
cõtemnet quia ſciet quale a deo ſit ptæmiũ tecæpturus. Teneamus
igit inocentiã teneamus iuſticiã ſubeamus imaginẽ ſtulticiæ : ut uerã
ſapientiam tenere poſſimus. Et ſi hominibus uidetur ineptũ ac ſtultũ
torqueri : & mori uellet : ꝗ liberã diſcet abire ſine noxa. Nos tamẽ õni
uirtute omniq; patientia fidem deo exhibere nitamur. Non mors ter
reat nec dolor flagrat : quominus uigor animi & cõſtantia inconcuſſa
ſeruetut. Stultos notent : dũmodo ipſi ſtultiſſimi ſint : & cæci & hebe
tes & pecudibus æquales : qui nõ intelligũt eſſe mortiferũ relicto deo
uiuo proſternere ſe : atq; odorare terræna : qui neſciunt ex illis æternã
pœenam manere : qui figmẽta inſenſibilia fuerint uenetaui : & eos qui

nec tormenta: nec mortẽ pro cultu: & honore ueri dei recuſauerint :
uitam perpetuam cõſecuturos. Hæc eſt fideliſſima hæc eſt uera ſapi
entia: hæc perfecta iuſticia: Nihil ad nos attinet : quid iudicent ſtulti
quid homunculi ſentiant. Nos iudicium dei expectare debemus : ut
quos poſtmodũ. qui de nobis iudicauerunt: iudicemus. Dixi de iuſti
cia quid eẽt. Sequitur ut oſtendam quid ſit uerum ſacrificiũ dei: quis
iuſtiſſimus ritus colendi: ne quis arbitretur: aut uictimas aut odores
aut dona preſẽtia deſiderari deo a quo ſi fames ſi ſitis ſi algor ſi omni
um rerum terrænarum cupiditas abeſt nõ ergo utit̃ his omnib;: quæ
templis aliiſq; fictilibus inferuntur: ſed ſicut corporalibus corporale
ſic utiq; incorporalibus incorporale ſacrificiũ neceſſariũ eſt. Illis quæ
in uſum tribuit homini deus: ipſe nõ indiget. Eſt omnis terra ipſius
ſub poteſtate nõ indiget templo cuius domicilium mũdus eſt nõ in
diget ſimulachro: qui eſt & oculis & mente incõprehenſibilis nõ indi
get terrænis luminibus: qui ſolem cum cæteris aſtris in uſum homini
bus potuit accẽdere. Quid igit̃ ab homine deſiderat deus niſi cultum
mẽtis q̃ eſt purus & ſanctus? Nã illa quæ aut digitis fiunt: aut extra
hominẽ ſũt hoc ſacrificiũ uerꝫ nõ eſt: nec qđ ex arca: ſed qđ ex corde
ꝓfert̃ nõ qđ manu: ſed qđ mente libat̃. Hæc acceptabilis uictima ẽ
quã de ſeipſo aĩus imolat. Nã quid hoſtiæ? quid thura? quid ueſtes?
quid aurꝫ? quid argentũ: quid precioſi lapides conferunt ſi colentis pu
ra mentis nõ eſt? Sola ergo iuſticia eſt quã deus expetit. In hac ſacri
ficium in hac dei cultus eſt: de quo nunc mihi diſſerendum eſt doce
ndumq; in quibus operibus iuſticia neceſſe ſit contineri.

Vas eſſe humanæ uitæ uias: nec philoſophis ignotum fuit: nec
poetis ſed eas utique diuerſo modo induxerunt philoſophi:
Alteram induſtriæ alteram inertiæ eſſe uoluere : ſed hoc minus recte
qũ eas ad ſolius uitæ cõmoda rettulerunt melius poetæ qui alterã iu
ſtorum: alteram impiorum eſſe dixerunt. Sed in eo peccant : qui eas
nõ in hac uita: ſed apud inferos eſſe aiunt. Nos utiq; rectius q̃ alteram
uitæ: alterã mortis & hic tamẽ has uias eſſe diximus. Sed illa exteri
or qua iuſti ſunt gradientes: non in elyſium ferre: ſed in cælũ. Immor
tales enim fiunt: Siniſterior ad tartarum: æternis enim cruciatibus ab
ducuntur ĩiuſte. Venerãda eſt a nobis iuſticiæ uia quæ ducit ad uitã
Primum autem iuſticiæ officium eſt deum cognoſcere ut parentem:
eumque metuere ut dominum : diligere ut patrem. Is eſt enim
qui nos genuit: qui uitali ſpiritu animauit: qui alit : qui ſaluos facit

Habet in nos non modo ut pater: uerum etiam ut dominus licentiã uerberandi: & uitæ ac necis poteſtatem unde illi ab homine duplex honos ideſt amor cum timore debetur. Secundum iuſticiæ officium eſt hominem agnoſcere: uelut fratrem. Si enim idem deus fecit: & uniuerſos ad iuſticiã: & ad uitam æternam pari conditione generauit Fraterna utiq; neceſſitudine cohæremus quã qui nõ agnoſcit iniuſtus eſt. Sed origo huius mali ꝙ ſocietas inter ſe hominum quo neceſſitudinis uinculum diſſoluitur: eſt ꝙ ab ignorantia ueri dei naſcatur Qui enim fontem illum benignitatis ignorat: bonus eſſe nullo modo põt Inde eſt ꝙ ex eo tempore: quod multi dii conſecrari ab hominibꝫ coliq; cœperunt: fugata eſt (ſicut poetæ aiunt) iuſticia direptum eſt omne fœdus: direpta ſocietas iuris humani: cum ſibi quiſq; cõſulere: ius iuribus computare nocere inuicem: fraudibus aggredi dolis circũſcribere commoda aliorum incomodis adaugere: non cognatis: non liberis nec parentibus parcere: ad necem hominum pocula temperare obſidere cum ferro uias mari conſeſtare: libidini quo furore duxerit ftæna laſſare: nihil deniq; ſancti habere quod cupiditas infanda non uiolaret. Quum hæc fierent tum leges ſibi homines condiderunt ꝓ utilitate communi: ut ſe interim tutos ab iniuriis facerent. Sed metus legum non ſcelera comprimebat: ſed licentiam ſubmouebat. Poterant enim leges delicta punire: conſcientiam munire non poterant. Itaq; quæ ante palam fiebant clam fieri cœperunt. Circumſcribi etiam iura ſiqidem ipſi preſides legum præmiis muneribuſq; corrupti: uel in remuneratione malorum uel pernicie iuſtorum ſententias uendicabant. His accedebant diſſenſiones & bella: & mutuæ deprædationes & opreſſis legibus ſæuiendi poteſtas licenter aſſumpta. In hoc ſtatu cum eſſent humanæ res miſertus eſt noſtri deus. Reuelauit ſe nobis & oſtendit: ut in ipſo religiõem: fidem caſtitatem miſericordiam diſ legemq; diuinam: quo humana cum cæleſtibus copulas: tradente ipſo domino ſumeremus qua lege uniuerſi quibus irretiti ſumus: errores cum uanis & impiis ſuperſtitionibus tollerentur. Qui enim homini debeamus: eadem illa lex præſcribit quæ docet quicquid homini præſtiteris: deo præſtare. Sed radix iuſticiæ: & omne fundamentum æquitatis eſt illud. Vnde ut ne facias ulli: quod pati nolis: ſed alterius animum de tuo metieris: ſi acerbum eſt iniuriam ferre; & qui eam fecerit uidetur iniuſtus. Tranſfer in alterius perſonam quod in te ſentis: & in tuam quod de altero iudicas: & intelligis tam te iniuſte facere ſi alteri noceas: q̃ ſi alterũ ſi tibi. Hæc ſi mente uoluemus inocẽtiã

tenebimus: in qua iuſticia uelut in primo gradu conſiſtit. Primus ē enim non nocere proximo: ſed officere prodeſſe. Et ſicut in rudibus agris prius q̄ ſerere incipias: euulſis ſentibus & omnium ſtirpiū radicibus amputatis arua purganda: ſic de noſtris animis prius uicia detrahenda: & tunc demū uirtutes inſerrendæ: de qbus ſeminatæ per uerbum dei fruges imortalitatis oriantur. Tres effectus uel (ut ita dicā) tres furcē ſunt quæ in animis hominum tantas perturbatiōes ciunt: & interdum cogunt ita delinquere: ut ne famē nec periculi ſui reſpectū tuti habere permittant: circa quæ uidictā cupit a natura quæ deſiderat opes libido quæ appetit uoluptates. His uiciis reſiſtendum ē hæ ſtirpes eruendæ: ut uirtutes ſeri poſſint. Hos affectus ſtoici ampuitandos peripatetici temperandos putant. Neutri eorū recte: quia neq; detrahi poſſunt. Siquidē natura inſiti. habēt certam magnāq; rōnem neq; bonum qm̄ ſi mala ſunt carendū eſt: etiam tempandum mediocribus ſi bona integris adutendum eſt. Nos uero neq; detrahēdos neq; minuendos eſſe dicimus. Non enim p ſe mala ſunt: quæ deus hōi rationabiliter conſeruat: ſed quū ſint uniq; natura bona: qm̄ ad tuēdā uitam ſunt attributa male utendo fiant mala: ſicut ſi fortiſſime pro patria dimices: bonum eſt: ſi contra patriam malū. Sic & affectus ſi ad uſus bonos habeas uirtutes erunt: ſi ad malos uicia dicentur. Ira igitur ad cohertionē peccatoꝝ: id adregendā ſubiectorum diſciplinā datā eſt a deo: ut metus licentam comprimat: & cōpeſcat audaciam Et qui terminos eius ignorat: iraſcit paribus aut fortioribus. Inde ad imania facinora proſilitur. inde ad cædes: inde ad bella conſurgit. Cupiditas ad deſideranda: & cōquirenda uitæ neceſſaria tributa eſt. Sed qui neſciunt fines eius inſatiabiliter opes congerere nitunt. Hinc uenena: hic circumſcriptiones: hic falſa teſtimona: hinc omniū fraudū genera erūpent. Libidinis aūt affectus ad procreandos filios inſitus & natus eſt: ſed qui limites eius animo nō tenent: utuntur eo ad ſolam uoluptatē. Inde illicitæ iam opes: inde adulreria & ſtupra: inde omnes corruptelæ oriunt. Redigendi ergo ſunt iſti affectus intra fines ſuos: & in uiam rectam redigendi: in qua & ſi ſunt uehementes: culpā tamen habere non poſſut.

Ira

Ohibendi eſt ira: qum patimur iniuriam: & ut malum cōprimatur: quid ex certamine ipendet: & duas maximas uirtures: innocentiā: patientiam teneamus. A natura frangitur: quū habemus quod ſatis eſt. Quis enim furor eſt in his congerendis liberare: quæ

aut latrocinio aut furore aut proſcriptione aut morte ad alios accerſit peruenire. Libido externa legitimū tori non euagetᷣ: ſed creandis liberis ſeruiat. Appetentia ei nimia uoluptatis & periculū parit & iſaniā generat. Et (quod eſt maxime cauendum) morrem accurtit æternam Nihil eſt enim tam inuiſum deo: q̄ mens inceſta & animus īpurus. Nec hac ſola uoluptate abſtinendum ſibi putet: quæ capitur ex fœminei corporis copulatione ſed & cæteris uoluptatibus ſenſum reliquorum: quia & ipſæ ſunt uicioſæ: & eiuſdem uirtutis eſt eas cōtemnere. Oculorum uoluptas percipitur ex rerum pulchritudine. Autium de uocibus canoris: & ſuaſionibus. Narium de odore iocundo. Saporis de cibis dulcioribus: quibus his omnibus uirtus repugnare fortiter debet ne his illecebris irretitus animus a cæleſtibus ad terræna ab æternis ad temporalia: a uita immortali ad perpetuam pœnā deprimatur In ſaporis & odoris uoluptate hoc periculum ē: quod trahere ad luxuriam poterit: Qui enim fuerit his deditus aut non habebit ullam rē familiarem aut ſi habuerit aſſumet: & aget poſtmodum uitam deteſtabilem. Qui autem rapitur auditu: ut taceam de cantibus: qui ſenſus ita ſæpe deliniunt: ut etiam ſtatus mētis furore perturbentur: cōpoſitis cæteris orationibus numeroſiſq; carminibus: aut argutis diſputationibus ad impios cultus facile traduntur. Inde eſt q̄ ſcriptis cæleſtibus: quia uidētur incompta non facile creduntur: quia aut ipſi ſūt diſerti: aut diſerta legere uolūt nō querūr uera: ſed dubia immo illis hæc uidentur ueriſſima eſſe: quæ auribus blandiuntur: ita reſpuunt ueritatem: dū ſermonis uarietate capiuntur. Voluptas uero: quæ ſpectat ad uiſum multiformis eſt. Nam q̄ percipitur ex rerum precioſarum pulchritudine auaticiam concitat: quæ aliena eſſe debet a ſapiēte atq; iuſto. Quæ autē capitur de ſpecię mulierum: in alteram capit uoluptatē: de qua iam ſuperius locuti ſumus.

Vpereſt de ſpectaculis dicere: quæ qm̄ potentia ſunt ad corrūpendos animos uitanda ſapientibus & contenta ſunt taliter: q̄ ad celebrandos deorum honores in uenta memorantur. Nam munerum additiones Saturno factæ ſunt. Scœna Liberi patris eſt. Ludi uero circenſes Neptūno dicati putantur: ut iam qui ſpectat: uel intereſt relicto dei cultu. ad profanos ritus tranſiſſe uideatur. Sed ego de re malo dicere q̄ de origine. Quid tam horribile tam tetrum: q̄ hoīs trucidatio? Ideo ſæuenſſimis legibus uita noſtra mulctatur. Ideo bella execrabilia ſunt inuenta tamen conſuetudo quatenus homicidium ſine bello: ac ſine legibus faciant: & hoc ut ſcelus iudicat quod ſi intereſſe

homicidio ſceletis conſcientia eſt: & eodem facinore ſpectator obſtrictus eſt cui & admiſſor ergo & his gladiatorum ſcelenbus nõ minus cruore pfunditur: qui ſpectat q̃ ille qui facit: nec poteſt eſſe immunis a ſanguine: qui uoluit effundi aut uideri nõ interfeciſſe qui itetfectori & fauet: & pcæmiũ poſtulauit: Quid ſcœna? num ſanctior? in qua cõmedia de ſtupris & amoribus. Tragœdia de inceſtis & parricidiis fabulatur. Iſtrionici etiam impudici geſtus quibus infames fœminas imitantur libidines: quas ſaltando exprimunt docent: non minus corruptelarum diſciplinaꝝ eſt: in quo fiunt per immaginem quæ nõ ſũt ut fiant ſine pudore quæ ueta ſunt. Spectant hæc adoleſcentes: quoꝝ lubrica ætas: quæ frænari ac regi debet: ad uicia & peccata his imaginibus erudiţur. Circus non innocentior æſtimať: ſed maior hic furor eſt: ſiquidem mentes ſpẽtantiũ tanta feruntᷣ inſania. ut nõ modo in cõuicia: ſed etiã in rixas necnon & in prælia: & cõtentiones ſæpe cõſurgant. Fugienda igiť oĩa ſpectacula ut trãquillũ mẽtis ſtatũ tenere poſſimus. Renunciandum noxiis uolutatibꝫ ne deliniati ſuauitate peſtifera in mortis laqueos incidamus. Placet ſola uirtus: cuius merces immortalis eſt: qum uicerit uoluptatem. Suppoſitis aũt affectibus & pdomitis uoluptatibꝫ: facilis in cõprimendis cæteris labor eſt ei qui ſit dei ueritatiſq; ſectatutus non maledicit unq̃: qui ſpectabit a deo benedictioné. Hinc iurabit ne deum ludibrio habeat: ſed ne iurabit quidẽ ne quando uel neceſſitate uel conſuetudine imperium cadat. Nihil ſubdole nihil diſſimulanter loquatur: neq; abnegabit quod ſpopõderat: neq; ꝑmittet: qđ facere non poſſet nõ inuidebit cuiq̃ qui de ſuo contentus: nec dettahet: aut male alteri uolet in quẽ fortſitã beneficia dei proniora ſunt: nõ furabitur: nec omnino quicq̃ cõcupiſcet alienũ non dabit iuſura pecuniã. Hoc eſt enim de alienis malis lucra captare: nec tamen negabit: ſi quem neceſſitas cogit mutuari. Nõ erit aſper in filium: nec in ſeruũ meminerit: ꝙ ipſe patrem habeat: ac dominũ Ita cũ his aget: quemadmodũ ſecum agi uellet. Munera ſuperabundantia nõ recipiet a tenuioribus: nec eĩm iuſtũ eſt augeri patrimonia locupletum p damna miſerorum. Vetus præceptum eſt non occidere: quod ſic accipi debet: nõ tanq̃ iubeamur ab homicidio tantũ: qđ etiam legibus publicis uindicetur manus abſtinere: nec uiſione interpoſita: nec uerbo licebit periculum inferre nec infanté necare aut exponere: nec ſe ipſum uolũtaria morte dãnare. Ité nõ adulterare: ſed hoc præcæpto non ſolum corrumpere alienũ matrimoniũ prohibetur quod etiam cõmuni gentium iure damnatur: uerum etiam ꝓſtitutis

corporibus abſtinere. Supra legem lex. n. dei eſt: ea quoq; quæ pro licitis habentur uetat: ut iuſticiam conſumet. Eiuſdem legis eſt falſum teſtimonium non dicere: quod & ipſum latius patet: ſi falſum teſtimonium mendacio nocet ei: contra quem dicitur & fallit eum apud quem dicitur. Nunq̄ igitur mentiendum eſt: quia mendaciū ſemp̄ aut fallit aut nocet. Non eſt uir iuſtus: quia nō ſine noxia uicioſo ſermone mentitur. Hinc uero nec adulari licet pernicioſa eſt enim ac deceptrix adulatio: ſed ubiq; cuſtodiat ueritatē quæ licet ad praſens ſit inſuauis tamen qum fructus eius atq; utilitas apparuerit non odiū pariet (ut ait poeta) ſed gratiam.

Dixi de his quæ uetantur: dicam nunc breuiter quæ iubentur.

Innocētia proxima eſt miſericordiæ. Illa enim malum nō facit & hæc bonum operatur. Illa incohat iuſticiam: hæc cōplet. Nam qū imbecilior ſit hominum natura q̄ cæterarum animātium: quas deus & inſtructas ad infertendam: & munitas ad uim repellēdam figurat affectum nobis miſericordiæ dedit: ut omne præſidium uitæ noſtræ in mutuis auxiliis poneremus. Si enī facti ab uno deo & orti ab uno homine cōſanguinitatis iure ſociamur. Omnem igitur hominem diligere debemus. Itaq; non tantum inferre iniuriam non oportet: ſed ne illatam quidem uindicare: ut ſit in nobis perfecta innocentia. Ideo iubet nos deus etiam pro inimicis præcē facere ſemp. Ergo aīal cōmune atq; conſors eſſe debemus: ut nos īuicē præſtandiſ recipiēdiſq; auxiliis muniamus. In multis enī caſibus & incomodis fragilitas noſtra ſubiecta eſt. Speres tibi accidere quod alteri accidit. Ita demum excitaberis ad opem ferendam ſi ſumpſeris eius animum qui opem tam̄ in malis conſtitutus implorat. Si quis uictu īdiget impartiamur. Si quis a potētiori iniuriam ſuſtinet: eruamus. Pateat domiciliū noſtrū uel peregrinis uel indigentibus tecto. Pupillis defenſio: uiduis tutela noſtra non deſit. Redimere ab hoſte captiuos magnū numine opus eſt. Egros pauperes uiſitate atq; fouere īnopes aut paupes (ſi obierit) non patiamur in ſepultos iacere. Hæc ſint opera: hæc officia miſericordiæ quæ ſi quis perfecerit: uerum: acceptum ſacrificium deo īmmolabit. Hæc lætabilior uictima eſt apud deum: qui non pecudum ſanguine ſed hominis pietate placat̄: quē deū (quia iuſtus eſt) ſuā ipſam lege ſua & conditione pſequitur miſeret̄ ei: quem uidenit miſericordē Inexortabilis ē ei: quē peccātib; cernit īmitere. Ergo ut hæc ōia q̄ deo placent facere poſſimus: cōtēnēda ē pecunia & ad cæleſtes trāſferēda

theſauros. ubi fur nõ effodiat: nec rubigo cõſument nec tyrãnus eripiat. Sed nobis ad æternam opulentiam deo cuſtode ſeruetur.

fides

Ides quoq; magna iuſticiæ pars ẽ: quæ maxime a nobis qui nomen fidei gerimus conſeruanda eſt precipue in religionẽ: quia deus prior eſt & potentior q̃ hõ. Et ſi eſt glorioſus ꝓ amicis: ꝓ parentibus pro liberis. i. pro homine ſuſcipere mortem: & qui hoc fecerit: diuturnam memoriam laudemq; conſequit᷑ q̃to magis pro deo qui poteſt æternã uitam pro temporali morte preſtare. Itaq; qum inciderit eiuſmodi neceſſitas ut diſcendere a deo: atq; ad ritus gentium tranſire cogamur: nullus nos metus: nullus terror inflectat quominus tradit amico his fidem cuſtodiamus. Deus ſit ante oculos: ſit in corde: cuius in eterno auxilio dolor uiſcerum: & adhibita corpori tormenta superent᷑. Nihil tunc aliquid q̃ uite imortalis premia cogitemus. Ita facile & diſſipandi aut utendi artus fuerint: tolerabimus quæ in nos tyrrannicæ dominationis amentia molietur. Poſtremo ipſam mortẽ non inuiti aut timidi: ſed libẽter & interriti ſubire nitamur: ut ſciamus quali apud deũ gloria ſumus futuri: triumphato ſæculo ad promiſſa uenientes. Quibus bonis quãta beatitudine breuia hæc pœnaꝝ mala & huius uitæ dãna penſemus. Quod ſi facultas huius gloriæ deerit: habebit fides etiã in pace mercedẽ. Teneatur ergo in omnibꝫ uitæ officiis tenatur in matrimonio. Non enim ſatis ẽ: ſi aut alieno toro aut lupanari abſtineas. Qui habet cõiugẽ: nihil querat extrinſecus: ſed cõtentus ea ſola caſtiget. Inuiolati cubilis ſacramenta cuſtodiat. Adulter enim deo & pro inceſtus: qui abiecto iugo uel ihberã: uel ſeruã peregrina uoluptate luxuriat. Sed ſicut fœmina caſtitate uiculis obligata eſt & ne aliud concupiſcat: ita uir eadẽ lege teneat᷑ quo deus ex uiro uxorem unius corporis cõpage ſolidauit. Iõ præcepit nõ dimitti uxorẽ niſi crimine adulterii deuictã: & nũq̃ cõiugalis fœderis uĩculũ niſi ruperit reſoluat᷑. Illud quoq; ad cõſumandã pudicitiã iungitur: ut non mõ peccatũ abſit uerum etiam cogitatio. Pollui enim mẽtẽ quamuis inani cupiditate manifeſtum eſt. Itaq; iuſtũ hominem qui ſcit ſe nec facere oportere nec uelle. Purganda eſt igitur conſcientia quã deus peruidet qui falli nõ poteſt. Euacuetur omni labe pectus: ut templũ dei eſſe poſſit: quod non auri nec eboris nitor ſed fidei & caſtitatis fulgor illuſtrat. Sed enim hæc omnia difficilia ſunt homini nec patitur conditio fragilitatis naturæ queq̃ ſine macula. Vltimum ergo remedi

um illud eſt: ut confugiamus ad pœnitentiam quæ non minimum locum inter uirtutes habet: quia ſui correptio eſt: ut: q̃ forte aut re aut uerbo lapſi fuerimus: ſtati reſipiſcamus ac nos delinquiſſe fateamur oremuſq; a deo ueniã quã pro ſua miſericordia non negabit niſi perſeuerabimus in errore. Magnum eſt pœnitentiæ auxilium: magnum ſolatium. Illa eſt uulnerum peccatorũq; ſanatio illa ſpes illa portus ſalutis quam qui tollit: uiam uitæ ſibi amputat quia nemo eſſe tam iuſtus poteſt: ut nunq̃ ſit ei pœnitentia neceſſaria. Nos uero & ſi nullum ſit peccatum confiteri non debemus: & pro debitis noſtris identidem deprecari gratias agere etiam in malis: hoc enim ſemper obſequium domino deferamus.

Vmilitas enim chara & amabilis deo eſt: qui cum magis ſuſcipiat peccatorem confitentem: quem in regnis cæleſtibus faciet pro humilitate ſublimari. Hæc ſunt: quæ debet cultor dei exhibere. Hæ ſunt uictimæ: hoc ſacrificium placabile. Hic uerus eſt cultus q̃ homo mentis ſuæ pignora in aram dei cõfert: ſũma illa maieſtas hoc cultore lætatur. Hunc ut filium ſuſcipit ſibi quia domũ immortalitatis impartitur: de qua nunc mihi diſſerẽdum eſt: & arguenda ẽ pſuaſio eoꝝ: qui extingui animos cum corporibus putauerunt qui q̃a nec dũ ſciebant: nec arcanũ mundi perſpicere poterãt: ne hominis quidẽ anime quæ rationem comprehenderint. Quomõ enim poſſent ſapientia ꝓuidere: qui ſcientiam nullo modo habent? Negãtes ergo nullã prouidentiã utiq; deum: qui fons & caput eorũ eſt: negauerũt: ſequebatur: ut ea quæ ſunt: aut ſemper fuiſſe dicerent: aut ſua ſponte eſſe nata: aut minutoꝝ ſeminũ cõglobatiõe cõcreta ſemper fuiſſe dici põt ꝙ teſtes ui ſubiacent quia ipſum enim eſſe ſine aliquo initio non põt ſua ſponte: aut in his naſci põt: quia nulla eſt ſine ratione natura: Semina enim principalia q̃uo eſſe potuerunt: quum & ſemina exordiis oriantur: & uiciſſim rex ſeminibꝫ? Nullum igĩ ſemen eſt quod originem non habet. Sic factum eſt: ut quum putarent mundum nulla prouidentia factum: ne hominẽ q̃dẽ putarent aliqua rõne generari. Quod ſi nulla eſſet in fingẽdo hõie rõ uerſata ĩmortalẽ igĩ aĩam eſſe poſſe. Alii uero ex aduerſo & deũ eſſe unũ: & ab eo mundum factũ: & hominẽ eũ factum & aĩas eſſe immortales exiſtimauere. Sed quum ea ſenſerunt huiuſmodi: non tamen diuini operis atq; conſilii nec cauſas nec rationes nec exitus perſpexerunt ut omne ueritatis arcanũ cõſũmarẽt: atq; ueluti fine cõcluderẽt. Sed quia illi facere nõ potuerũt

qa ueritatem perpetuo non tenebant: nobis faciendum eſt qui eam cognouimus deo ānuncāte. Cōſideraremus igiť que rō fuerit huius tanti tanq̄ īmenſi operis fabricandi. Fecit deus mūdū: ſicut Plato exiſtimauit: ſed cur fecit nō oſtendit: qa bonus inqt: & inuidēs nulli fecit quæ bona ſūt. At qū uidemus i rez natura & bona eē & mala. Pōt ergo exiſtere perueſus aliqs qualis fuerit Atheus ille & Theopotus & Platoni reſpondere: īmo quia malus ē fecit quæ mala ſunt. Quō illum redarguet: ſi quæ bona ſunt defecit: Vnde igiť in mala erupe runt: que plerūq; etiā bonis preualēt in materia inquit cōtinebantur. Si mala igiť & mala ut aut nihil fecerit deus: aut ſi bona tātū fecit: æterniora ſunt mala: quæ facta nō ſunt q̄ bona quæ habuerunt exordium. Finē igiť habebūt quæ aliqādo cœperunt & pmanebunt quæ ſemp fuerūt. Mala igiť potiora ſunt. Si aūt potiora eſſe nō poſſunt: ne æterniora quidē poſſunt. Ergo aut utraq; ſemp fuerūt: aut deus ociosus. aut utraq; ex uno fonte fluxerūt. Eſt eni conueniens: ut deus oia fecerit potius: q nihil ergo ſecūdū ſniam Platonis: ideo deus & bonus ē quia bona fecit & malus quia mala. Quod ſi fieri nō pōt apparet non iō factū eē a deo mundū quia mundus bonus eſt: qm̄ enim cōplexus & bona & mala: nec fecit ꝑpter ſe quicq̄: ſed ꝑpter aliud. Domus eni ædificať nō ad hoc ſolū: ut ſit domus: ſed ut ſuſcipiat & tueatur habitantem. Itē nauis fabricať nō ad hoc ut nauis uideať: ſed ut in ea poſſint hōies nauigare. Vaſa aūt fiunt nō ut uaſa ſint ſolum ſed ut capiant que ſunt uſui neceſſaria. Sic & mūdū deus ad uſum aliquē fecerit neceſſe eſt. Stoici aūt cauſa hominū factū eſſe & recte Homines enim ferunť his omibꝫ bonis quæ mundus in ſe continet: ſed ipſi hōies cur facti ſunt: aut qd in illis habeat illa fabricatrix prouidentia nō explicat. Immortales eſſe aīas idē Plato affirmat: ſed cur aut quādo aut qūo: aut per quem immortalitatem aſſequanť: aut qd nō tantum illud myſterium currit: qui ſunt īmortales futuri: prius mortales naſcanť: Deinde decurſo temporis uitæ ſpacio atq; abiectis fragilium corporum exuuiis ad æternā illā beatitudinē transferantur non cōprehendit deniq; nec iudiciū dei nec diſcrimen iuſti & iniuſti explicauit: ſed animas quæ ſe ſceleribus immerſerint acthenus cōdēnare putauit: ut in pecudibus renaſcatur: & ita peccatorum ſuorum luere pœnas: donec rurſus ad figuras hominū reuertantur. Et hoc fieri ſemper nec circa finem trāſmeādi ludum mihi neſcio quem inducit ſomnio ſimilem: cui nec ratio ulla: nec dei gubernatio: nec conſilium aliqud ineſſe uidetur.

Icam nunc quæ ſit illa ſententia: quam nec hi qdem qui uera dixerunt: collatis in unum cauſis atq; facionibus cōnectere potuerunt? Factus eſt a deo mundus ut homines naſcerentur: Naſcunt̃ aūt homines ut deum parentē agnoſcāt: ut colant in quo iuſticia eſt. Colunt ut mercedem immortalitatis accipiant. Accipiunt ĩmortalitatem: ut ĩæternū deo ſeruiant. Vides ne quemadmodum ſibi connexa ſint: & prima cū mediis & media cum extremis? Inſpiciantur ſingula & uidemus utrumne illis ratio quoq; ſubſiſtat. Fecit ergo deus mundum propter hominem. Hoc qui non uidet non multum diſtat a pecude. Quis cælum ſuſcipit niſi homo? quis ſolem? quis aſtra? quis opera dei miratur niſi homo? quis colit terram? quis ex ea fructū capit quis nauigat mare? quis piſces? quis uolatilia? quis quadrupedes habat in poteſtate niſi homo? Cunta igitur propter hominē deus fecit: quia uſui hominum cuncta ceſſere. Recto ergo uiderunt philoſophi ſed illud quod ſequitur non uiderunt: q̃ ipſum hominem propter ſe fecit. Erat enim conſequens & neceſſarium: & pium: & qum hominis circa tantam operam molitus ſit qum tantum illi honotis: tantū illi poteſtatis: ut dominetur mundo: & homo agnoſceretur dominum tantorum beneficiorum auctorem fecit: & mundum propter ipſum: & ei cultum & honorem debitum redderet. Hæc Plato aberrauit: hic perdidit q̃ primum arripuerit ueritatē: qum de cultu eius dei quem conditorem rerum ac parentem fatebatur: obticuit: nec intellexit hominem deo poteſtatis uinculis eſſe religatum unde ipſa religio notatur. Et hoc eſt ſolum propter quod immortales animæ fiant. Senſit tamen æternas eſſe: ſed non per gradus ad eam ſententiam deſcendit. Amputatis enim mediis incidit totius in ueritatem: quaſi per abruptum aliquod precipitum: nec ulterius progreſſus eſt quoniam caſu ad eam non ratione peruenerat: Colendus eſt igitur deus ut p religionem quæ eadē iuſticia eſt: accipiat homo a deo immortalitatem nec eſt ullum aliud premiū piæ mentis quæ ſi eſt uiſibilis non pōt ab inuiſibili deo: niſi inuiſibili mercede donari. Plurimis uero argumentis colligi poteſt æternas eſſe animas. Plato ait quod per ſe ipſum ſemper mouetur: neq; principium motus: neq; finem non habere. Animum autem hominis per ſe ſemper moueri: quia ſit ad cogitandum mobilis: ad inueniendum ſolers: ad percipiendum facilis: ad diſcendum capax: & qui præterita teneat: præſentia comprehendat futura proſpiciat: multarumq; rerum & artium ſcientiā cōplectatur. Immortalem eſſe ſiquidē nihil habeat in ſe de terræni

ponderis labe concretum. Præterea ex uirtute aut uoluptate intelligi tur æternitas animæ uoluptas oīs cōis aīalibus. Virtus ſolius eſt hōis Illa uicioſa eſt: hæc hōeſta. Illa ſecundū naturā hæc aduerſa naturæ. Niſi aīa īmortalis eſt: uirtus enim ꝓ fide pro iuſticia: nec egeſtatem timet nec exilium metuit nec carcerē perhoreſcit nec dolorē reformi dat: nec mortem recuſat. Quæ quia natura cōtraria ſunt: aut ſtultici a eſt uirtus: ſi & cōmoda īpedit & uitæ nocet: Aut ſi ſtulticia non eſt ergo aīa immortalis eſt & iō præſentia bona contēnit: alia quia ſunt alia potiora: que poſt diſolutiōē ſui corporis aſſequatur. Illud autem maximū argumentū immortalitatis: quo deum ſolus hō agnoſcit. In mutis nulla ſuſpicio religionis quia terræna ꝓſpiciunt. Hō iō rectus cælum aſpicit: ut deum querat. An pōt ergo eſſe mortalis q immor talitatem deſiderat? Nō pōt eſſe ſolubilis: qui cum deo & uultu & mente cōmunis eſt. Deiq; cæleſti elemento: qđ ē ignis: hō ſolus uti tur. Si enim lex per ignē: uita per lucem: apparet eū qui uſum ignis habet: non eſſe mortalem: qm̄ id illi proximum: id familiare eſt: ſine quo nō pōt nec lux nec uita cōſtare. Sed qd argumētis colligīus æter nas eſſe aīas qum habemus teſtimonia diuina? Id enim ſacræ litteræ ac uoces prophetarum docent. Quod ſi cui parū uideatur: legat car mina ſybillarum. Apollinis quoq; Mileſii rñſa cōſideret: ut intelligat deliraſſe Dēocritū & epicurū: & dicarcū q ſoli oīum mortaliū: qđ ē euidēs negauerūt. Cōfirmata īmortalitate ſupereſt dicere a quo ei tri buatur: qum cætera & conſtituta diuinitus tempora cōplere cœperint interitum & conſumationem rerum fieri neceſſe eſt: ut innouetur a deo mundus. Id uero tempore in proximo eſt: quantum de nume ro annorum: deq; ſignis quæ predicta ſunt a philoſophis colligi pōt. Sed qum ſint innumerabilia quæ de fine ſæculi & conſumatiōe tem porum dicta ſunt: ea ipſa que dicuntur nuda ponenda ſunt: qm̄ (ut teſtimoniis utamur) īmenſum eſt ſiquis illa deſiderat: aut nobis mi nus credit: adeat ad ſacrarium cæleſtium litterarum: quarum fide in ſtructior errasse philoſophos ſentiat qui aut æternum eſſe hunc mū dum aut infinita eſſe ānorum millia putauerūt: ex quo fuerit inſtru ctus. Nondum enim ſexmillia completa ſunt: quo numero cōſuma to: tum demum malum omne tolletur: ut regnet ſola iuſticia: quod quatenus euenturum ſit: paucis explicabo

Aec aūt probatis ſed a uatib; futura dicuntur: qum cœpit mū do finis ultimus ꝓpinqāte malicia inualeſcet: oīa uiciorum &

fraudum genera crebeſcent. Iuſticia interibit fides pax: mia pudor ue
ritas non erit. Vis & audacia præualebit. Nemo qcq̄ habet: niſi male
partū: manuq; defēſū. Si qui erunt boni prædæ ac dilubrio habebū
tur. Nemo pietaté parentib; exhibebit. Nemo infantis aut ſenis miſe
rebit: auaritia libido uniuerſa corrūpent. Erūt cædes & ſanguinis effu
ſiones. Erūt bella nō mō externa & finitima: ueꝝ etiá inteſtina. Ciui
tates inter ſe belligerabūt. Ois ſexus & ois ætas arma tractabūt. Nō
īperii dignitas conſeruabit. Nō militiæ diſciplina: ſed more latrocinii
depredatio & uaſtatio fiet. Regnū multiplicabit & decé uiri occupa
bunt orbé & patient & uorabūt: & exiſtet longe potétior ac nequior.
Qui tribus deletis Aſiá poſſidebit cæteris i ptāte ſua redactis & aſci
ſcis uorabit oém terrá: leges nouas ſtatuet ueteres abrogabit. Répu.
ſuá faciet: nomé iperii ſedéq; mutabit. Tunc erit tépus iſandū & ext
crabile: quo nemini libeat uiuere. Denīq; in eū ſtatū res cadet: ut om
nes uiuos lamentatio: mortuos gratulatio ſequat. Ciuitates & oppida
itetibūt mō ferro & igni mó terræmotib; crebris mō aquaꝝ iundatio
ne: mō peſtiletia & fame. Terra nihil feret aut rigorib; nimiis: aut ca
loribus ſterilis. Aqua ois parti mutabit in cruoré partim i amaritudi
ne uiciabit ut nihil ſit nec ad cibos utile: nec ad potum ſalubre. His
malis accidét ꝓdigia hominib; ad timoré. Cometæ crebre apparebūt
Sol perpetuo ſqualore fuſcabit. Luna color ſanguis obūbrabit: nec
amiſſæ lucis dāna reparabit. Stellæ oés decidét: nec téporib; ſua ratio
cōſtabit: hyeme ac æſtate cōfuſis. Tūc & ānus & menſis & dies bre
uiabit: & hāc eſſe mūdi ſenectuté & defectioné Triſmegyſtus elocu
tus eſt: quæ quum uenerit adeſſe tempus ſciendum eſt: quo deus ad
commutandum ſæculum reuertatur. Inter autem hæc mala ſurget
rex impius non modo generi hominum: ſed etiam deo inimicus.
Hic reliquias illius prioris tyranni conteret: cruciabit: uexabit: in
terminet. Tunc etiam lachrymæ: luges: & gemitus præpotes: &
ad eum caſſæ preces: nulla requies ad formidinem. & ſomnus ad
quietem. Dies cladem nox metus augebit ſemper. Sic orbis terra
rum pene ad ſolitudinem hominum redigetur. Tunc impius iuſtos
homines: ac diuites deo duobus & quadraginta menſibus perſeque
tur: & ſe coli iubebit ut deus. Se enim dicet eſſe deum: quum ſit
antichriſtus: qui ut erit aduerſarius: & ut ei poſſit accipiet poteſta
tem mirābilia faciendi: ut ignis deſcédat de cælo: ut ſol reſiſtat a cur
ſu ut imago quam poſuerit loquatur. Quibus prodigiis allicit mul
tos: ut adorent eum: ſignumq; eius in manu aut fronte ſuſcipiant.

Et qui non adorauerit ſignumq; ſuſceperit exquiſitis cruciatibus mo rietur. Ita fere duas partes exterminabit. Tertia in deſertas ſolitudi nes fugiet. Sed ille uetere uia implicabili furens adducet exercitum: & obſidebit montem: quo iuſti confugerint. Qui quum ſe uiderit circumfoſſos: implorabunt auxilium dei uoce magna: & exaudiet e os deus: & mittet eis liberatorem. Tunc cælum in tēpeſta nocte pate fiet & deſcendet chriſtus in uirtute magna: & antecedit eum claritas ignea: & uirtus inæſtimabilis angelorū: & extinguet omnis illa mul titudo impiorum: & torrentes ſanguinis current: & ipſe ductor effu giet: atq; exercitu ſæpe reparato quartum prælium faciet: quo captus cū cæteris tyrānis tradetur exuſtioni. Sed & ipſe dæmonū princeps auctor & machinator malorum cathenis igneis alligatus cuſtodiæ da bit ut pacem mundus accipiat: ut uexata ſæculis terra requieſcat. Pa ce igitur parta cōpreſſoq; omni malo: rex ille iuſtus & uictor iudiciū magnū de uiuis & mortuis faciet ſup terrā: & uiuētibus quidē iuſtis tradet in ſeruitutē gētes uniuerſas. Mortuos autem ad æternam uitā ſuſcitabit & in terrā cū his ipſe regnabit & cōdet ſanctam ciuitatē. Et erit regnum iuſtorū mille annis. Per idē tēpus ſtellæ candidiores erūt & claritas ſolis augebitur & luna non patietur diminutionē. Tūc deſ cendet a deo pluuia benedictionis matutina & ueſpertina & oēm fru gē terra ſine labore hominum ꝓcreabit. Stillabunt mella de rupibꝫ lactis & uini fontes exuberabunt. Beſtiæ depoſita feritate māſueſcēt. Lupus inter pecudes errabit innoxius. Vitulus cū leone paſcet colum ba cū accipitre congregabitur. Serpens uirus nō habebit. Nullum ani mal uiuet ex ſanguine. Omnibus enī deus copioſum atq; īnocentem uictum dabit. Peractis uero mille annis ac reſoluto dæmonum princi pe rebellabit gentes aduerſus iuſtos & ueniet īnumerabilis multitudo ad expugnandam delendāq; ſanctorum gentem. Concutiet enim a fū damentis ſuis terrā: & corruent ciuitates & pluuet ſuper impios ignē cū ſulfure & grandine: & ardebunt & ſe inuicem trucidabunt. Iuſti uero paulliſper ſub terra latebunt: donec perditio fiat gētiū: & exibūt poſt diē tertium & uidebunt campos cadaueribus opertos. Tunc fiet terremotus & ſcīdent ſe montes & ſubſident in altitudine uallis ꝓfū de & congerentur in ea corpora mortuorum & uocabitur nomen eius polyandrum. Poſt hæc renouabit mundum & tranſformabit iuſtos in figuram angelorum ut īmortalitatis ueſte donati ſeruiant deo in ſē piternum. Tunc enim impii reſurgent non ad uitam ſed ad pœnam: eiſq; ſecunda reſurrectio facta deum excitabit ut ad ꝑpetua tormēta

damnet: æternis ignibus traditi merita pro ſcelenbus ſuis ſoluant. Hæc omnia uera: omnium conſona ad miniſtratione prædicta qum eadem Triſmagiſtus eadem Idaſpes eadem Sibylle cōcinerunt dubitari non pōt. Curæ ſpes oēs uitæ: ac ſalutis in ſola religione dei ſit poſita. Itaq; niſi hō ſuſcæperit: quā deus ad liberatiōem miſit: qui miſſus eſt: niſi ſummū deum per eum cognouerit mandata eius legemq; ſeruauerit: in eas incidet pœnas de quibus locuti ſumus. Proinde fragilia contemnenda ſunt ut ſolida conſequamur. Spernēda terræna ut cæleſtibus honoremur. Temporalia fugienda: ut ad æterna ueniamus. Erudiat ſe quiſq; ad iuſticiam firmet ad continentiam præparet ad agonē inſtruat ad uirtutē ut ſi forte aduerſarius indixerit bellum nulla ui: nullo terrore: nullis cruciatibus a recto & bono diuellatur. Nō ſe ſubſternat in ſenſibilibus figmentis: ſæd uerum & ſolum deum rectus cognoſcat. Abiciat uoluptates quarū illecebris anima ſublimis deprimitur ad terram. Teneat innocentiam. Proſit quamplurimis. Incoruptibiles ſibi theſauros bonis operibus acquirat: ut poſſit deo iudice pro uirtutis ſuæ meritis uel coronam fidei uel præmium immortalitatis adipiſci.

Lactantii Firmiani Ephythomon tractatus finit.

Hoc opus impreſſeerunt Veneciis Magiſter Andreas de paltaſichis catarenſis & Boninus de boninis ſocius: Regnante inclito ac sereniſſimo principe domino Ioanne mocenigo dei gratia Venetiarum duce

.M.CCCC.LXXVIII.xii.marcii.

Arguit hic hominum ſectas Lactantius omnes
Septeno falſas codice uera docens.
Siue deum tangat turbato lumine cernens
Ira furor gemino pemotat inde libro.
Et uolucrum uerſu phœnix comprenditur una.
Quæ noſtro nunq̄ paſcitur alma ſolo.
Hincq; redemptoris noſtri non carmina deſunt:
Quæ poſitum e tumulo dulce canendo uocant.
Preſſerat hunc primo mundi caput indyta Roma
Poſt regina premit quippe colenda matris.

Registrum cartarum huius libri ſecundũ alphabeti ordinem:

A
Prima uacat
Lactantii firmi
quod non
deminonbus
circunciſio &
B
.L.cœlii
diligẽtiſſimus
qui eſſe
nõ ſunt
C
Non.ut
deremus
ideſt ineptum
quoq; eis
D
Vltima
factas ex
capitulum
ciora ſunt
E
Quamq̃
id cui do
quid ergo
ante ſuos
plos &
F
Paratam
uoluit
dequa
cæleſte
G
Tantum
tamen

ſuos tenet
res maximos
H
Significatio
tia natum
ac domi
quoq;
I
Fugere
nihil
integra
mortem
K
q̃ eſt
preliandum
obtineat
coniunctum
L
Proceſſit
per quem
in terram
mandatis
m
Venturum
conſequamur
καὶ κο
predixerat
M
Incluſum
per nomen
nam qui
minus
N
Bello
omni

legibus
n
& quidem
utraq;
erræna
illorum
O
Efficaces
mulu hec
neſciunt
arduam
P
Capi.viii
habet
omibus
homini
q
Vicioſam
tamen
hic eſt
hominis
R
Si uel
paremus
laus &
ut ait Plato
S
Animi bona
philoſophiam
res ipſa
T
Ne maneat
ſeptima

ſit roma
V
Acceperãt
conſtituet
& honori
oportet
X
Conſcientiam
tantã
eſt abſur
docuimus
Y
Potuerunt
& uiuos
ſpiritu
Z
Quoniam
iam coge
oportebat
Capi.vii
&
Opinatio
putabimus
humane
Capi.xviii.
℞.
Verbum
aliquiem
habet
aut latro
corporibus

Finis.

BIBLIOTECA NACIONAL DE LISBOA
Inc. 622

Falta a 1ª fl. (a')

[illegible]

D
[illegible]

E
[illegible]

F
[illegible]

G
[illegible]

H
[illegible]

I
Partium
[illegible]

G
[illegible]

[illegible]

K
[illegible]

L
[illegible]

m
[illegible]

N
[illegible]

N
Bello
[illegible]

[illegible]

X
[illegible]

O
Effrenata
[illegible]

P
Capiebat
habe
[illegible]

Q
[illegible]

R
Semel
[illegible]
ut ait Plato

S
Anima bona
philoſophum
recepiſ

T
Ne nunquam
ſeparata

[illegible]

V
[illegible]

X
Conſiderans
[illegible]

Y
Ponuntur
[illegible]

Z
Quoniam
[illegible]
Capi. xvi.

&
[illegible]
putabimus
[illegible]
Capi. xviii.

ꝯ
Verbum
[illegible]
corporibus

Finis.